UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Practicarvm Conclvsionvm Jvris In omni Foro frequentiorum Dominici TT. S. Onvphrii S. R. E. Presbyt. Cardin. Tvschi, Tomus ...

Practicarvm Conclvsionvm Jvris In omni Foro frequentiorum Dominici TT. S. Onvphrii S. R. E. Presbyt. Cardin. Tvschi, Tomus ...

Toschi, Domenico

[Coloniae Agrippinae], 1623

V.

urn:nbn:de:hbz:466:1-95041

Visual Library

carceratos relaxari fecit. Vide, *Liberatio relicta tutori per testatorem quando valeat, vel non. Concl.* 328.

Tutor quando priuetur, vel non, legato ob non susceptam tutelam. Concl. 458.

1 TVTOR † datus filio, & substitutus per patrem non priuatur substitutione, licet non petierit tutorē dari filio ad adeundū, neq; exercuerit tutelam ex decreto iudicis, neq; si exercuit sine decreto iudicis, quando non est lapsus annus; si vero esset lapsus
2 annus, priuatur. Abb. *cons.* 90. *Duo ad decisionem, per tot. lib.* 2. † Amplia; quia tutor deputatus à testatore filio testatoris, cui etiam legauit aliquid, siue occasione tutelæ; siue non, priuaretur legato, sic excusaret à tutela; ideo etiam quod esset creditor pupilli, nō priuatur legato, neq; tutela, & potest illam exercere. Bart. *consil.*
3 148. *Quæstio ista, per tot.* maxime *in fi. n.* 3. *lib.* 1. Vide, *Legatum factum tutori, vel officiali dato in testamento non debetur, &c. Concl.* 94.

Tutoris datio ex quibus reddatur nulla. Concl. 459.

1 MVLIER † si datur tutrix, tutela est nulla; quia tutoris officiū virile est; excepta matre, & auia, quæ possunt esse tutrices, sed tamen debent renunciare secundis nuptiis, & Velleiano beneficio; & multa alia facere, sine quibus tutela est nulla. Bart. in *auth. matri & auiæ & in l. si quis sub conditione. ff. de testam. tutel.* Castr.
2 *cons.* 413. *Viso dicto casu, col.* 2. *ver. quinto lib.* 2. † Extende; quia est nulla si detur tutor habenti tutorē. Bar. *cons.* 22. *In quæstione, lib.* 2. † Extende idem, qñ extabant legitimi, qui debent præferri; quia si alius fuit datus non facta mentione de legitimis, dicitur data per
4 errorem, & est nulla. Bart. *d. cons.* 22. *lib.* 2. vbi apostil. in *ver. datio.* † Extende; quia si non satisdant, qui satisdare tenentur, & non renunciant mulieres, videlicet mater, & auia, secundis nuptiis, non possunt administrare, & tutela est nulla. Ang. Aret. *cons.* 36. *Videtur, quod, in princ. & per tot.* Alexand. *cons.* 97. *Viso processu, n.* 6. *ver. potest insuper responderi, lib.* 7.

Tutus si non patet accessus, nō proceditur contra absentem citatum ad locum non tutum. Concl. 460.

1 TVTVS debet † patere accessus citato ad locum, in quo debet comparere, ad hoc, vt sententia contra eū lata valeat, alias est reuocanda, seu annullanda constito de non tuto accessu. Gemin.
2 *cons.* 57. *n.* 2. *ver. & non est mirum.* Ang. *cons.* 378. *Dominus Raymundus, in princ.* † Extende, vt imo sententia sit ipso iure nulla lata contra absentem legitime impeditum, qñ impedimentum erat notum iu-
3 dici, vt quia non erat tutus accessus. Gemin. *cons.* 144. *per tot.* † Et consideratur locus iudicii, in quo debet comparere citatus, an sit tutus; vel non, & consideratur locus rei sitæ, vel domicilii eius, ad cuius instantiam fit citatio. Gem. *d. cons.* 57. *in fi. ver. tertio respon-*
4 *detur.* † Amplia; quia si in loco nō patet tutus accessus ex iussu superioris, is, qui promisit stare, vel sistere certo loco, in quo tuto non potest ex casu superuenienti, non obligatur, neque incurrit pœnā promissam. Ang. *d. cons.* 378. *Dominus Raymundus, &* 5 *cons.* 379. † Extende; quia obligatus soluere certo loco, si ibi nō est tutus accessus, excusatur, Rom. *cons.* 352. *Quæritur primo, n.* 19. vbi ponit plura similia, & ibi apostil. in *ver. commodo,* dat concord. † Declara tamen, quia si locus efficitur non tutus culpa soluere debentis, vt 6
quia bannitus sit, non excusatur, apostil. ad Rom. *d. cons.* 352. *n.* 19. *in ver. commodo,* vbi citat pro vtraque; & hanc tuetur. † Amplia; qa 7
citatus, & vocatus ad locum non tutum non tenetur obedire, imo potest resistere Potestati tanquam præcipienti iniustū. Castr.
cons. 37. *Antonius non tenebatur, lib.* 1. vbi apostil. dat concord. † Am- 8
plia; quia valet obligatio superioris versus non habentem locum tutum, quod erit tutus, & ideo tenetur ad interesse, si nō certio-
rauit, neq; impleuit promissa. Castr. *cons.* 37. *lib.* 1. † Extende, vt ꝑ- 9
cedat, etiam si alteri commisisset, qui non impleuit; quia mala electio est in culpa, neq; excusat eligentem. Castr. *d. cons.* 37. *in fi. lib.*
1. † Amplia; quia si tutus non est locus, in quo deber fieri electio, 10
vel delegatus iudicare, vel debitor soluere, fit mutatio ad aliū locum, qñ non est culpa dicentis locum non tutum. Rom. *cons.* 352.
n. 19. vbi apostilla in *ver. commodo,* dat concord. Vide, *Citatio indiscreta, & nulla ad locum non tutum ex multis similibus. Concl.* 236. Vide, ¶
Probatio semiplena quid sit, & quando sufficiat, vel non. Concl. 794. Vide, *Sententia lata contra absentem nulla, & quando secus. Concl.* 144.

Tutus non dicitur locus ex multis causis, & quando secus, & qualiter probetur non tutus. Concl. 461.

NON † tutus dicitur locus, in quo habitant notorii inimici. 1
Oldr. *cons.* 43. *ver. hoc præmisso.* Vide plene, quæ inimicitia reddat, vel non reddat locū non tutū, per Mascard. *Concl.* 19. *Accessus*
non tutus an, & qbetur probando inimicitias. † Extende; qa vbi guerra im- 2
minet, non est tutus locus. Castr. *cons.* 37. *circa med. lib.* 1. † Extende, 3
si comparere debens esset bannitus à loco; quia nō dicitur tutus.
Gem. *cons.* 144. *n.* 3. *ver. sed ita est.* † Extende, qñ pestis esset in loco, ad 4
quē citatur, ꝑbatur nō tutus accessus. Corn. *cons.* 131. *In hac consultatione, lib.* 4. *n.* 5. *& seq.* Vide plenius per Mascard. *Concl.* 20. *Accessus*
non tutus an eo ipso censeatur probatus, & ꝙ probatur pestis in eo loco. † Limi- 5
ta; quia non potest dici locus non tutus, neq; iudex suspectus, qñ procurator eius sibi cōsensit in iudicem loci, qui allegatur nō tutus; quia præiudicat domino. Anch. *cons.* 158. *n.* 28. *& seq.* † Proba- 6
tio non tuti accessus, tanq̄ super incidenti; & non super principali negocio, sufficit, si fiat semiplena. Gem. *cons.* 57. *n.* 2. *ver. imo & plus*
est. † Et qui dicit locū non tutū, probare debet, & qñ secus, plene 7
Mascard. *Concl.* 17. *Accessum non tutū.* vbi, ꝙ si constat, ꝙ non est tutus, non debet probari, neq; allegari. † Et an testes singulares ꝑ- 8
bent non tutū accessum, Vide eundē Mascard. *Concl.* 18. vbi, ꝙ nō, ¶
& qualiter deponere debeant, vt probent. Vide, *Citatio indiscreta,*
& nulla ad locū non tutū, &c. Concl. 236. Vide, *Iudex ordinarius nō remouetur, vt suspectus, sed datur adiunctus, & quando secus. Concl.* 422. Vide,
Probatio semiplena quid sit, & quando sufficiat, vel non. Concl. 794.

V.

Vacare dicitur beneficium nouiter creatum à sua primæua erectione, sed non cadit sub reseruatione. Concl. 1.

VACARE † dicitur beneficiū nouiter creatum, cum primum est erectum in beneficium, & cadit sub dispositione beneficiorum vacantium. Gem. *cons.* 69.
2 *Circa primum, in princ.* † Amplia, vt cadat sub dispositione vacaturorum, quando fuit creatum post gratiam, vel dispositionem de vacaturis loquentem; secus si esset creatum ante; quia nondiceretur vacaturum, sed vacans tempo-
3 re dispositionis. Gemin. *d. cons.* 69. *Circa primum, in princ.* † Limita; quia non cadit sub reseruatione Papæ de beneficiis vacaturis facta, siue sit creatum ante reseruationem; siue post; quia si erat creatum ante, qualitas de vacaturis non applicatur; quia vacabat ante; si vero esset creatum post reseruationem, licet qualitas de vacaturo conueniat, non tamen conuenit substantia beneficii, quæ non erat; & consequenter ad futura beneficia non extenditur. Gem. late *d. cons.* 69. *n.* 4. *vsque in fi. ver. circa secundum.*

Vacare, verbum quid importet. Concl. 2.

1 VERBVM † hoc, *vacare*, habet multiplicem sensum secundum Rom. *cons.* 350. *In casu, in fi. n.* 21. vbi apostil. in *ver. expositionē*, dicit, ꝙ importat intē dere, abstinere, cessare, inutilis esse: item importat beneficium vacare aliquādo de iure, & de facto, aliquando de iure tantum, vide eundem, qui ponit exempla, vt vacet de iure, & de facto, quando vacat & titulus, & possessio; de iure, quando vacat titulus, sed non possessio, vbi, quod in dubio debet exponi secundum verisimilem mentem; & materiam. † E 2
conuerso beneficium dicitur plenum, & non vacans, quando possidetur ab aliquo de iure. Rota in *antiq. de præbend. dec.* 18. alias 740.

Vacatio beneficii ex eadem persona non potest multiplicari. Concl. 3.

RESIGNANS † beneficium in infirmitate in manibus Papæ, 1
vt conferatur Titio, facta collatione Titio, si resignans moritur intra 20. dies, ex quo non valet collatio propter regulam de infirmis, beneficium dicitur vacare per resignationem in manibus Papæ factam; & sic vacat in curia, & est reseruatum; ideo expectantes non possunt illud capere. Rom. *consil.* 342. *Quoad primum, in princip.* vbi, quod non potest vacare per obitum; quia ex quo semel resignauit, nisi de nouo superuenerit titulus; non potest vacare per mortem resignantis, allegat text. in *c. susceptum, de rescript. in* 6. Vide, *Regula de infirmis, &c. Concluſ.* 100. ¶

Vacare

Vacare non dicitur Ecclesia habens Episcopum confirmatum, etiam si non possideat, & quando dicatur vacans. Concl. 4.

1 VACARE † non dicitur Ecclesia, quæ habet Episcopum confirmatum, vel habitum pro confirmato, & ideo Archidiaconus, seu Capitulum habens emolumenta sede vacante Episcopali, non debet illa habere, postquam est creatus Episcopus, & est confirmatus, licet possessionem non acceperit. Oldr. *cons.* 194. *Fa-*
2 *ctum tale est, per tot.* † E contra vacare dicitur Ecclesia, quæ sponsum non habet, *c. inter corporalia, de transl. Episc.* Oldr. *cons.* 282. *n.* 1. *ver. si*
3 *autem.* † Vacare dicitur Ecclesia aliquando de iure; vt si minor 25. habet parochialem; aliquando de iure; & de facto, quãdo etiam
4 deficit rector facti. Oldr. *d. cons.* 282. *in princ. & per tot.* † Vacatio beneficii quando non potest verificari de iure, sufficit, quod de facto verificetur; plura exempla ponit Socin. *cons.* 32. *n.* 13. *& seq. lib.* 1.

Vacatio beneficii quando dicatur reparata, vel non, & ex quibus. Concl. 5.

1 BENEFICIVM † vacans licet commendetur alicui; tamen non dicitur reparata vacatio; quia mortuo cõmendatario vacabit eo modo, quo vacabat tempore commendæ. Gemin. *cons.* 8. *nu.* 8.
2 † Declara tamen; quia licet proprie beneficium non vacet per mortem commendatarii; quia non habet titulum; tamen verifi-
3 catur vacatio de facto. Socin. *cons.* 32. *n.* 17. *lib.* 1. † Amplia; quia beneficium spectans ad electionem, vel præsentationem aliquorũ, si vacat, non dicitur impletum per electionem, vel præsentationem factam, nisi sequatur cõfirmatio, vel institutio; quia adhuc
4 dicitur vacare. Gem. *cons.* 52. *in princ. ver. primo videtur.* † Extende in tantum, vt si electus, vel præsentatus renunciet electioni, vel psentationi; non tñ beneficium dicitur vacare per renunciationẽ, sed eodem modo, quo vacabat ante electionem, vel præsentationem. Gem. *d. cons.* 52. *per tot.* maxime *circa fi. ver. modo restat respondere.*
5 † Amplia; quia per purificationem gratiæ expectatiuæ factam ab exequutore, neq; per acceptationẽ dicitur reparata vacatio, sed demum per prouisionem exequutoris impletur beneficium, ita
6 videtur sentire Zabarel. *cons.* 76. *per tot.* † Limita; quia per collationem dicitur beneficium impleri, & vacationẽ reparari. Zaba. *cons.* 126. *nu.* 2. allegat text. quem dicit optimum in *c. fi. de præb. in fin.*

Vacatio beneficii dicitur fieri in loco, vbi fit resignatio, vel vbi moritur titulatus. Concl. 6.

1 BENEFICIVM † dicitur vacare in loco, in quo fit resignatio, & admittitur, puta si in manibus Papæ, beneficiũ dicitur vacare in curia, & inducitur reseruatio tanquam de vacanti in curia, & ideo expectantes, qui nõ capiunt beneficia reseruata propter vacationem in curia, non ẽt capiunt resignata in curia; quia ibi va-
2 care dicuntur. Rom. *cons.* 342. *Quoad primũ. n.* 2. *ver. stat ergo.* † Extẽde, vt idem sit, si beneficiatus moritur in curia; quia beneficiũ in
3 curia vacat. † Amplia, vt q̃ dicitur de curia, procedat etiã in quocunq; loco, in quo fiat resignatio, vel moriatur beneficiatus; qa ibi beneficium vacare dicitur. Rom. *d. cons.* 342. *nu.* 2. *ver. stat ergo.*

Vacatio beneficii narrata debet probari vera de iure, & de facto. Concl. 7.

1 VACATIO † beneficii narrata ab eo; q̃ obtinuit sibi prouideri per Papam, debet probari, & verificari, q̃ vacet de iure, & de facto; quia non põt dici, q̃ vacet beneficium, nisi vtroq; modo vacet. Oldr. *cons.* 208. *Quoniam ex tempore, in princ. n.* 2. *ver. ex hoc facto*, alias gratia tanquam obreptitia est nulla, idem tenet Lap. *alleg.* 16. *& alleg.* 104. vbi declarat, q̃ debet verificari per subreptionem; quia si alius possidebat ex titulo colorato, debuit exprimi possessio aliena, alias gratia est subrepticia; secus. si possessio nõ esset co-
2 lorata. Gem. *cons.* 86. *In causa Traiecten. in princ.* † Amplia; quia vacatio beneficii vno modo expressa non comprehendit aliũ modũ. Vide, *Collatio beneficii facta ex vna causa, an valeat ex alia causa. Concl.*
3 431. † Restringe; nisi adsit clausula; *vel alio quouis modo*; quia tunc comprehendit omnẽ modum. Soc. *cons.* 32. *Ex iis, quæ superius, n.* 11.
4 *& seq. ver. nec obstat, si diceretur, lib.* 1. † Declara tñ; quia cõprehendit omnem modũ vacandi ex persona expressa; non ex alia. Socin. *d.*
5 *cons.* 32. *n.* 12. *ver. nec obstat consilium, lib.* 1. † Amplia; quia impetrans beneficiũ tanquam vacans per contractũ matrimonii debet hoc probare, & qualiter probetur, Mascard. *concl.* 182. *Beneficium impe-*
trans, quod vacat per contractum matrimonii. † Amplia; quia impetrans beneficium tanq̃ vacans per assequutionem alterius incompatibilis debet hoc probare, & qualiter probetur, plene Mascard. *concl.* 183. *Beneficii vacatio per assequutionẽ.* † Limita; quia vacatio quæ intelligitur de iure, & de facto, valet, si tempore, quo fit collatum, vere vacat vtroq; modo, licet postea incipiat vacare de iure tantum, vt quia aliquis se intruserit in eo; quia non attenditur, quod postea euenerit, Oldr. *cons.* 319. *n.* 4. Lap. *alleg.* 104. alias 107. *n.* 5. *in fi.* † Limita in gratia in forma pauperum ad primũ vacantem, quia sufficit, quod de iure vacet, licet non vacet de facto. Oldr. *cons.* 282. *in princ.* qui etiam in *fine, ver. quartum*, dicit; quod est notoria vacatio iuris, non potest post mensem acceptare. † Limita, quando possessio tertii non esset colorata; quia tunc valeret collatio; quia non subest subreptio; ex quo de possessione non colorata non debet fieri mentio; & cessat subreptio. Lap. *alleg.* 104. *in tam*, vbi, quando dicatur colorata, vel non, & *alleg.* 104. *in tertio per totam.* Oldr. *cons.* 319. *n.* 3. & 4. Gem. *cons.* 86. *n.* 5. † Limita, quando mandatum de prouidendo non esset in specie ad commendam beneficium, sed in genere ad primum beneficium. Lap. *alleg.* 104. *in ver. quæro tempore.* Oldra. *cons.* 282. *ver. primum*, vbi declarat, quid sit vacatio iuris, & quid vacatio facti. † Limita, quando esset mentio de possessione tertii; quia tunc vacatio intelligitur de iure tantum, ex quo alius narratur possidere. Calder. *cons.* alias 25. *de præb.* Gem. *d. cons.* 86. *in princip.* maxime *nu.* 5. *ver. nu.* Vide, *Narratiua gratiæ quãdo sufficiat, quod verificetur de facto. Concl.*

Vacatio beneficiorum diuturna reprobatur, & quatur multa. Concl. 8.

VACATIO † beneficiorum diuturna reprobatur, *c. quia de lectio. in* 6. † Amplia; quia vt tollatur diuturna vacatio, quæ est reprobata, licet executor ad prouidendum sit perpetuus, men post sex menses à die vacationis expirat facultas prouid. Calder. *cons.* 254. alias 33. *de præb.* † Amplia; quia ne inducatur diuturna vacatio fuit inducta deuolutio collationis, vt his, qui debet conferre, non conferat intra sex menses, collatio deuolvitur superiorẽ, *c. 1. de supplen. neglig. Prælat.* † Amplia in patronis laicis, intra quatuor menses debeant præsentare, alias deuolutio collatio, ne diuturna vacatio inducatur. *c. quoniam*, & ibi Doct. *de patr.* † Amplia in patronis clericis, & ecclesiasticis; qui habent sex menses ad præsentandum, ne detur diuturna vacatio beneficiorum, *c. eam te*, & ibi Doct. *de iure patr.* † Amplia in expectantibus quibus præfigitur mensis ad acceptandum, vt in *Clem. 3. sua de conces. præb.* vt obuietur diuturnæ vacationi; & hac ratione papus pluribus expectantibus non est successiuum ad purificandam gratiam suam, ne detur diuturna vacatio Zabarel. *cons.* 76. *per* maxime *in princ.* † Amplia; quia electio Prælati, vel beneficium debet fieri intra tres menses à die notæ vacationis, alias cessat legitimo impedimento deuoluitur collatio ad superiorem, detur diuturna vacatio, *c. nepos de defectu. de electio. in princ.* † Amplia quia beneficia vacantia in curia reseruata Papæ; si non conferat intra mensem, poterit ordinarius conferre, vt diuturna vacatio tollatur. *c. præsenti, de præb. in* 6. † Amplia ex parte electi; quia debet intra tres menses à die notæ electionis, vel acceptationis obtinere confirmationem, *c. quamsit, de electio. in* 6.

Vacantia bona quæ dicantur, & cuius sint. Concl. 9.

BONA † vacantia de iure sunt; quæ non habent dominum, de facto vero sunt, quæ non habent possessorem. Ægid. Bellam. *cons.* 23. *in fi. n.* 9. † Aliter distinguit Castr. *cons.* 143. *Visis. Gyronat. in prim. lib.* 1. quia bona vacantia dicuntur, quando mortuo domino nullus reperitur, qui velit esse hæres factis debitis proclamationibus; possessio vero bonorum dicitur vacans, quando nullus ea possidet ciuiliter, neq; naturaliter. † Bona vacantia spectant & deferri debent in fiscum. Ægid. Bellam. *cons.* 23. *in prin.* & vbi declarat procedere, quando sunt vacãtia de iure, & de facto, & quod iure successionis non vniuersalis succedat fiscus. *l. 1. l. 1. ul. de vi publica.* vbi dicit, quod ista successio bonorum vacantium est particularis; & differt ab vniuersali ob delictum. † Et declarat à successione ob confiscationem, ostendit Bellam. *d. cons.* 23. 4. *& seq.* vbi, quod fiscus in bonis vacantibus non succedit quando sunt communia cũ alio, secus si ob delictum; quia bene succedit. Vide, *Bona qualiter pro derelictis habeantur, vt liceat se intromittere. Concl.* 115. Vide, *Fiscus succedit defuncto sine hærede, & quando. Concl.* Vide, *Possessio vacans potest capi a quocunque, & quando. Concl.* 4. &

Vagabundus quis dicatur. Concl. 10.

VAGABVNDVS † dicitur Monachus manens extra monasterium, & obedientiam, qñ retinet habitum: si vero habitum dimit-

mittit, dicitur Apostata, & inter se differunt. Calder. *cons.* 498. a-
2 lias *mico, de Apostatis.* † Et proprie dicitur vagabundus, qui per mū-
* dum vagatur secundum *communem, de qua Iul. Clar. in §. fi. qst.*
39. n. 8. ver. sed hic quaro. vbi, q supplendum est, dummodo non ha-
beat domicilium, in quo habitet; & licet aliqui dicant, q non de-
* reliquit domiciliū originis; tñ illud * communiter reprobatur;
3 quia non tollit; quin sit vagabundus. † Bannitus aūt non dicitur
vagabūdus, si habet domiciliū, in quo habitet, alias secus; & hoc,
ne sit melioris conditionis, quā non bannitus. Clar. in *§. fi. q. 39. in*
4 *fi. n. 9. ver. fui interrogatus.* † Sortitur forū vagabundus vbique; quia
vbi te inuenero, ibi te iudicabo, ita glos. fin. in *l. 1. C. vbi de crimin. a-*
* *giepor.* quam * communē dicit Clar. in *d. §. fi. q. 39. n. 7. ver. caterum.*

Vallis quid sit. Concl. 11.

1 VALLIS † dicitur locus depressus, in quo est congregatio a-
quarum, cannarum sine arbustis, & arboribus. Alex. *cons.* 25.
Consideratis, n. 10. ver. venio ad secundum, lib. 7. vbi, q ex communi vsu
2 loquendi ita, vel aliter potest designari. † Extende; quia si valles
designantur esse, vbi non sunt arbores, neq; arbusta, & non erit
vallis; licet sint ibi arbores tantū, vel arbusta tantum; quia requi-
rit, q ibi non sint arbores, neq; arbusta. Alex. *d. cons. 25. nu. 10. &*
seqlib. 7. vbi ponit plura similia; & est ratio; quia illa negatiua re-
quirit vtrumq; negatum. † Contrarium tenet Apostilla ad Alex.
3 *lum. 25. n. 10. lib. 7. in ver. sic,* vbi, q pessime loquitur, & cōtra com-
munem. † Declarat Alex. *d. cons. 25. n. 10. & seq. iuncto n. 14. & seq. ver.*
postremo capio, lib. 7. q in dispositione negatiua, quod est vallis, si ibi
non sunt arbores, neq; arbusta, requiritur, q vtrumque adsit, vt
cesset esse vallis; si vero sumus in affirmatiua, q sit vallis, vbi est
fundus aquarū, & cannæ, & carenzæ fortes, & videgani; tunc erit
vallis, & si sola aqua ibi sit, etiam si non concurrant omnia copu-
lata; quia dicit, q intelliguntur copulata respectu plurium subie-
5 ctorum istæ qualitates, non respectu eiusdē subiecti. † Contrariū
tenet Apostil. ibi ad Alex. *d. cons. 25. n. 15. ver. puto, lib. 7.* & in fine in
Apostil. dicunt. dicit, vtrumq; posse teneri ex coniecturis, & mente.

Valor rei quid sit, & qualiter probetur. Concl. 12.

VALOR † est bonitas extrinseca, cui nō possunt applicari ver-
batenere & possidere. Bal. *cons.* 190. *Casus talis est, quidam, in fi.*
2 *lib. 1.* † Probatur valor rei coniecturaliter ex quātitate perceptio-
3 nis fructuum. Bal. *cons.* 323. *Proponitur, q Dominus, in fi. lib. 2.* † Item
probatur per testes valor communis. Bal. *cons.* 219. *Potius Bertagna.*
4 *lib. 3. in fi.* † Item probatur valor rei positus in cōditione venditio-
nis, si probatur, q aliquis tanti emisset, & hoc in præiudiciū eius,
qui habuit sub conditione in solutū cum pacto, q si intra decem
annos pluris posset res vendi, illud plus esset venditoris primi, q
dedit in solutū: quia si habens insolutū festinanter vendidit, cōtra
eum probatur valor ex depositione eorū, qui tanti emissent.
5 Bal. *d. cons. 219. circa fi. lib. 3.* † Amplia; quia valor rei probatur affir-
matiue, vt res tantū valeat, quanti vendi potest proposita venalis
publice; sed tñ non probatur negatiua, q plus, vel vltra non va-
6 leat. Fulgos. *cons. 242. Visa copia.* † Et ista æstimatio cadit solū in iis,
quæ de sui natura non sunt fructuosa. Bar. in *l. prætia rerū. §. nonnul-*
lum. n. 2. ver. quandoq; tract. ff. ad l. Falcid. & in l. non intelligitur. §. du-
cas ff. de iur. fisci. Fabia. de Mont. *tract. de empt. & vendit. qst. princip. 8.*
7 Imol. in *l. mortis causa. §. fi. ff. de donat. caus. mort.* † Item quanti vendi
potest homini scienti qualitatē rei, & informato. Bologn. in *addi-*
8 *tio. ad cons. 10. de Ana. 98. in fi.* † Restringe quatuor modis, de quibus
Soci. *regul. 14. Res tantum valet, quanti vendi potest,* primo, si venditur
in loco priuato; secundo, q̄n homini ignoranti; tertio, si iudex æ-
stimauit; quarto in loco, vbi vendi potest; secus in alio loco. † Et
de valore turris, vel palatii delitiosi, q est magni valoris, & nulli⁹
redditus, qualiter valor consideretur, si agatur de soluendo cre-
ditorib. reseruato debitori, ne egeat, distinguit Menoch. *cas. 183.*
de arbit. q persone nobili, cui conuenit, reseruatur, licet sit debi-
tor, sed persone ignobili non reseruatur, sed venditur, pretioque
9 communi æstimatur, non autem pretio affectionis. Vide tñ Bar-
tol. in *l. si ex falsis. C. de transactio. nu. 11. ver. & bene facit,* vbi stante sta-
tuto, q pro dote fiat restitutio in bonis iuxta valorem catastri, si
palatiū cum terreno simul æstimatur scut. 3000. non potest velle
tantum terrenum ad valorem mēsuræ; quia præsumitur vniuer-
salis æstimatio includere omnia pro rata, sequitur Bald. in *authen.*
10 *hoc iusp. C. de solutio.* sequitur Ang. in *l. creditoris. ff. de distract. pign.* † Imo, quod res in fructuosæ, prout sunt melioramenta in fabricis,
& similia, non veniant in æstimatione probanda per testes; quia
fatuus esset, qui emeret talia in fructuosa, & ideo testes non pos-
sent deponere de valore communi; quia res tantum valet, quan-
ti vendi potest habenti notitiam rei, ita Curt. Iun. *cons. 165. n. 18. in*
fi. & n. 19. ver. & aduertendum censeo. † Et quod res pretiosæ & sine 12
fructu non debeantur pro legitima; quia assignatur pro alimen-
tis, plene Bolognet. in *l. in quartam, n. 260. ff. ad l. Falcid.* † Item; quia 13
non assignantur pro dote; quia debet esse fructuosa, vt inseruiat
pro oneribus matrimonii. Bero. *cons. 61. n. 19. lib. 2.* † Amplia; quia 14
valor præsumptiue probatur ex valore fructuum perceptorum
per vigintiannos. glos. in *authen. perpetua. C. de sacros. Eccles.* Neuiza.
cons. 74. n. 5. Afflict. *decis. 284.* vbi è conuerso taxari fructus debent
ad rationem quinque pro centenario; quia in xx. annis soluitur
pretium proprietatis. glos. fin. in *authen. perpetua. C. de sacros. Eccles.*
quæ * communiter approbatur, vt per Tiraq. *de retract. lignag. §. 1.* *
glos. 6. n. 19. Couar. *variar. resolut. lib. 3. cap. 9. n. 5.* Corn. *cons. 15. in princ.*
lib. 4. Ias. plene in *l. si fundum per fideicommissum. nu. 5. ver. item adde. ff. de*
legat. 1. Cravet. *cons. 940. in fin.* plenius Decian. *cons. 2. nu. 174. & seq.*
lib. 1. vbi citat plurimos, & dicit reditum ad rationem quinq; pro
centenario esse pretium verum. Vide Mascard. *Concl. 651. Extima-*
tio fundi secundi. vbi declarat. Vide, *Fructus solent esse vari secundum*
tempora. & qualiter sint taxandi. Concl. 504. † Et quod etiam aliquan- 15
do fructus 50. annorum faciant verum valorem rei, glos. in *c. cum*
causa. in ver. ad alium. de testib. circa fin. & in d. authen. perpetua. C. de sa-
cros. Eccles. in glos. fin. quæ dicit hoc esse in Ecclesia Hierosolymita-
na. † Et q valor rei eliciatur ex venditionibus factis in illo loco, 16
& ex quantitate fructuum rerū venditarum. Bart. in *l. 2. n. 19. ver.*
est ergo. C. de rescind. vendit. vbi *n. 23.* dicit, q probatur articulando,
q bona tanti redditus valeant tantum. Ias. plene in *d. l. si fundum per*
fideicommissum. n. 2. ff. de leg. 1. & iterum in *l. prætia rerum. §. nonnullā. in*
princ. ff. ad l. Falcid. & q ista duo copulatiue requirantur. Corn. *cōs.*
224. lib. 1. in fi. & cons. 266. n. 18. & seq. eod. lib. 1. † Et quod attendatur 17
ad valorem rei probandum rei qualitas, & fructuū quantitas, est
text. in *l. si quos. C. de rescind. vendit.* & ibi Bart. † Declarat glos. in *d. l. si* 18
quos. in ver. extimetur, C. de rescind. vendit. vt æstimatio rei fiat secun-
dū quantitatem fructuū, allegat text. in *authen. de alienatio. & em-*
phyteusi. §. quod autem coll. 9. & cōem * dicit Decian. *d. cons. 2. nu. 274.* *
lib. 1. † Amplia; quia valor rei de vno tempore ꝓbatus non censē- 19
tur variatus spatio decennii; ideo valor probatus ex confessione
partis, vel ex testibus de vno tempore continuat per decē annos,
nisi variatio probetur. Alex. *cons. 133. Viso ꝓcessu. in fi. ver. venio ad ter-*
tiū, lib. 1. † Extende; quia si res fuit vendita centū primo loco, cum 20
promissione euictionis, & interesse, postea alteri vēdita, & sit lo-
cus interesse, ꝓsumitur vsq; ad valorē rei, quo res fuit primo loco
vendita, nisi probetur diminutus, & multo magis, q̄n secundo
loco fuit et maiori pretio vendita; quia nō præsumitur diminu-
tus valor. Alex. *cons. 67. n. 2. & 3. ver. dato q, lib. 2.* † Amplia; quia va- 21
lor fructuū probatur per duos testes integre deponentes se ha-
bere notitiam, & q tanti ipsi singulo anno emerent; quia licet æ-
stimatio debeat esse communis, & non particularis; tñ probant, si
non restringunt suam emptionē ex singulari affectione, q̄n sunt
viri habentes notitiā, alias secus. Bal. *cons. 432. Super dubia, nu. 4. ver.*
super tertio lib. 3. † Extende; quia valor annuus fructuū rei ꝓbatur 22
per duos testes deponentes, q bona, de quib. agitur, sunt cōmu-
nis annui redditus deductis expensis, & reductis fructib. ad pe-
cuniā numeratā pro parte tangente dño scut. 45. & vltra, & ꝓ tanto annuo affictu dicta bona locarentur, & conducerētur in cau-
sa scientiæ; qa sunt periti, & practici in locando & conducendo.
Bal. in *l. cū propriam. C. si quis alteri, vel sibi,* vbi, q sufficit consideratio
æqua ablq; expressione fructuū. † Contrarium idem Bal. in *l. 1. in* 23
vlt. col. C. de fruct. & lit. expens. ver. quaro, qualiter fructus, vbi, q fructus
probantur per testes, qui interfuerunt perceptioni, q̄n agitur de
percepti, & de percipiendis fit probatio per coniecturas, & melius
in *l. si fundum. C. de rei vendic.* vbi, q licet aliqui velint sufficere pro-
bationem, q talis fund⁹ cōmuniter tantū fructificat singulo an-
no, tñ non est bona probatio; quia non vniformes sunt semper
fructus; ideo debent exprimi tot fructus & illorū valor, & ita di-
cit tenere Iacob. de Aret. Spec. *tit. de teste, §. nunc tractandum,* plene
Corn. *cons. 301. col. fi. lib. 3.* † Ratio; quia testes debent deponere ꝓ 24
sensum corporis, *l. testiū. C. de testib.* & non per iudiciū intellectus;
quia tunc dicitur iudicare, & nō deponere. Bart. in *l. q̄ testamento ff.*
de testam. Corn. *d. cons. 301. lib. 3.* & Deci. *cons. 189.* † Declara; qa opi- 25
nio Baldi ꝓcedit in libello, vt substineatur; qa eo casu fruct⁹ pe-
tuntur accessorie, sec⁹ si fruct⁹ petant principaliter; quia debēt in
libello tunc specificari, & quia q̄n etiam petuntur accessorii, licet
libell⁹ substineatur; tñ in ꝓcessu, & ꝓbationib. debet fieri specu-
latio. Ab. in *c. grauis. de restit. spoliat.* quia stylus nō post derogare iu-
ri cōni. Alex. *cons. 36. lib. 2.* sed requireretur consuetudo. † Amplia; 26
quia valor, & æstimatio fructuū ꝓceptorū, & ꝓcipiendorū, ꝓba-
tur p testes, si dicāt, q viderunt quoad ꝓceptos, sed quoad ꝓcipiē-
dos ex cōiecturis fit ꝓbatio. Vide Mas. *Cōcl. 660. Extimatio fructuū.*

† Ex-

27 † Extende, quia quantitas fructuũ probatur per coniecturas, & per fructus terrarũ vicinarum eiusdẽ qualitatis perceptos. Bal. in *l. si fundum, in vlt. col. C. de rei vendic. & in l. 1. C. de fruct. & lit. expens.* & q̃ quantitas fructuũ collecta probetur ex eo, q̃ terræ circumuicinæ reddiderunt tot, & tantũ singulis annis. Corn. *cons. 301. in fin. lib. 3.* † Extende; quia probatur quantitas fructuum per catastrum decimæ, per q̃ patet, quantum dicta bona soluunt pro decima, q̃ æstimum probat, si ex auctoritate publica confectũ est; secũdum Bart. in *l. fin. C. de præd. mino. lib. 10.* per Bald. in *l. 2. C. de rescind. vend.* q̃

☞ maxime procedit, qñ de proximo factum est. Vide *Liber extimi, seu catastri quid sit, & non probat multis casibus. Concl. 345.* Vide plenissime per Mascar. *Concl. 656. Extimatio rei an per testes probari possit*, vbi ponit regulam affirmatiuam, q̃ probatur, extendit, limitat, & declarat, & quid si aliqui de maiori, minori, vel medio pretio, in q̃

☞ summã sit facta probatio, & quid in stabilibus, & in bonis mobilibus, vide eum. Vide plenius, *Testes quando, & qualiter probent valorem. Concl. 187.* † Amplia; quia ẽt testes probant valorem; si dicant, q̃ res tantum valet; & ipsi tantum soluerent secundum cõmunẽ extimationẽ. Vide Mascard. *d. concl. 656. n. 36. & seq.* vbi, quod imo ẽt si dicat simpliciter, tantum valet, & ipse tantũ soluerit, probat,

30 qñ non mouetur ex affectione particulari, vide eum. † Amplia; quia testes probant valorem, & æstimationem rerum mobilium, frumenti, vini, olei, & similium, si dicant, q̃ tantum valuit communiter in loco, de quo agitur, de tali tẽpore, & per multos dies ante, & post; secus si de alio loco deponant. Mascar. *concl. 658. Extimatio rei mobilis*, vbi, qualiter deponere debeant. † Amplia; quia ex

31 libro æstimi probatur præsumptiue valor rei, donec contrarium ꝓbetur. Alex. *cons. 199. Perspectis, n. 6. ver. & licet alias, lib. 6.* Vide plenius Mascard. *concl. 654. Extimatio rei probari an possit per librũ extimi, seu catastrum.* † Amplia; quia valor, & æstimatio rei, qñ non est ꝓbata, sed iudici constat rem deberi, vt quia testes deposuerunt de

32 re, sed non de æstimatione, potest iudex ex seipso æstimare. Bart. in *l. si quod ex Pamphila. ff. de leg. 2.* Alex. *cons. 133. in fi. lib. 1.* plene Corn. *cons. 318. in fi. lib. 4.* Soc. *cons. 155. n. 4. lib. 2.* Plot. in *l. si quando. C. vnde vi.*

33 § 37. *n.* 8. † Extende; quia æstimatio, & valor rei potest probari ex declaratione iudicis, à qua nõ pendet appellatio. Vide plene Mascard. *concl. 652. Extimatio rei an possit ꝓbari per declarationem iudicis.* †

34 Amplia; quia valor rei, & æstimatio probatur per peritos assumptos à iudice ad hoc, & eis prius præstito iuramento de æstimatione ex bono, & æquo faciẽda. Vide plene Mascar. *Concl. 653. Extimatio an possit ꝓbari per peritos.* vbi, q̃ requiritur citatio partis in relatione; qñ ipsæ partes non approbauerunt electionẽ, alias secus; & q̃ standum sit relationi, nisi sit iniqua, & qualiter possit reprobari, vel impugnari, & quales esse debeant periti, & quot req-

☞ rantur, Vide, *Læsio probatur multis modis. Concl. 299.* Vide, *Extimato-*

35 *res, & periti qualiter eligantur, & referant. Concl. 673.* † Amplia; quia valor, & æstimatio rei probat, & subhastatio, & oblatio facta ad hastam. Vide plene Mascar. *Concl. 655. Extimatio an probetur per subhastationẽ*, vbi pro vtraq; parte allegat, sed dicit, q̃ probat præsump-

36 ptiue, licet contrariũ possit probari. † Amplia; quia valor, & æstimatio rei probatur ex pluribus venditionib. eiusdem rei, quãdo sunt de recenti, & non de antiquo, imo licet instrumenta venditionum locorũ vicinorũ non probent æstimationẽ, & valorem rei vicinæ, bene probãt, qñ esset probata æqualitas bonitatis bonorum vicinorũ. Vide plene Mascar. *Cõcl. 657. Extimatio rei immo-*

37 *bilis an probetur per instrumenta veterũ venditionũ, & emptionum.* † Amplia; quia valor rei mobilis furto subtractæ, vel per violentiã ablatæ probatur solo iuramento, qñ constat de furto, violentia, vel dolo, alias secus. Vide Mascard. *Concl. 659. Extimatio rei mobilis*, vbi plene declarat, & in fine, quid si probauit semiplene furtũ; vio-

38 lentiã, vel dolum. † Amplia; quia æstimatio, & valor iurium, & actionũ probatur eo modo, quo probatur valor rerũ profanarum deductis labore, & expensis, quæ incumbũt exactioni; & litigio. Vide eundẽ Mascar. *Concl. 661. Extimatio iuriũ, & actionum quo pacto probetur.* † Amplia; quia valor, æstimatio, & taxatio facta à testa-

39 tore, lege, vel statuto ꝓsumitur iusta, & vera, qñ habet certũ pretium expressum; secus si pretiũ non est expressum; quia tunc intelligi debet de pretio vero, & iusto. Vide Mascar. *Concl. 662. Extimatio an iusta ꝓbetur ex taxa facta à testatore.* † Limita; quia valor vt

40 ꝓbetur; vel attendatur, debet intelligi de valore singulari, seu affectionis. Bart. in *l. pretia rerũ*, per illũ tex. in princ. qui hoc dicit ad

* litterã *ff. ad l. Falcid.* vbi * oẽs. *cap. cum causa*, vbi Glos. in *ver. ad aliũ, in fi. de testib.* vbi Abb. *n. 3. ver. vltimo quærit Glos.* & post alios Felin. *col. 2. in fi. ver. in quantũ Abb. as dicit.* plenissime Mandell. *cons. 266. in princ. &*

* 41 *per tot.* vbi Apostilla prima dicit * cõem. † Extende; quia testes nõ probant valorem, nisi dicant de communi æstimatione, & reddãt rationes, per quas concludant de communi æstimatione, & non sufficit, q̃ dicant, quod ipsi tanti emerent cõmuni pretio, bedum magis * communẽ. Mandel. *d. cons. 266. per tot.* numero vbi de magis * communi, & ibi Apostill. dat consol. † Et de; quia ad ꝓbandum valorẽ ad effectum læsionis vltra dimidium debet probari valor secundũ communẽ æstimationem tempore contractus, & testes nõ habentes notitiã rei, de qua & qualitatũ, non sunt idonei, & non probant valorẽ, Alex. *cons. 54. Circa primũ. n. 3. & seq. ver. præterea agit, lib. 6.* † Extende, q̃ dat etiã in valore annuo ad effectum constituendi pensionem locatæ; qa si non est expressa quantitas, vt teneatur cõducere, debet locator probare, q̃ tanti locata res fuisset cõmuniter, & cõducta communiter, vel q̃ tanti locator locasset, & cõduxisset; & ideo probatio, q̃ tanti locator locallas, res locata, & conducta fuisset, non releuat, nisi cõcludat. Alex. *cons. 181. In causa, & lite, in prin. lib. 2.* vbi loquitur in Dolongo tẽpore passus est per aliũ possideri apotheca suam, & lem. Vide, *Testes quando, & qualiter ꝓbent valorem, & qua fides admittantur, vel nõ. Concl. 187.* Vide, *Extimatio multiplex. quæ & quot debet plures effectus. Concl. 665.* † Limita; quia vt valor rei debet momento parui temporis probari, neq; sufficit de particulari, sed de cõi. Anch. *cons. 194. n. 5.* † Et ideo testis q̃ res vendita non valebat plus tempore venditionis, bellũ, & non reperiebatur, qui emisset maiori pretio, non quia non debet regulari valor pro tẽpore belli, q̃ batur. Castr. *cons. 99. col. 1. in fi. lib. 2.* † Et testis pauper non ger ad valorẽ probandum, videl. qui nihil habet in bonis *cons. 194. n. 6.* † Neq; varius, qui contra suam scripturam probat valorẽ. Anch. *cons. 194. n. 6. vsq; in fi.* † Testes de credeponentes non probant valorẽ rei. Fulgo. *cons. 241.* † Extende; quia valor non ꝓbatur ex testib. deponentib. de cular affectione de se circa valorẽ. Fulgo. *d. cons. 241. in princ.* tende; quia testes deponẽtes de valore ex momẽto tempo probant valorẽ cõem. Fulg. *d. cons. 241. n. 1. ver. tertius autem.* † ta; quia valor grani, vini, & aliarũ rerũ de certo tẽpore debari de illo tempore, & ẽt ante, & post; quia non sufficit batio de vno die, & ꝓbatio debet esse nedũ de emptionum tim facta, sed ẽt in foro publico. Bar. in *l. septẽ diebus. C. com. lit. anno. lib. 12. & in l. pretia rerum.* vbi Angel. & alii. requiritur cõis valor, non priuatus, & singularis. Anton. in *c. cum causam, ver. ad secundum. de emptio. & vendit.* vbi dicit, *quẽ in mercato, &c.* plene Affl. *decis. 316. n. 5. & seq. per tot.* probari valor rei venditæ in foro publico, & licet non alibi bene in foro publico, & non priuatim. † Et ꝓbatio debet dere de loco destinatæ solutionis, vel de quo agitur; quia leuaret ꝓbatio de alio loco facta, maxime distanti, in quo rei esset carius ꝓbatũ; quia nihil releuat. Bal. in *l. fi. ff. de alim.* & probatio valoris debet fieri in loco ꝑciso solutionis debilexan. *cons. 110. Ponderatis iis. n. 3. lib. 6.* Affl. *dec. 316.* † Et ad ꝑfemnia vide Affl. *d. decis. 316.* vbi late, qualiter debeat exhiberi datũ in extraiudiciali interpellatione. Et si non petatur, & valoris debet fieri in loco solutionis faciendæ. † Et q̃ non ciat probare, q̃ tali die talis res mercatoria tanto pretio fupta, & vẽdita in foro publico; qa non habetur cõsideratio lorẽ vnius diei; ideo articulans debet esse cautus, vt ponat muniter tanti publice fuisset empta, & vẽdita, ac valuisset & ante, & post plures dies. Ang. post Bart. & alios in *d. ꝓff. ad l. Falcid. & in l. in lege Falcidia hoc est obseruandum. §. 1. ad l.* in *l. si seruus. in pr. ff. de cond. furti.* † Contrariũ videtur tenere *vinum. col. 7. ver. vltimo aduerte ff. si cert. petat.* vbi hoc videtur mente Cuma. & Alex. *d. l. pretia rerum.* † Limita, quia valor probatur ex deliberatione, vel venditione facta ad hastam *cons. 117. Viso, ac ponderato, nu. 11. ver. item non sequitur, fuit ad lib. 7* vbi dicit magis * cõem. † Contrarium tenent multi, venditor, qui vendidit præcedenti subhastatione, non posse cere se læsum, per *l. 1. C. de præd. curial. lib. 10.* Lancell. Decis. *in fior. §. meminisse. col. 2. ad fin. ff. de leg. 1.* Fabia. de Monte *tract. & vend. col. 7.* qui citat Apostil. ad Alex. *d. cons. 117. lib. 7. in ver.*

Valor rei attenditur tempore contractus, & distrahitur non post, & quando secus. Concl. 13.

VALOR † rei permutatæ per Ecclesiã attendi debet tempore celebrati cõtractus, ad hoc, vt dici possit læsa Ecclesia, vel qa non cõsideratur alteratio valoris, vel deteriorationis post cõctũ, qñ interuenerũt debitæ solẽnitates. Cald. *cõs. 197.* alias *si rũ permut.* vbi late Bal. plene in *l. 2. C. de rescind. vẽd. n. 2. & ibi tores.* † Et est generale; qa ẽt æstimatores de bent se referre ad contractus, alias non ꝓbatur læsio. Bald. *d. l. 2. C. de rescind. vend.*

25.ver.& si extimatores. vbi Bart.n.16.ver.primo, quod res. † Amplia; quia valor rei attenditur tempore contractus; ideo probatio maioris valoris per sex annos ante dationem in solutum non probat; quia valor rei variatur ex tempore secundum culturã, & non culturam bonorum. Fulg. *cons.*133. *In quæstione versa.col.2.ver.& licet apparet.* †Contrarium tenet Alexand. ad alium finem *cons.*133. *Viso processu, in fin.ver.venio ad tertium.lib.*1. vbi, quod valor probatus de certo tempore censetur intra decennium idem valor, vt sit locus statuto, nisi probetur variatio. † Amplia; quia condemnatus ad fructus perceptos; quia factus locupletior, tenetur ad valorem tempore collectionis fructuum, non autem ad incrementum vel decrementum. Io. de Anan. *cons.*38. *in pr.* vbi Bolog. in apost. videtur distinguere in contractu bonæ fidei, & stricti iuris. † Amplia; qa valor rei in profanis circa imobilia probatur de tempore contractus, non de alio tempore; ideo non requiritur, quod probetur de quinq; annis ante, vel post in rebus imobilibus, plene Cagnol. *in l.2.C.de rescind.nu.213.in q.*47. *cum seq.* vbi q.48. probat plene; secus (inquit) in rebus mobilibus, vel in beneficialibus; quia non agitur de valore rei, sed de annuis fructibus; ideo capiuntur plures anni. vide Cagnol. *n.*231. *& seq.* † Amplia; quia fructus probandi uendi debent in beneficio de tempore, & anno contractus, vel gratiæ, non autem attenduntur fructus annorum præteritorum. Oldrad. *cons.*58. *Quidam impetrauit. & cons.*168. *Ad primum.q.*2. *nu.*2. *& cons.*229. *Hæc sunt dubia.n.*4. *ver.ad quartum.* Rot. *in antiq. decis.*10. *in comess. præben. Vrbanus Papa.* Felin. *in c.eam te.nu.*22. *ver.fallit quinto. de rescript.* † Extende in profanis; quia fructus probantur ex vltimo anno, de quo agitur. Bald. *cons.*475. *n.*12. *lib.*1. *& in l.*1. *nu.*24. *ver. quæro, qualiter probentur fructus. C. de fruct. & lit. expens.* qui dicit, quod inducitur probatio præsumptiua in præteritis. † Contrarium; qa fructus non percipiuntur vniformes; ideo plures anni sunt ponderandi Bald. *in l.si fundum. in fin. C. de rei vendicat.* Roman. *cons.*369. *& cons.*423. *n.*1. Ias. *in l.si fundum per fideicommissum. n.*5. *ff. de leg.*1. Affl. *decis.*284. *in fin.* Tiraquel. *de retract. lignag.*§.1. *gloss.*6. *n.*19. † Declara; quia ad constituendam pensionem vniformem fructibus attenditur consuetudo. Roman. *cons.*423. *n.*1. † Declara; quia ad probandam læsionem, vel quid simile requiritur probatio de illo anno venditionis; idem, si agatur de restauro certi anni, vt per Ang. *in l.pretia rerum. ff. ad l. Falcid.* Si vero agatur de constituenda pensione perpetua conformi fructibus, vel quantum res sit communiter in fructu; tunc plures anni requiruntur, vt fertilitas cum sterilitate computetur, & e contra Roman. *dict. cons.*423. cum aliis in contrarium allegatis. †Limita; quia si valor rei propter imminens periculum belli erat diminutus, quando sperabatur, quod cessare deberet, non attenditur, si venditio fiat tempore belli; quia non est communis valor, & breui duraturus. Castr. *cons.*109. *Visa petitione. col.1. in fin. lib.*2. Vide plenius, *Læsio attendi debet tempore contractus, & quando secus. Concl.*295. Vide infra, *Valor expressus qualiter attendatur circa tempora, loca, & alia. Concl.*17.

Valor rei non comprehendit ea, quæ ex alio arbitrio augent, neque multa similia. Concl. 14.

1 VALOR †rei licet augeatur ex iis, quæ prouenient ex alieno arbitrio, quoad vtilitatem; tamen talia non computantur in lucro cessante, vel damno illato, si cessant; quia reuera nõ sunt propriã ad valorem. Bald. *cons.*71. *Casus talis est, Commune, & homines.nu.*3. *& 4.ver.nec aliquis dicat, lib.*1. vbi, quod commoditas vicinorum accedentium ad molendinum ex eorum arbitrio non venit in lucro cessante, vel præiudicio tertii.

Valor rei sicuti augetur ex multis, ita etiam minuitur ex multis. Concl. 15.

1 VALOR † rei augeatur ex totali corpore; quia plus valet totum respectu totius, quam pars respectu partis. Bald. *consil.*32. *Præsupponatur in facto, circa princ.ver.pro ista parte.lib.*2. vbi, quod obligatus retrouendere pluribus rem emptam vnico pretio, non tenetur alteri volenti redimere partem suam facere dimidiatã retro-
2 uenditionem. † Extende; quia res non est tantæ æstimationis in parte respectu partis, quantum in tota respectu totius. *l. Mœuius.* §. *fundo. ff. de leg.*2. *l.si quis. ff. de solutio. l. fundus ille.* cum gloss. *ff. de contrahen. empt.* gloss. *in l.*1. *in ver. partũ. C. commun. diuid.* vbi Bald. *in* 4. *not.* & Salyc. *in* 5. *not.* Bart. *in l. vxorem.* §. *agri plagam. n.*3. *ff. de leg.*3. Bald. *in*
3 *l. filium quem habentem. n.*35. *ver. dato, quod requiritur. C. famil. hercisc.* † Amplia; quia diuisio operatur, quod res communis vnita dicitur minus vtilis; quia si est vnita, plus valet, si diuisa in partes, minus valet; & ideo diuisio semper affert damnum; quia virtus vnita magis fortior. Cruet. *cons.*60. *in princ. ver. aut vult se iuuare.* vbi, quod
4 non consideratur hæc ratio; quia alias nunquam fieret diuisio. † Amplia; quia ratione vicinitatis, & commoditatis res est maioris æstimationis; ideo emens rem sibi confinantem cum aliis bonis suis potest plus soluere, quam alius. *l.si cui fundus. ff. de leg.*2. Fabian. de Mon. *tract. de empt. & vend. in* 3.4. *princ. nu.*41. *ver. vigesimo quæro.* † 5
Amplia; quia ratione affectionis valet plus res, quæ fuit maiorum suorum, prout sunt ædificia, domus, palatia, & similia; & ideo minor, qui non restituitur, nisi læsus, bene restituitur aduersus venditionem rerum, quæ fuerunt maiorũ suorum, ppter affectionis interesse. *l.si in emptionem. ff. de minor.* vbi Gloss. *in ver. maiorum.* Vide, ✠
*Restitutio in integrum datur minoribus multis casibus, Concl.*284. †Limi- 6
ta; quia minus valet res ratione oneris adiuncti, Cruet. *cons.*145. *n.*9. †Extende; quia ratione difficultatis exigendi res minus valet. 7
Cruet. *cons.*145. *n.*9. Bologn. *in addit. ad consil. Io. de Anan.*103. *ver. circa vero secundam.* †Extende; quia valor rei cessæ litigiosæ minus va- 8
let, & pro minori cedi potest, cõputato dubio euentu, laboribus, & expensis litis, quæ omnia minuunt valorem. Bologn. *in addit. ad consil. Ioan. de Anan.*103. *ver. circa vero secundam.* Cruet. *consil.*497. *n.* 5. *& 6.* vbi late. †Extende; quia ratio expensarum, laboris, periculi, 9
dubii euentus, & similia diminuunt valorem rei. Cruet. *d. consil.* 497. *n.*6. allegat Aret. *consil.*159. *Longa. col.*5. *in* 4. *dubio.* † Limita; 10
quia plus valet res cum fructu, quam res sine fructu, vel fructus sine re. † Limita; quia etiam valor rei diminuitur propter pacta 11
contractuum; nam propter pacta res minoris venditur, & locatur. Bald. *cons.*182. *Locata fuit. n.*5. *in fin. ver. nec est hoc contra rationem. lib.*1. & quod pacta diminuant, & augeant valorem rei, Bald. *consil.* 164. *Maritus fuit confessus. in fin. lib.*5. † Limita; quia valor rei dimi- 12
nuitur ex vicino rixoso, vel malæ conditionis. Bald. *cons.*482. *Magnifici viri. in princ. ver. potest autem interesse. lib.*1. Crau. *cons.*145. *n.*9. † 13
Limita; quia valor rei diminuitur ex rifico fortunæ; nam plus valet frumentum in horreo, quam in campo, & in herbis. Bald. *cons.* 133. *Et quod dictus, in fin. lib.*3. vbi idem de redditu ad vitam vnius, vel plurium, & de emphyteusi perpetua ad emphyteusim ad tertiam generationem, & *cons.*145. *Casus talis est. in fi. lib.*3. vbi, quod æstimatio grani in herbis æstimatur, prout valet illa spes, non vt effectus demonstrat; & propterea dans damnum sine dolo soluit solum æstimationem spei, quæ est in herbis. †Extende; quia minus valet 14
redditus molendini in flumine, & periculosi, quam rei stabilis. Sylueſt. *in ver. vsura* 1. *q.*34. Arius Pinel. *in l.*2. *par.*3. *c.*4. *n.*22. *C. de rescind. vendit.* † Limita; quia minus valet fundus venditus sine cau- 15
tione, quam cum cautione, & minus cum aliquo rifico euictionis, quam sine. Ioan. de Imol. *cons.*83. *In casu præmisso.* vbi, quod potest tuta conscientia emptor minus soluere etiam ex pretio conuento, si fideiussor promissus non præstetur. † Extende; quia sita 16
in loco periculoso minus valent, prout sunt molendina in flumine. Vide, *Molendinum nouum quando liceat, & in quo loco fabricari, vel* ✠
*non. Concl.*304. †Limita; quia valor rei sicut diminuitur diminuta 17
re, vt minus valeat pars, quam totum; ita etiam diminuitur ex tempore: nam plus valet res perpetua, quam res ad vitam, & ad tempus: ideo æstimatio debet minui etiam in casu statuti simpliciter loquentis de gabella soluenda secundum valorem rei: quia habet intelligentiam, vt qualitates sint admittendæ, quæ augent, & minuunt. Bald. *consil.*161. *Quæritur de gabella. lib.*4. Vide, *Æstima-* ✠
*tio emphyteusis qualiter facienda. Concluſ.*668. † Extende; quia res 18
vendita cum pacto redimendi minus valet, quam valeat, si vendatur libera; & ideo venditio cum pacto redimendi intra annum quoad solutionem gabellæ æstimatur solum, vt valeat quantum valent fructus in vno anno, licet lapso anno, postea integra gabella debeatur, si redemptio non sequatur, Bald. *consil.*164. *per tot.* maxime *in fin. ver. præterea. lib.*5. Socin. *cons.*15. *in fin. num.*56. *in fin. &* 57. *lib.*1. vbi, quod pactum perpetuum de retrouendendo pro eodem pretio minuit verum pretium 25. & 30. pro centenario, plures allegat Tiraquel. *de retract. conuent. in præfat. num.*25. † Extende; 19
quia minus valet res subiecta fideicommisso, quam libera, *l.*1. §. *si hæres.* vbi Bart. Ias. & Rip. *ff. ad Trebel.* Cagnol. *in l.*2. *num.*243. *Cod. de rescin. vend.* vbi & Arius Pinel. *in* 3. *par.c.*4. *num.*18. *cum seq.* Cruet. *consil.*435. *num.*16. *in fin. &* 17. † Extende; quia res conditionata, 20
vel supposita conditioni minus valet, quam libera. Decian. *cons.*7. *num.*96. *lib.*1. † Extende; quia minus æstimatur res habens plura 21
onera, Alex. *in l.pretia rerum, col.*1. *ff. ad l. Falcid.* Aret. *in* §. *item si quis agens, col.*4. *Instit. de act. l. eum qui.* §. *fin. ff. de in diem adict.* † Extende 22
in casu contrario; quia pactum redimendi quandocunque pro eodem pretio, sicuti operatur diminutionem valoris; ita inducit præsumptionem, quod bona sint libera, & plus valeant, quam pretium de redimendo Cruet. *consil.*102. *num.*19. † Extende; quia 23
pactum de retrouendendo respectu emptoris dicitur onerosum; quando venditor potest redimere pro eodem pretio; & facit rem valere minus in 4. parte. Ias. *in l. explicito.* §. *si hæres. ff. ad Trebell.* & fuit

24 dictum Abb. *in c. ad nostrũ, de pignor.* Sequitur Socin. *cons.* 248. *lib.* 2. † Restringe, vt non procedat in pacto retrouendendi non libero, videlicet non in libera potestate venditoris, puta quod non possit, nisi post tot annos; quia non præsumitur tunc minus res valere. Tiraq. *in præfat. de retract. conuent. n.* 26.

Valor expressus qualiter, & ex quibus probetur, vel non. Concluſ. 16.

1 VALOR † beneficii expressus in literis probandus est, *clem.* 1. *in princ. de præb.* alias gratia est subreptitia, & ita esse stylum com-
* 2 munem *dicit Alex. *cons.* 72. *Inspecto diligenter. n.* 1. *ver. septimo. lib.* 1. † Et probari debet valor de tempore impetrationis, nec sufficeret probatio valoris de alio tempore; quia non infertur; beneficium hodie valet 200. ergo tantũ valebat tempore impetrationis, nec
3 econtra. Alex. *cons.* 72. *in fi. ver. non obstat insuper. lib.* 1. † Amplia; quia falsa expressio valoris inducit subreptionem, & obreptionem gratiæ collationis; quia facilius Papa concedit beneficium parui, quã magni valoris. Card. Zab. *cons.* 31. *Cum inter religiosos. n.* 2. *& seq. ver.*
4 *& cum hoc coniungo.* † Et valor in beneficialibus, ꝓbatur hoc modo secundum communem stylum Rotæ, quod beneficium, de quo agitur, tempore prouisionis deductis onerib. per annos quinque, & post computato anno fertili cum sterili communi æstimatione valuit centum, & ita testis informatus, & notitiam habens scit, & aliter esse non posset, quin sciret, ita Gomes. *in regul. de valore. q. fin.* vbi in fin. dicit, quod aliter admittitur probatio in profanis, & ꝙ sufficit, si testis deponat tantum valere rem profanam; quia est vicinus, late Cagnol. *in l.* 2. *C. de rescind. n.* 249. vbi de valore beneficii, & quod non ita tempus ante, & post requiratur in profanis, idem
5 Cagnol. *n.* 213. *& seq.* † Amplia; quia valor etiam obtentorum expressus in dispensatione ad secundũ prætextu, quod obtentũ non excedat 30. libras, debet probari cum aliis narratis. Ægid. Bellam. *cons.* 34. *n.* 3. *ver. ad tertium.* vbi, quod sufficit probatio per commu-
6 nem opinionem, vel famam. † Amplia; quia vbicunque est præsumptio contra valorẽ expressum, semper exprimens debet pro-
7 bare. Ægid. *d. cons.* 34. *n.* 3. *ver. ad tertium. in fin.* † Limita; quia taxa decimæ non probat verum valorem beneficii; quia taxa ipsa solum fieri consueuit pro medietate, *extrauag. suscepti. §. nos de illo. ne sed. vacant.* & ita de consuetudine curiæ seruari asserit. Calder. *cons.* 36. *in*
8 *fin. ver. item planum est.* alias 15. *de præb.* † Limita; quia non est nulla, vel subreptitia gratia prouisionis facta motu proprio, etiam si erratus sit valor expressus in ea. Anchar. *cons.* 138. vbi declarat procedere, maxime, quando error non est in magna summa. Vide, *Motus proprius Papæ, vel alterius Principis operatur multa, & quando secus.*
9 *Concl.* 405. † Extende, etiam si in magna quantitate; quia cum in gratia motus proprii non habeat locum subreptio, neque regula de valore, si in totum omittatur; ita etiam si mala fiat expressio; quia quæ abundant, non vitiant. Anchar. *d. cons.* 295. *Pro clariori. n.*
9. *& n.* 13. vbi late. Vide, *Abundans cautela non nocet. Concluſ.* 67. † Ex-
10 tende maxime in gratia facta Cardinali motu proprio. Anchar. *d.*
11 *cons.* 295 *per tot.* † Limita; quia gratia collationis est nulla non expresso valore vero, quando in ea impetrans exprimit; quia dicitur, *vt asseris*; si vero imperſonaliter dicitur valor, *vt asseritur*; tunc
12 gratia sustinetur. Anchar. *d. cons.* 138. *De natura. n.* 3. † Limita; quia gratia prouisionis Cardinali facta non est subreptitia propter valorem non expressum, vel male expressum; quia regula, de valore, non habet locum in Cardinalibus. Anchar. *d. cons.* 295. *nu.* 5. *& seq.*
Vide, *Regula de valore exprimendo non habet locum multis casibus, & quibus. Concl.* 99.

Valor expressus qualiter attendatur circa tempora, & loca, & alia. Concl. 17.

1 VALOR † beneficii attenditur à tempore vacationis, non autem impetrationis, quando quis habet prouisionẽ, seu mandatum de prouidendo ad primum vacaturum vsque ad summam centum; nam si tempore vacationis valebat centum, & postea tempore prouisionis valeret plus, cadit tamen sub gratia. Oldrad. *cons.* 58. *Quidam impetrauit.* sequitur Felin. *in ca. eam te. versicul. tempus data. in* 5. *limit. de rescript.* Cassad. *decis.* 18. *super regul. in fin.* & concor-
2 dat Oldrad. *cons.* 168. *Ad primum. ver. ad secundum.* † Circa valorem autem expressum attenditur locus beneficii, non autem locus, vbi gratia facta est, habito respectu ad monetã expressam, si plus, vel minus in vno loco, quam in alio æstimaretur. Oldr. *d. cons.* 168.
3 *Ad primam q. in princ.* † Tempus, quo gratia sortitur effectum per vacationem, & realem prouisionem, attenditur circa valorem beneficii expressum, non autem tempus datæ. Oldrad. *cons.* 168. incip. *Ad primam. nu.* 2. *ver. ad secundam.* quem sequitur Cassad. *decis.* 3. *ver. ad idem. & n.* 25. *de præbend.* dum vult gratiam esse conditionalem, & attendi tempus existentis conditionis, non autem te-
Et valor consideratur in loco beneficii secundum communem vsum monetæ expressæ, si ibi expenditur, non autem secundum valorem intrinsecum: si vero ibi non expenditur, attenditur collationem, & comparationem monetæ vsualis loci ad-
tam expressam. Oldrad. *d. cons.* 168. *ver. ad tertium.* Vide [illegible]
rei attenditur tempore contractus. Concl. 13.

Valor & quantitas rei qualiter probetur, vel liqui-tur. Concl. 18.

LIQVIDATIO † quantitatis frumenti ex certa gleba [illegible]
communiter contingentibus in loco eodem, & eodem-
† Limita; quia valor, & quantitas grani ex gleba non diuer-
time probatus, vel liquidatus, si in loco diuerso, vel pro diuer-
anno sit facta probatio; quia non dicitur legitima, neque
dit. Alex. *cons.* 85. *In causa mota, in fin. lib.* 7.

Valor beneficii non continet distributiones quoti-nas, nec econtra. Concl. 19.

VALOR † beneficii expressus attendi debet non com-
distributionibus quotidianis; quia illæ debentur
peris personæ, & non veniunt sub valore expresso; qua
de corpore præbendæ, vel beneficii. Oldrad. *cons.* 118. *Fa*
tiæ. † Amplia, vt in proprietate Eccleſiæ, & sic in valore
non comprehendantur præstationes, quæ dependent à
luntate præstantium; secus si possint exigi ab inuitis,
præstationes non pendeant à fortuna, & incerta con
pro modo præsentium; quia tunc non computantur in
tate Eccleſiæ. Oldra. *cons.* 216. *Circa primum, in princ.* vbi
præstationibus debitis Eccleſiæ per obitum parochian
modo interessentium in anniuersariis; secus si sint certa
actio pro eis sine interessentia. Vide, *Distributiones quotidi-*
ordinentur, & distribuantur. Concl. 515. Vide plenius, *Fructu*
rum differunt à distributionibus. Concl. 508.

Variatio admittitur in multis, & in quibus. Cas

VARIARE † potest is, qui deposuit dotem pro
construendo scholarium in ciuitate Bononiæ, si
le collegium construat, velit potius illud construere in
Paduæ; quia cum nondum sit constructum, datur variatio
Zabar. *cons.* 1. *Excelso ducali. per tot.* † Extende; quia imo si
cum Titio, vt adueniente certo casu soluat N. centum, qua
de meis, possum pœnitere, & ꝓhibere, ne soluat. *Isi cum*
ff. de solut. ita Abb. *cons. super Concilio Basilien. in* 1. *dubio ad.*
vbi extendit, vt imo si Titius sciat quouis modo voluntatem
mutatam, non potest soluere. † Amplia; quia variatio ad
in melius sine alterius præiudicio. Bald. *cons.* 412. *Verba*
in fin. lib. 1. vbi ponit hanc regulam negatiuam, & excipit
sum. † Amplia; quia Doctor, qui consuluit in causa pro
potest contra partem, pro qua consuluit, pronunciare, si
ter deductis contrariũ de iure sentiat; sic fecit Bald. qui
pro Tortonensi ciuitate contra Papienses *cons.* 161. *Propo*
Commune. lib. 3. & postea electus iudex pronunciauit
deductis ad fauorem Papiensium *cons.* 251. *Sententia, quam*
lib. 5. vbi reddit iustificationem sententiæ contra consilium
plia in iis, quæ de sui natura sunt reuocabilia, prout in
quia si quis legauit, vel donauit etiam piæ causæ in vltima
tate simpliciter, poterit addere onus rei donatæ, & sic
Dyn. *cons.* 26. *Quæstio talis est, quædam Domina. in fin.* † Ampl
licet negans sibi fuisse solutum id, quod dicitur indebitum
betur solutio, eo ipso probatur indebitum propter negati
tamen ante factam probationem confessus fuit, & sic non
uerauit, variatio admittitur, & habetur pro confitente, ve
eum non præsumatur. Alex. *cons* 83. *In causa & lite. n.* 3. *lib.*
plia; quia de facili conceditur à iure variatio, quando ius pa
efficitur deterius, cum qua fit variatio. Petr. de Anch. *cons.*
vbi, quod scholaris, quia à principio debet deliberare, quam
tiam velit profiteri, potest variare intra breue tempus. † Am
quia potest quis ea, quæ sunt facultatis, pluries facere, & re
ideo electio sepulturæ semel facta potest fieri in alio loco. A
cons. 214. *Franciscus antiquus. num.* 7. *ver. secundo veniamus.* † Amp
quia iudex in arbitrariis potest variare; ideo si inquirat de fur
casu, in quo pœna arbitraria imponitur, & in contumaciam
declarauerit arbitrium in pœnam pecuniariam, si reus com
reat, & velit audiri, poterit condemnare in pœnam pecuniar
si sibi videatur. Anchatan. *consil.* 272. *Plena & subtilem per tota*
† Amplia

10 †Amplia; quia duo delegati à Sede Apostolica, cum clausula, *quod si ambo, &c.* si vnus renuncier iurisdictioni, postea vult admitti, de-
11 bet admitti. Anchar. *dict. consil. 214. num. 8. ver. quarto sic.* † Amplia; quia quis potest reuocare mandatum datum ad matrimonium contrahendum, & manumittendum, & ad alia; quia actus factus
12 contra reuocationem non valet. Anchar. *cons. 214. nu. 10.* †Extende; quia re integra is, qui cessit bonis, potest pœnitere. Anchar. *d.*
13 *cons. 214. n. 10. ver. septimo.* †Extēde in collatione facta absenti; qa reuocari potest assignato termino ad acceptandum, si non acceptat.
14 *c. si tibi absenti. de prab. in 6.* Anchar. *d. cons. 214. nu. 11.* † Amplia in testamentis; quia vltimum valet, & inducitur pœnitentia. Anch. *d.*
15 *consil. 214. n. 10. ver. octauo.* †Extende in statutis, legibus, & aliis dispositionibus; quia vltima derogant prioribus. Anchar. *d. cons. 214.*
16 *n. 11.* †Amplia in iudiciis; quia licet post litem contestatam non liceat actori variare, & mutare libellum, *l. edita, C. de edend.* vbi Bald. & cæteri; tamen in diuersa instantia, & cum diuersa persona possum variare, & dicere contrarium eius, quod dixi in alio iudicio,
¶ ita Castrens. *cons. 22. col. pen. ver. nec obstat, lib. 2.* Vide, *Libellus non potest corrigi, vel mutari post litem contestatam, & quando secus. Concl. 322.* Extende; †quia imo etiam possum variare cum eadem persona, & in eadem instantia, quando dico contrarium eius, quod dixeram, concordando cum eo, quod asserit pars aduersa. Castr. *cons. 22. col.*
17 *vlt. ver. nec obstat, lib. 2.* † Amplia in obligatione dandi habitationem per socerum genero; quia si socer præstitit illam in domo sua, poterit variare ex causa, vt det extra domum, non obstante quod semel elegerit in domo, vide pro vtraque parte Afflict. qui ita declarat *decis. 146.* per *l. si fiterlis. § fin. ff. de actio. empt.* Si vero promisisset dare habitationem in domo propria, non posset alterare
18 sine causa. †Et quid si promisit habitationem in domo propria ad vitam generi, & pro dote, quam obligauit, postea velit ipse, vel hæres vendere domum, & consentit gener, dummodo satisfiat
19 de habitatione, qualiter fiet æstimatio, vide Afflict. *decis. 34.* † Amplia, quia licet agens ex testamento non possit variare ex codicillis, fallit, si est reus. Afflict. *decis. 134.* Bal. *in l. 1. ff. de testam.* † Amplia;
20 quia regula est, quod habens electionem alternatiuam potest variare vsq; ad sententiam; quia si vnum eligit ante sententiam, po-
21 test ad aliud transire, *l. eum, qui certarum. ff. de verbor. obligatio. in fin.* † Declara; quia multum refert, an verba sint futuri subiunctiui; quia tunc facta semel electione non potest fieri variatio; secus si verba sint futuri indicatiui. Bart. *cons. 101. Girardus de Tuderto, nu. 7. & 8. ver. super quarto. lib. 1.* Limita multis modis, de quibus in Conclu-
¶ sione proxime sequente. Vide, *Libellus non potest mutari post litem contestatam, & quando secus. Concl. 322.* Vide, *Quod semel placuit amplius displicere non debet. Concl. 48.* Vide, *Impugnans aliquid non potest se fundare ex eo. Concl. 57.*

Variatio non admittitur in multis, & quibus. Conclus. 21.

1 VARIATIO †non admittitur regulariter; quia est legibus inimica, & doli mali plena. Bald. *cons. 327. Pridie enim. n. 4. ver. item*
2 *varitas, lib. 1.* †Quia variatio est odiosa; & ideo restringenda, Cal-
3 der. *cons. 438.* alias 21. *in princ. de iurepatr.* † Amplia; quia exequitor testamentarius ad eligendum distributionem in piam causam, si semel elegit, non potest variare; quia ex electione acquiritur ius electo, & agit ex testamento, non ex actione, quæ oriatur ex electione, vel ab eligente. Abb. *cons. 11. Tria sunt. n. 4. & seq. ver. venio*
4 *ad tertium. lib. 2.* † Extende; quia habens electionem ex officio sibi commisso si semel elegit etiam absentem, non potest amplius variare. Abb. *d. cons. 11. in fin. lib. 2.* † Restringe; quia habens electionem ex contractu bene potest variare. Abb. *d. cons. 11. n. 5. ver. venio*
5 *ad tertium. lib. 2.* † Amplia in patronis clericis, qui non possunt va-
6 riare in electione, & præsentatione. Oldrad. *cons. 18. in fin.* †Et idem in patronis laicis, qui non possunt variare, sed accumulatiue præsentare, dummodo non vltra duos. Calder. *cons. 438.* alias 21. *de iure*
¶ *patron.* Vide, *Patronus Ecclesiasticus non potest variare in præsentatione.*
8 *Concl. 152.* † Amplia, quod sicut variatio est illusio, & propterea est prohibita, maxime in clericis; ita etiam in Papa non est præsumenda. Gemin. *cons. 107. n. 2. item vbi tacetur.* Rot. *in antiq.*
9 *decis. 33. de prab.* alias 558. *n. 17. ver. coadiuuatur. in antiq.* vbi, quod etiam in principe, & in omnibus variatio est prohibita. †Et in Papa, qui summam dignitatis Apostolicæ villicationem habet, & in Ecclesiasticis maxime damnatur variatio, & inconstantia. Clem. *cum*
10 *illusio, de renuntiatio c. quidam, eod. tit.* hinc Papa præsumitur circumuentus, quando sine causa facit aliquid in præiudicium primæ concessionis. *c. cum olim. de re iud.* Zab. *cons. 136. n 8. in fin. & n. 9.* vbi,
11 quod est notandum ad multa, & *cons. 142. n. 3.* † Amplia in Imperatore; quia non pōt variare cum alieno damno, & immutando feudalia concessa sub vna forma, vt sint sub alia forma in præiudiciū alterius, & inuito feudatario. Bald. *d. cons. 326. Rex Romanorum n. 4. ver. pone, quod ego, & cons. 327. Pridie enim. n. 4. ver. videtur igitur concludendum. lib. 1.* †Extende in omni Principe; quia debet esse cōstans, & non variabilis. Vide, *Princeps debet esse constans, & non variabilis. Concl. 699.* †Regula sit negatiua, quod aut ex præcedenti electione est ius quæsitum alteri, & non valet mutatio, seu variatio; aut non fit præiudicium alicui; quia nihil est acquisitū, & nullus perdit ex variatione; quia nulli fit præiudicium, & est licita. Bald. *cons.*
13 *412. Verba testamenti in fin. ver. sed quicquid sit. lib. 1.* † Et quod prima electio, ex qua ius acquiritur, valeat, non secunda, Anch. *cons. 214.*
14 *n. 3.* vbi, quod variatio non admittitur. † Amplia in contractibus; quia non potest quis variare, vel recedere ab eo, quod promisit in contractu; ideo si quis donauit simpliciter, non potest adiicere onus ex post, si donatio est ex cōtractu, secus in testamento. Dyn.
¶ *cons. 26. Quæstio talis est, Quadam domina. per tot.* maxime *in fin.* Vide, *Donatio facta præsenti etiam in testamento non reuocatur. Concl. 638.* †
15 Amplia in appellatione semel præsentata; quia non est locus variationi, & pœnitentiæ. Anch. *d. cons. 214. n. 4. ver. quinto inducitur.* †
16 Amplia in eo, qui opponit contra electum defectum scientiæ, vel personæ; quia non potest recedere & pœnitere. Anch. *d. cons. 214.*
17 *n. 4. ver. sexto inducitur.* †Extende in electo duabus electionibus; qa tenetur vni inhærere, & non potest facta electione pœnitere, seu variare. Anch. *d. cons. 14. n. 5. ver. septimo inducitur.* † Extende in duo-
18 bus sub eadem data cōcurrentibus ad eandem vacationē, quibus Capitulum debet prouidere; quia alterum eligit Capitulum, & non variat. Anch. *d. cons. 214. n. 5. ver. octauo inducitur.* † Extende in eo, qui
19 impetrauit contra Titium, & alios; quia in prima citatione tenetur exprimere alios, & facta expressione non variat. Anch. *d. consil.*
20 *214. n. 6. ver. nono.* †Extende; quia impetrans, qui obtinet aliud incompatibile, censetur renunciare primæ gratiæ, nec potest variare. *Clem. gratia. de rescr.* Anch. *d. cons. 214. n. 6. ver. decimum, & vltimū.*
21 †Extende; quia procedit etiam in ministro, cui electio sepulturæ est commissa. Anch. *d. cons. 214. n. 7. ver. secundo non est dubium.* † Ex-
22 tende in hærede instituto cum onere restituendi vni ex familia, quem elegerit; quia potest facta electione semel variare. Anchar.
23 *cons. 214. num. 8. ver. tertio.* † Extende; quia eligentes compromissarium possunt illum reuocare, & alium eligere. Anch. *d. cons. 214. n.*
24 *9. ver. quinto.* †Restringe in electione sepulturæ; quia facta vno loco potest fieri in alio, & sic datur variatio. Anch. *d. cons. 214. n. 7. ver.*
25 *secundo veniamus.* †Restringe in postulatione; quia potest reuocari,
26 antequam præsentetur. Anch. *d. cons. 214. n. 9.* † Amplia; quia Do-
27 ctori vario in opinione non creditur, Becci. *cons. 108. nu. 35.* †Amplia in eo, qui intentauit iudicium hypothecarium; quia non potest variare, vt obtineat, si probat de dominio. Roman. *consil. 255.*
¶ *Quoad primum. col. 2. ver. nec refragatur.* Vide, *Agens ex vna causa, & probans ex alia non potest obtinere, & quando secus. Concl. 244.* †
28 Declara; quia in obligatoriis non est locus pœnitentiæ, in iis, quæ sunt meræ voluntatis, & facultatis, secus. Anch. *d. cons. 214. n. 11. ver. decimo.*
29 †Adde tamen multos casus, in quibus non valet prima, neq; secunda dispositio variata; quia imo superiori, vel tertio quæritur, quos vide apud Anchar. *d. cons. 214. n. 12. ver. restat videre. cum sequen.*
¶ Vide Conclusio. proxime præcedentem.

Variatio admittitur circa ius statuendum, vel ius iam statutum. Concl. 22.

1 VARIATIO †admittitur circa ius statuendum secundum varietatem temporum, & locorum, ac circumstantiam facti, & personarum. Lap. *alleg. 102.* vbi loquitur *n. 13. ver. id circo.* quod valet statutum, quod filia fœmina excludatur à masculo; qa ius successionum, & etiam legitimæ portionis naturæ fuit variatum pluries, & ista varietas admittitur, tanquam æqua, & valida. † Extende; quia
2 imo extra contractum, & obligationem nemo potest legem sibi imponere, à qua non liceat recedere, *l. si quis. in prin. ff. de leg. 3.* Abb. plene *in cons. pro concil. Basilien. in 1. dubio. col. 9. in fi. n. 12. ver. & prima ratio.* vbi extendit tam in principe legem condente, & vniuersitate
3 statuente, quam etiam in priuatis personis. †Amplia; quia imo etiam si vniuersitas per statutū se obligauit singularibus subditis ad ea, ad quæ naturaliter non tenebatur, potest nihilominus statutū reuocare in totum, vel in parte. Abb. *d. cons super concilio Basilien. in 1. dubio, col. 9. in fin. n. 12. ver. pro vniuersitate adduco.* vbi alleg. *cap. in nostra. de inur. & damn. dat.* allegat rationem; quia nihil tam naturale.
4 †Extende, etiam si vniuersitas reuocaret sine interuentu illorum de vniuersitate, ad quorum fauorem factum fuit statutum. Abb.
5 *in d. cons. in 1. dubio. col. 10 in princ. ver. nam sicut.* † Extende, vt idem sit multo magis in decreto Concilii generalis de aliquid eligendo,

puta locum Concilii, ad quod non obligabatur naturaliter; quia potest pœnitere. Abb. *dict. cons. in 1. dubio col. 10. ver. fortius ergo.* quia
6 Concilium generale fungitur vice vniuersitatis. † Amplia, vt procedat, etiam si Papa promittat statutum non reuocare, vel legem, vt *in c. si. iuncta gloss. de rescript. in 6.* vbi Papa reuocat omnes dispensationes de percipiendis fructibus beneficiorum in absentia, & vult tales concessiones exulare temporibus suis, & quod nobis licere non patimur, successoribus nostris indicamus; tamen potest variare, & concedere, & successores non ligat. Abb. *d. cons. super*
☞ *concil. Basilien. in 1. dubio. col. 10. n. 12. ver. & idem dicendum in sacro.* Vide, *Par in parem non habet iurisdictionem, & quando secus. Concl. 89.* Vide, *Quod semel placuit amplius displicere non potest, qualiter procedat. Concl. 48.* Vide duas Conclusiones proxime præcedentes.

Variatio, seu vacillatio operatur multa. Concl. 23.

1 VAcillatio † in lege, vel legibus reprobatur; quia inducitur obscuritas, vt non probetur, vt *in proœm. decret. §. sane. & l. 1. §.*
2 *quibus. C. de nouo Cod. faciendo.* † Vacillare proprie est, quando quis loquitur dubitatiue, vt quia nescit id, de quo loquitur; ita Alber. *in l. qui falso. ff. de testib. num. 5.* & ibi Fulgos. *in princ.* Florian. à S. Petr. *in l. 2. ff. de testib.* constituit tres species, vt varius sit ille, qui vnum dixit, postea dicit contrarium sine ratione contrarius, seu contradicens, quando duo, quæ non possunt stare simul, dixit, puta quod fuit præsens contractui tali die, postea dicit, quod tali die ibi non erat vacillans, quando titubando, & erubescendo aliquid dicit, & ita Canonistæ *in c. præterea. in fin. de testib. cogend.* vbi Innocent. Hostien. Ioan. Andr. *in d. c. præterea. in fin. de testib. cogend.* sequuntur ibi Bald. *num. 5.* Ant. de Butr. *num. 14.* Ægid. Bellam. *nu. 6.* Petr. de Anchar. *num. 7.* Ioan. de Imol. *num. 10.* Abb. *in fin.* † Declara; quia varians est, quando à se ipso contradicit sibi; quia contraria deponit: contrarius vero dicitur, quando per interrogationes sibi factas contraria deponit, ita Host. *in d. c. præterea. col. fin. ver. vel dic. de testib.*
4 *cogend.* † Vacillans dicitur ille, qui duo proponit varie, & nescit eligere, quid sit verum, vel bonum, Hostien. *d. c. præterea, de testib. co-*
5 *gen. circa fin. ver. vel dic.* † Bald. vero *d. c. præterea. num. 5. de testib. cogen.* dicit, quod contradicens est ille, qui sibi directe contrariatur; varians, qui indirecte, *vt clem. testibus. de testib.* & neuter ipsorum potest reddere rationem sui testimonii per sensum corporis; quia impossibile est, quod duo sensus contrarii, vel incompassibiles simul stent, vel concurrant in eodem subiecto, *l. 1. C. de furt. & l. Tit-*
6 *tia. ff. de condit. & demonstration.* † Variare est, quando testis in se ipso varius est; quia vnum dicit in vno articulo, aliud contrarium in alio; falsum vero deponit, quando contra veritatem dolose depo-
7 nit, Bart. *l. eos. num. 5. ff. de fals.* per gloss. *in dict. l. qui falso. ff. de testib.* † Extende in Doctoribus variantibus in lecturis; quia damnantur, & reiiciuntur; quia eis non creditur, vt de Innocen. dat exem-
8 plum Abb. *in proœm. decretal. in princ. num. 3. ver. secundo ex gloss.* † Extende in testibus vacillantibus, seu variantibus; quia eis non creditur. Abb. *in proœm. decretal. num. 2. ver. primo contra,* & est text. *in ca. si testes. §. in testib. 3. q. 4.* ibi; *ideo testes, qui aduersus fidem testationis suæ vacillant.* dat concord. maxime *in c. pure. 3. q. 9.* vbi, quod pura, &
9 simplex debet esse testium depositio. † Et imo puniuntur, *dict. l. qui*
☞ *falso. ff. de testib. l. eos. ff. de fals.* Vide, *Testes variantes, & vacillantes non*
10 *probant, & quando secus. Concl. 243.* † Generaliter in omnibus reprobantur, qui vnum habent in ore, & aliud in corde; quia varii sunt,
11 & mendaces, gloss. *Instit. de verb. oblig. §. sed hæc solemnia.* † Et contrarietas reprobatur; quia contrarius non auditur; quia mendax
12 est, *c. 1. vt Ecclesiast. benef.* & ibi gloss. † Amplia; quia Notarius debet scribere omnes actus testis, prout si vacillabat in respondendo, si timebat, si erubescebat, & hoc de mandato iudicis. Abb. *in proœm. decretal. in princ. num. 2.* vbi apostill. Zab. *in ver. dic breuiter.* vbi in fin. quod si Notarius scribat vacillationem à se ipso, & non dicat de mandato iudicis, non valet, allegat Felin. & alios *in d. c. quan-*
13 *do contra, de probatio.* † Extende, vt procedat, etiam si Notarius non viderit, dummodo iudex mandet scribi; quia debet de mandato iudicis sibi dicta ab eo scribere, & hoc modo conciliantur opiniones, de quibus *in ca. quoniam contra, de probation.* ita apost. ad Ab-
14 batem *in dict. proœm. decretal. in ver. dic breuiter.* † Declara tamen; quia si testis velit replicare, debet eius replicatio scribi, & notari secundum Innocent. *dict. cap. quoniam contra.* & alios, *de proba-*
15 *tion.* quos citat apostill. ad Abbatem *in dicto proœm. in ver. dic breui-*
ter. † Restringe; quia vacillatio si non esset scripta de mandato iudicis, non attenderetur per solam scripturam Notarii. Bartol. *in l. de quæstione. §. tormenta. ver. & ex hoc dicit Innocent. ff. de quæstion.* plene apostilla ad Abbatem *in proœm. decretal. ver. adde, quod vacillatio in*
16 *fin.* † Et valet scripta vacillatio de mandato iudicis; licet ipse ignorarer, quid sit vacillatio. Bald. *in l. nullum. Cod. de testib.* Abbat. *in proœm. decretal.* incip. *& quid sit vacillatio.* † Amplia, testes obscure loquentes dicuntur vacillare. Bald. *in l. vnica. C. de emendat. Codicis.* Felin. *in proœm. decretal. in princ. num. 2.* vbi quamia obscuritas dicitur vacillatio, seu habetur pro vacillatione. Extende; quia testis obscure respondens habetur pro vacillante rum, quod est idem, ac si vacillaret. Bart. *in l. ea. ff. de contrah.* quem sequitur Felin. vbi supra. † Declara tamen; quia responsio obscura potest declarari. Bald. *in l. qui se patris. n. 4. col. 2. ver. nus autem Nicolaus. Cod. vnde liberi.* vbi, quod respondens in obscure, si interrogatus, compellitur declarare, vel contra fit interpretatio; secus si non respondet vocatus, sed ipse ius suum per verba obscura; quia ad eius fauorem, apostillat ad Felin. *in dict. proœm. decretal.* dicit, quod respondens obscure non declarat, habetur pro non respondente; quia parua fit respondere, vel ita obscure, quod non intelligatur. Vide, *vitas nihil operatur, & quando verba obscura habeantur pro non Concl. 54.*

Vasallus non habet iurisdictionem in conuasallum quando secus. Concluſ. 24.

FRater † vasallus habens iurisdictionem non pomis, neque carcerare fratrem conuasallum aliquo quia species proditionis est. Bald. *cons. 418. Non iacuit ille.*
plia; quia non habet iurisdictionem contra adhærentes sallos inimico suo, & maxime, quando per pactum inter sallos feudatarios ita est conuentum, ideo captura, & facta contra adhærentes exemptos est nulla. Angel. *consil.*
facto proposito per totum. † Amplia; quia eo ipso, quod citur inimicus etiã subditi sui, si protestatur, vel appellat rem etiam coram honestis personis, eximitur ipse, & tot milia à iurisdictione vasalli. Ang. *dict. cons. 377. per tot.*
suspectus recusari potest. Concl. 421. † Amplia; quia vnus castri non potest punire condominum, qui contra formam ti bladum extraxit de territorio. Dec. *in c. prudentiam. n. 11.*
leg. sequitur Surd. qui alios allegat *cons. 47. n. 12.* qui dicit dum ad Principem superiorem, & ibi in fin. dicit* commu Extende, vt procedat, etiam si iurisdictio communis tempora; quia si vnus ex dominis delinquat tempore nis alterius, ab eo non poterit puniri. Bart. *in l. inter tutores. admin. tuto.* cum concord. quos allegat Surd. *d. consil. 47. n. 12.*
Abb. *in c. prudentiam. n. 12. de offic. deleg.* vbi Felin. late *n. 4.*
communem opinionem, plenissime ibi Dec. nu. 11. allegat Roma. & Castr. *in l. hæres per seruum. ff. de acquir. hered.* Bart. *de rer. diuis.* per quem tex. dicit ibi Bald. quod ita consuluit Accursius, & idem tenent ibi Alber. Cuma. & alii. † Contra tenet Rota *decis. 3.* alias *246. de foro compet. in antiq.* vbi, quod ipso, quod condominus delinquit, iudicatur, vt priuatus, & dicit Ang. *in l. est receptum. ff. de iurisd. omn. iud.* licet non allegat sionem Rotæ. † Extende, etiam si diuisa sit iurisdictio per ria; quia vnus ex dominis delinquens in quarterio alterius potest puniri; quia iurisdictio est eôis, licet exercitium sit & quia par in parem, &c. Surd. *d. cons. 47. n. 12.* † Extende, extet statutum in loco pluriũ Dominorum, vt vno eorum quente possit puniri per Potestatem loci; quia non valet, sit confirmatum à principe; quia in quantum derogat, ad Principem hæc cognitio, non valet. Petr. Surd. *d. cons. 47.*
& seq. ver. quibus sic firmatis. † Restringe, quando essent diuersitoria diuisa; quia tunc quilibet in suo territorio dicitur Surd. *d. cons. 47. n. 12.* Dec. *d. c. prudentiam. n. 11. de offic. deleg.* † Rege, quando adesset timor scandali, Surd. *d. cons. 47. n. 12.* vel lum in mora. Dec. *d. cap. prudentiam, nu. 11. de offic. deleg.* vt quia fieri tumultus. † Amplia; quia eo casu, quo vnus ex dominis quat in territorio plurium, nedũ non potest alius punire minum, sed recurrendum est ad supremum superiorem, cebit ipse iurisdictionem in re, & iurisdictione plurium ita Bartol. *d. l. inter tutores, in fin. ff. de admin. tutor.* quem ibi relatiue Cuma. & est* communis opinio; vt dicit Petr. Surd. *consil. 47. nu. 12. in fin.* † Extende, vt multo magis procedat dominus vnus castri delinquit contra alium condominum, non potest tanto magis illum punire; quia cõcurrit pedum, par in parem, sed quod nemo in causa sua est iudex; ideo iudicabit. Ruin. *consil. 37. Viso; & mature lib. 1.* † Extendes truus occidens filium fratris feudatarium, & è contra, feudo, siue interficiat, siue carceratum vsque ad mortem & hæc cognitio est supremi superioris. Ruin. *d. cons. 37. lib. 1. nu. 3.*
† Extende

14 Extende, †vt procedat etiam in eo, qui solemniter emit partem alicuius de consensu domini; quia si delinquat, non potest puniri,
15 nisi à domino feudi supremo. Bald. *in l. fin. ff. de rer. diuis.* † Restringe, quando emptor partis alicuius non emisset de licentia domini; quia si delinquat, non habetur pro condomino; ideo poterit
16 ab aliis vti priuatus puniri. Bald. *d. l. fin. in fin. ff. de rer. diuis.* † Limita, nisi ex causa proditionis contra se ipsum. Bald. *d. cons. 418. circa med. ver. & hoc est licitum. lib. 1.* & idem Bald. *in fin in princ ff. de rer. diuis.* vbi
17 dicit esse casum. † Limita; quia seruitor, vel homo proprius vasalli delinquens in loco, & feudo communi ab omnibus debet puniri; quia attenditur locus delicti. Bald. *cons. 304. Donatio, quam Antonius. nu. 2. ver. super alio. lib. 2.* Vide, *Par in parem non habet iurisdictionem, & quando secus. Concl. 89.*

Vasalli & feudatarii non possunt multa. Concl. 25.

1 FEVDATARII † inter se non possunt facere bellum sine licentia domini directi. Bald. *cons. 483. Magnificus Dominus. n. 3. ver. secundo quæritur. lib. 1.* vbi, quod possunt priuari feudo propter hoc. Ampliа; † quia vasallus non potest interuertere possessionem obedientiæ domino suo; ideo non valet recognitio, neq; præscriptio, si alium dominum recognouit, in præiudicium primi domini.
2 Bald. *cons. 135. Inter Castrum Rutarum. lib. 5. per tot.* Vide, *Barones & comites quid possint, vel non. Concl. 28.* Vide, *Feudi dominus ad quæ teneatur versus vasallum. Concl. 115. & Concl. ibi proxime seq.*

Vasallus non potest esse superior domini sui. Conclus. 26.

1 NON † expedit vasallo habere dominum suum in vasallum. Ægid. Bellam. *cons. 15. n. 3. ver. veruntamen, quia domino feudi.* † Extende in casu contrario; quia non expedit domino, vt quocunq; 2 præxtu efficiatur vasalli sui vasallus. Vide, *Clericus coram seculari potest conueniri multis casibus. Concl. 386.* Vide, *Feudalis cognitio ad quos spectet. Concl. 212.* Vide, *Feudatarius an dicatur subditus domino suo, & in quibus. Concl. 107.*

Vasallus vasalli mei non est mihi vasallus, & quando secus. Concl. 27.

1 VASALLVS † vasalli mei, qui est subinfeudatus, non tenetur mihi ad iuramentum, neque ad alia, quæ respiciunt obligationẽ personæ; quia tenetur immediate illi tantum, qui subinfeudauit.
2 Bald. *cons. 16. Facti euidentia, circa fin. ver. dicet aliquis. lib. 5.* Vide, *Donatio facta à donatario quando dicatur facta à primo donante, vel non. Concl. 659.* † Amplia; quia vasalli feudatarii mei sunt liberi à me domino, nec possunt grauari; vt iurent fidelitatem mihi, nisi à suo feudi inuestito, & hoc est regulare, vt dicit Roland. à Valle *cons. 1.*
3 *n. 82. lib. 2.* † Restringe, nisi in inuestitura adesset pactum, quod dominus supremus posset grauare ad iuramentum fidelitatis, & o-
4 nera imponere. Roland. à Vall. *d. cons. 1. n. 82. lib. 2.* † Restringe ratione vniuersalis iurisdictionis; quia potest dominus supremus vniuersalis imponere onera etiam subditis vasalli sui, vt iurent fidelitatem. Roland. à Vall. *d. cons. 1. n. 82. lib. 2.* & plenius *n. 76.*
5 *& seq.* vbi late. † Amplia; quia vasallus vasalli mei non est mihi vasallus. gloss. *in l. de accessionibus. in ver. debet. ff. de diuer. & tempor. præscript.* † Restringe; quia procedit, quando est vasallus vasalli mei ex
6 alia causa, quam ex causa feudi mei, & à me concessi: secus, si est ex causa feudali vasallus vasalli mei; quia est mihi vasallus. Natt. *cons.*
7 *487. n. 14. & n. 31.* † Restringe; quia respectu Papæ, vel Imperatoris, aut Regis, vel alterius habentis generalem iurisdictionem, vasallus vasalli dicitur etiam vasallus habentis generalem iurisdictionem. Natt. *d. consil. 487. num. 21. & 22.* vbi late, & *num. 32.* vide eum; quia declarat multis modis. Vide, *Feudum subinfeudatum ad quem deuoluatur, & reuertatur. Concl 191.* Vide, *Socius socii mei non di-*
8 *citur mihi socius. Concl. 314.* † Limita; quia imo subditi feudatarii regis magis tenentur obedire Regi, quam feudatario in bello, ita Roland. à Vall. *dict. consil. 1. num. 77. & sequen. lib. 2.* & maxime *num.*
80. Afflict. *decis. 265. num. 107.* citat Speculat. qui hoc optime dicit
9 *in tit de feud. §. 1. quæst. 14. & 15. num. 28. & 29.* † Extende; quia potest dominus supremus imponere onera subditis suis, tam immediatis, quam mediatis, prout sunt subditi vasalli sui. Roland. à Vall.
10 *dict. consil. 1. num. 76. lib. 2.* † Extende, vt procedat non solum, quando feudatarius, vel vasallus habet bellum cum Rege supremo dominо, sed etiam, quando Rex supremus dominus, vel Imperator habet bellum cum alio Rege extraneo, & vasallus Regis cum alio extraneo; vnde si vasalli requiruntur à supremo domino, & à domino immediato, tenentur obedire domino supremo, ita Speculat. *tit. de feud. §. 1. q. 14. iunct. q. 15. & 16. n. 28. & seq.*

Vasallus quis dicatur, quotuplex, & ad quid obligetur domino ad multa. Concl. 28.

DVPLEX † est vasallus; nam aliqui sunt vasalli, qui de iure subditi sunt; alii sunt vasalli, qui sunt subditi ratione feudi, vel ra- 1
tione iuramenti fidelitatis. Bald. *consil. 404. Quæritur vtrum. num. 2. lib. 5.* vbi, quod vasalli omnes tenentur iurare domino fidelitatem, licet de iure tempore Iustiniani hoc esset incognitum. † Obliga 2
tur vasallus domino, & subditi obligantur feudatario ad iuuandum dominos suos in bello licito, tam cum persona, quam cum patrimonio; quia ire in exercitum est munus publicum. Bald. *consil. 483. Magnificus dominus. num. 4. ver. tertio quæritur. lib. 1.* † Declara; 3
quia bene potest subditus deseruire per substitutum, quando præsertim agitur de periculo vitæ. Bald. *dict. consil. 483. in fin. num. 4. lib. 1.* † Restringe, vt non procedat; quia imo personaliter acce- 4
dere tenentur, quando dominus indiget eorum consilio, & auxilio; quia potest compellere, vt accedant. † Declara, vt in hoc ser- 5
uanda sit consuetudo. Bald. *d. consil. 483. in fin. num. 4. lib. 1.* † Am- 6
plia; quia vasallus debet auxilium præstare domino, vt recuperet amissam iurisdictionem. *c. 1. circa med. de nou. forma fidelit.* † Restrin- 7
ge; quia vasallus tenetur domino ad iuramentum fidelitatis, si res in eodem statu permanet, alias si dominus ab Imperio excluditur, impune iurat fidelitatem occupanti, plene Crauet. *cons. 869. Commune. in princ.* vbi plura allegat, sed tex. *in cap. per venerabilem. in fin.* vbi gloss. & Abb. *de electio.* quia si vasalli non defenduntur à domino, impune alteri occupanti iuramentum, & obedientiam præstant, & loquitur in Caruagio à Venetis occupato, & iterum sub duce Mediolani reuerso. † Idem est, si insurgat tyrannus; quia 8
vasallus excusatur, si obediat tyranno. Crauet. *dict. consil. 869.* vbi plures allegat, *in princ. ver eiusdem sententiæ. & num. 3* vbi, quod excusantur vasalli; quia ab occupatore crimine læsæ maiestatis plecterentur. Vide, *Feudatarius ad quæ teneatur versus dominum. Conclus.* 116. Vide, *Feudatarius siue vasallus quis dicatur. Conclus. 123.* Vide, *Princeps potest multa in subditos suos, & quæ non. Concl. s. 678.*

Vasallus in quibus sit liber à domino feudi. Conclus. 29.

VASALLVS † non potest collectari à domino feudi; quia solum 1
tenetur ad contenta in iuramento fidelitatis, & promissa in inuestitura. Calder. *cons 447.* alias *5. de censib.* † Declara; quia bene 2
tenetur vasallus ponere collectam in castris feudalibus, non in aliis pro iuuando domino in guerra, & qualiter, Bald. *cons. 311. Ista quæstio. n. 2. ver. est verum vsque in fin. lib. 3.* † Limita multis casibus de 3
quibus *in ver. Feudatarius cui ex pluribus dominis seruitium præstare debeat, vel non. Concl. 120.* Vide, *Feudum francum, & liberum, quid sit, vel quale. Concl. 139.* Vide, *Feudum ligium quale. Concl. 148.*

Vasalli non possunt inuiti alienari, & quando secus. Concl. 30.

DOMINVS † alicuius ciuitatis, vel castri non potest subiicere 1
ciuitatem, vel castrum alicui inuitis hominibus ipsius ciuitatis, vel castri. Hostiens. *in cap dilecti. de maior. & obed.* vbi alii. Bald. *in cap. 1. §. in generali. ver. quæro vtrum rex Franciæ. in tit. si de feud. fuer. controuer. inter domin. & vasall.* vbi dicit, quod propterea, quando Constantinus fecit donationem B. Syluestro Papæ de ciuitate Romana, id fuit cum consensu Populi Romani, & idem not. Bal. etiam *in c. 1. §. si quis. col. 1. ver. Quæro an dominus, tit. quo tempor. milles.* vbi, quod si aliquis dominus velit terram suam subiicere dominio alterius, homines dictæ terræ impedire, & contradicere possunt, late Corn. *consil. 231 In hac consultatione, lib. 4.* Felin. *in dict. c. dilecti de maior. & obed.* Roland. à Valle *consil. 1. num. 34. & seq.* vbi exornat, & ampliat, & *num. 88.* dicit * communem, *lib. 1.* plene Roman. *consil.* * *26. Pro decisione in fin. ver. sexto & vltimo.* vbi plene apostill. *in ver. alienari.* vbi citat infinitos, & dicit * communem. Vide, *Feudatarius in-* * *uitus non potest per dominum alienari. Concl. 125.* † Restringe tribus 1
modis; primo, quando solitum est feudum alienari, vel ciuitas. 2
Roland. à Valle *consil. 1. num. 80. & sequent lib. 1.* Abb. *consil. 3. Nitar. colum. 17. ver. 22. quæstio. lib. 2.* † Restringe secundo, quando aliena- 3
tio est vniuersalis. Roland. à Valle *dict. consil. 1. num. 84. & sequent.* vbi, quod est limitatio communis. *lib. 1.* & hanc limitationem tenet Roman. *consil. 26. in fin.* quia cum vniuersitate transeunt, & ibi apostil. fin. *in ver. possint.* dicit * communem, & dat plurimos con- *

cord. Abb. *consil. 3. Nitar. col. 17. ver. 22. quæstio. lib. 2.* Vide, *Vniuersalis alienatio, & dispositio admittit multa, quæ sunt prohibita alienari in specie, & quando secus. Concl. 248.* †Restringe tertio, quando Princeps facit ex certa scientia, & de plenitudine potestatis. Roland. à Vall. *d. cons. 1. n. 90. & seq. lib. 1.* † Amplia; quia vasallus inuitus licet possit alienari; tamen alienatio non potest fieri in alium Baronem, qui sit minor primo, sed debet fieri vel maiori, vel æquali, *c. 1. §. ex eadem. de lege Conrad. & ca. imperialem. §. præterea Ducatus. de prohib. feud. alienat.* † Restringe in Francia; quia de consuetudine Rex alienat vasallos, & feuda in minores. Abb. *cons. 3. Nitar. col. 17. ver. 22. quæstio. lib. 2.* †Restringe, quando alienatio vasalli fit cum vniuersitate bonorum. Abb. *d. cons. 3. n. 11. col. 17. ver. secundo principaliter. lib. 2.* Restringe; †quia imo rusticus potest emere dignitatem, & feudum habens iurisdictionem, quando est proprium patrimonium venditoris. Abb. *d. cons. 3. n. 12. ver. & notandum. lib. 2.*

Vasallus feudo priuari non potest sine iusta causa, & quæ sit iusta causa. Concl. 31.

DOminvs †non potest vasallum de feudo inuestitum priuare sine culpa ipsius, *c. 1. de natur. feud.* Alex. *cons. 124. Omissis superfluis. in pr. lib. 1.* † Extende; quia etiam quod vasallus esset in culpa, oportet primo, quod de culpa constet, & quod cum causæ cognitione priuetur. Alex. *d. cons. 124. in pr.* † Amplia; quia vasallus propter culpam non priuatur ipso iure, sed per sententiam secundum * *communem. Alex. d. cons. 124. in prin. ver. tertio quia, lib. 1. & in consi. 30. ver. circa tertium, cum seq. lib. 6.* † Extende; quia semper in dubio, & in omni materia pœna priuationis non intelligitur ipso iure, sed per sententiam. Alexan. *d. cons. 124. in princ. ver. pro hoc facit. lib. 1.* †Extende; quia imo si lex inducat pœnam priuationis ipso iure, & requirat causæ cognitionem, semper debet ferri sententia. Alex. *d. cons. 124. n. 2. ver. plus dicit. lib. 1.* †Restringe, nisi feudum esset concessum ad tempus; quia finito tempore bene reuertitur ad dominum ipso iure. Bald. *in c. quæ in Ecclesiarum. de constit.* quem sequitur Alex. *d. cons. 124. n. 2. ver. plus circa prædicta. lib. 1.* † Restringe, quando vasallus intra annum, & mensem non petiit inuestituram, quam petere tenebatur, & sit clarum; nam cadit ipso iure, alias secus, si non est clarum. Alex. *d. cons. 124. n. 2. ver. plus circa prædicta. lib. 1.* †Restringe, nisi culpa sit in alienando feudum irrequisito domino & sine licentia; quia tunc bene priuatur ipso iure. Alex. *d. consil. 124. in princ. ver. & dicit ibi Bald. lib. 1.* † Amplia; quia neq; dominus, qui inuestiuit vasallum, neque successor eius in dignitate, etiamsi esset successor in Imperio, & per electionem, possunt priuare vasallum sine culpa, neq; contractum reuocare. Alex. *d. cons. 124. n. 2. ver. ex quibus etiam. lib. 1.* † Amplia; quia non statur assertioni domini, quod vasallus commiserit culpam in dominum, neque probat instrumentum rogatum à Notario de mandato domini, quod requisiuit seruitium, & vasallus noluit præstare, sed debet de culpa constare. Alex. *d. cons. 124. col. 1. in fin. ver. nec prædictis obstat, lib. 1.* vbi allegat Andr. de Isern. *in c. 1. §. fin. quo tempore miles.* quod possessor debet conseruare probationem culpæ vasalli priuati, alias immi- net periculum sibi. †Extende; quia dato, quod constaret, ꝙ vasallus non præstitit seruitium; non tamen priuatur, si ex iusta causa non potuit præstare. Alex. *d. cons. 124. n. 3. lib. 1.* vbi allegat simile de eo, qui iurauit non recedere; quia excusatur, si ex iusta causa recessit. †Extende; qa in concursu obedientiæ vasallus, qui magis obediuit Regi, quam Episcopo, cuius est vasallus, excusatur à culpa, nisi Episcopus dominus iussisset, quod faceret seruitium, non obstante, quod à Rege vocaretur. Alex. *cons. 124. n. 3. ver. & confirmantur prædicta lib. 1.* †Extende; quia rogationes Principum idem operantur, quod iussiones; ideo excusatio procedit, siue rex rogauerit, siue iusserit, vel Episcopus. Alex. *d. cons. 124. in fin. lib. 1.* vbi apost. *in ver. iussu.* dat concord. Vide plenius, *Feudum non potest reuocari, neq; alterari. Concl. 110.* Vide, *Feudi deuolutio quando fiat ipso iure, vel per sententiam. Concl. 200.* Vide, *Priuatio ipso iure non inducitur per verba futuri temporis, & quando secus, & per qua verba inducatur priuatio ipso iure, vel sententia requiratur. Concl. 719.*

Vectigalia noua imponi non possunt, nisi à Principe supremo. Concluſ. 32.

VEctigalia †noua imponi non possunt, nisi à Principe supremo, vel de licentia supremi Principis. *l. 1 & 2. C. noua vectigalia.* Ioan. de Imol. *cons. 121. In causa. quæ vertitur. n. 3. versic. circa secundum.* Abb. *cons. 18. Primo, quod communitas, in fin. lib. 2.* † Extende; quia ciuitas Recanati de statu Ecclesiæ non potest prætendere vectigalia, nisi ex priuilegio Papæ, vel nisi ex præscriptione immemorabili. Abb. *cons. 18. in fin. lib. 2. ver. item in facto.* † Et noua vectigalia cuntur, quæ nunquã fuerunt prius imposita, & etiam si quæ runt prius imposita ex certa causa, quæ cessauit; qua fi ponantur, dicuntur noua, Affl. *in tit. quæ sint regalia. n. 6.* † quia in feudatus de castro à supremo Principe cum mero imperio, etiamsi ab omni aliena iurisdictione sit facta castri infeudati, non potest imponere noua vectigalia sa licentia Principis. Io. de Imol. *cons. 121. n. 3. & seq.* Alex. *Quoniam abunde. lib. 2. in pr.* †Extende; qa nec potest poralis terræ imponere angarias, vel collectas vasallis cum ista sint regalia, solũ spectant supremũ Princip 145. *Quoniã abunde. in pr. lib. 2.* † Amplia; quia in generali concessione, & mandato; quia sunt Princi ideo requiritur mandatũ speciale. Io. de Imol. *d. cons.* Conclusionem proxime sequentem. Vide, *Gabella. sit, & est de regalibus, & prohibita. Concl. 1.* Vide, *missa, vel prohibita. Concluſ. 26.* Vide, *Pedagia à quibus exigi. Concl. 204.* †Limita; quia si dominus est in galium, seu pedagiorum, si agatur inter dominum, qui dicit nouum vectigal, debet probare, non autẽ est in possessione; quia illa qualitas, noua vectigalia posse, debet probari ab eo, qui dicit esse noua. Curt. *n. 9. & seq. ver. sed circa præmissa.* vbi dicit * communem, fundat in qualitate, debet probare qualitatem, sequitur *cons. 16. n. 23. ver. quarto non probant.* † Extende, siue agatur rio, siue petitorio, vt per Purpura. *cons. 560. n. 7. & seq.* † rium Purpurat. *d. cons. 560. in princ.* & sunt motiua Declarat Purpurat. in solutione dubiorum, *d. cons. 560. n.* quod is, qui est in possessione, transfert onus probandi sarium dicentem pedagium nouum.

Vectigalia quæ dicantur antiqua, & noua, & qui præscribantur. Concl. 33.

VEctigalia † antiqua dicuntur, quæ ab immemorabili pore sunt exacta. Bald. *cons. 366. Verba rescripti. lib. 3. in pr.* min. *cons. 216. nu. 31. & seq.* vbi, quod constito de immemorabi test exigi, & loquitur de datio salariæ; quia tantum tempus vim concessionis, & tituli. † Et idem in datio vini exactionis nitate ab immemorabili tempore. Alex. *cons. 125. Visa tenuta lib. 2.* † Vectigal est nomen generale comprehendens omnes fisco penditur, & debetur. Cuman. *cons. 162. Visa copia, in pr.* duplicia sunt; quia aliqua sunt publica, prout, ꝙ soluitur portu, pro venalibus, salinis, metallis, & similibus; alia prout quæ soluuntur priuatis, prout decima, quæ soluitur tallis inuentis in prædio priuato; qa domino debetur decima. flict. *dec. 321. nu. 14.* vbi dicit * cõem. † Et potest esse in item reale, & mixtum, vel seruitus, & in eo cadit consuetudo quasi possessio. Signor. *cons. 222. n. 3.* † A solo supremo Princip pont possunt vectigalia, pedagia, & gabellæ, vt *C. noua vectig. cons. 81. Videretur. nu. 5. ver. item quia. lib. 3.* vbi, quod solus Pont Imperatores, & Reges in suis regnis possunt imponere. † E de; quia neq; ciuitas Venetiarum, neq; Ianuæ, neq; Pisarij imponere vectigalia in eorũ mari sine licentia Papæ. *la. n. 5. lib. 3.* † Et an ciuitates possint pro suis necessitatibus impo pedagia, vectigalia, gabellas & collectas nouas, Capic. *consueuit.* vbi habetur, ꝙ ciuitates, quæ non recognoscunt sup rem, hoc facere possunt, sicuti multæ ciuitates Italiæ si vero gnoscunt superiorẽ, etiã ex iusta causa nõ possunt sine licen perioris, & dicit, ꝙ maior pars sufficit consilii legitime compo ti, & ꝙ etiã forenses ligantur in territorio. † Declarat Rip *lib. 2.* alias 186. sub *Rubr. noua vectigalia.* vbi pro vtraque, & distinguit, ꝙ cõmunitas pro suis necessitatibus potest impo collectas, gabellas, taleas, & alia onera suis ciuibus, dum à consilio generali, & dumodo subditis suis imponat; non potest vectigalia imponere, quæ à forensibus & non subdi uuntur, qui transeunt, vel eunt ad emendum, vel vendendum legat text. *in auth. item nulla communitas. C. de Epis. & cleric.* rio sensu, & forte ita Capic. debet intelligi, dum intelligit forenses obligentur, & concordat Alexand. *cons. 52. Visis iu & seq. per totum. lib. 5.* † Et huic opinioni conformis est constitutio, *lib. 4. cap. 84.* dum prohibet pedagia imponi vniuersitates aliis, quam suis subditis, videlicet ciuibus, bitatoribus. † Requiritur tamen causa necessaria præcis non sufficeret necessitas casuatiua, vt per Tessaurum *dec.* alias non obligat non consentientes, vt ibi, & videtur de Ripæ, & Capicii in locis supradictis. † Et concordat Alex. *sil. 52. Visis iis, num. 5. & sequen. per tot. lib. 5.* vbi vult, quod commu-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tas potest per statutum, vel consuetudinem imponere collectas, & onera personalia forensibus, & scholaribus, & etiam quod ingredientes portam sq uant certum quid; quod intelligit quoad habentes bona in territorio, & seu habitantes; quia censetur contrahere, vel quasi cum communitate; & non refert, an appelletur collecta, vel alio nomine tributum, vel indictum, & istud etiam in fini li Rip. *consil.* 18. *lib.* 2. alias 146. Vide, *Præscriptio centenaria quando necessaria, vel non. Concluſ.* 553. † Præscribi possunt vsu tanti temporis, cuius initii memoria non extat, & hoc quoad præiudicium Imperatoris, & supremi Principis, cuius scientia, & patientia requiritur de iure. Bald. *consil* 366. *in princ. lib* 3. plenissime Ias. *in l. de quibus ff. de legib. n.* 45. *ver. primam tamen conclusionem*, vbi, quod in iis, quæ sunt reseruata supremo Principi in signum superioritatis, non intrat præscriptio, nisi immemorabilis, & *communem dicit Couarru. *in reg. possessor. part.* 2. §. 2. *n.* 8. *ver. tertia species.* Ant. Royda *in ret. rubr. noua vectig n.* 49. vbi de *communi, plene Iser. *in tit. quæ sint regal. ver. vectigalia.* & ibi Afflict. *n.* 5. *in* 3. *q.* Vide, *Consuetudo quando tempore introducatur. Concluſ.* 796. † Imo, quod sufficiat probare actionem factam de datio ab immemorabili tempore, & citra, quod non extet memoria hominum in contrarium sciente, & patiente officiali loci, qui repræsentat curiam & Principem. Alex. *consil.* 125. *in princ. lib.* 2. vbi, quod secundum aliquos non sit necessium probare scientiam, & patientiam. Crauett. *de antiq. tempor. ff. 4. parte, §. absolutionis, num.* 13. *ver. quarto quæro.* Vide, *Tempus immemorabile operatur multa. Concluſ.* 40. † Restringe; quia sufficit præscriptio triginta, vel quadraginta annorũ, quando agitur de præscriptione contra subditos, & particulares. Bald. *d. consil.* 366. *col.* 2. *in princ. ver. in contrarium, lib.* 3. Abb. *in cap. de quarta, num.* 19. *in fin.* plenius *in cap. ad audientiam, nu.* 12. *& seq.* vbi hoc esse verum, quando ius vasalli potest diuidi à iure superioris, & quando principaliter non spectat ius præscriptum ad supremum Principem, sed secundario, *de præscriptio.* Felin. *in d. cap. ad audientiam, num.* 17. *& seq. & num.* 29. *eod. tit.* Balb. *tract. de præscriptio. in* 1. *parte quintæ partis princip. in princ. n.* 19. *ver. secundo limitatur.* Crauett. *de antiq. tempor. in* 4. *part. §. absolutionis. in* 4 *quæst. n.* 13. *ver. vbi vero.* vbi citat Bartol. *in l. si publicanus. §. fin. col.* 1. *ver. vides ergo. ff. de publica.* plenius Balb. *de præscriptio. in parte quintæ partis princip. q.* 4. *num.* 2. *& seq.* vbi loquitur in iure iam creato, seu iam formato, secus in iure creando, & penes nullum existentes; plene Rip. *consil.* 4. *lib.* 2. Vide plenius, *Præscriptio centenaria. Concluſ.* 553. † Item, quando agitur de præscriptione contra ciuitatem; vel principem recognoscentem superiorem. Alex. *consil.* 16. *num.* 27. *lib.* 5. qui dicit *communem, sequitur Balb. *d. tract. in* 2. *parte quintæ partis princip. quæst.* 3. *num.* 5. † Rationem assignat Felin. *in d. cap. ad audientiam, num.* 28. *ver. dum autem. Abb. de præscriptio.* quia possessio feudatarii Papæ non est possessio Papæ; ideo non mirum, si minor præscriptio requiritur, allegat ad hoc Bald. *in authen. quas actiones, col.* 6. *ver. extra oppono. C. de sacros. Eccl.* & alibi, quem vide. † Rationem aliam adducit Abb. *d. c. ad audientiam, num.* 12. *de præscriptio.* quia non agitur de præscriptione contra supremũ Principem principaliter, sed secundario; igitur & præscriptioni ordinariæ locus erit. † Rationem aliam adducit Purpurat. *consil.* 560. *num.* 14. *& seq. ver. & dato, quod non probaretur de tanto tempore*, vbi, quod si istud ius vectigalis est formatum; quia non agitur contra supremum Principem, sed contra inferiorem, vt ius formatum in inferiore per alium præscribatur; & sufficiunt triginta vel 40. anni quoad inferiores, vide eum; quia dat simile in iure patronatus. † Difficultas est, quando istud dicatur formatum, seu creatum, vel non penes tertium, & priuatum; & Balb. *d. tract. de præscriptio.* in seruitute dicit esse creatã, seu formatam seruitutem, quando mihi fuit constituta ab eo, quem putaui dominum, licet non esset, ita loquitur *in* 2. *parte quartæ partis princ. q.* 1. *in fin.* in 2. vero *parte*, 5. *part. princ. q.* 4. *nu.* 2. dum loquitur in vectigali præscribendo, dicit, quod si non est creatum, vel non formatum; quia nulli competit, requiritur immemorabile; si vero est creatum, vel formatum; quia tale ius habet priuatus, tunc ordinaria præscriptio sufficit. Anton. de Butr. *in c. peruenit. num.* 24. *de censib.* idem dicit per omnia Abb. *in d. c. ad audientiam, num.* 14. *de præscriptio.* & non aperit, quomodo debeat priuatus tale ius habere, an vere, & totaliter, an ex possessione, vel præscriptione. Bart. vero *in d. l. si publicanus. § fin. in princ.* videtur requirere, quod priuatus debeat tale ius habere ex priuilegio, vel consuetudine, & sic vere, & cum dominio, sed Crauet. *in tract. de antiq. temp. in* 4. *parte. § circa præmissa. num.* 37. *ver. amplius dico*, vbi, quod ius deducibile in iudicio, siue bonum, siue malum, dicitur ius formatum in materia, vt præscribatur iuri adeundi. † Ideo videtur distinguendum per plures casus; quia quatenus requiritur ius formatum secundum Bart. videlicet, quod habeat quis ex priuilegio, vel consuetudine, dum requiritur titulus, debet intelligi non ab eo, qui est dominus ex titulo; vel consuetudine, sed ab alio, qui putabatur dominus; quia alias nõ esset necessaria alia præscriptio, si haberet titulum à vero domino: si vero agatur de præscribendo contra Principem, requiritur tempus immemorabile; si contra priuatum, vel inferiorem recognoscentem superiorem; *communis opinio est, quod sufficiat præscriptio ordinaria. Balb. * *de præscriptio. in* 2. *parte quintæ part. princip. q.* 3. *n.* 5. vbi dicit *commu- * nem. Alex. *consil.* 16. *n.* 27. *ver. secundo respondet. lib.* 5. vbi dicit *com- * munem. Vel quatenus ius formatum, & constitutum debeat esse à principe, intelligitur de iure feudali; quia vt possit præscribi vtile dominium feudatarii, necesse est; quod sit constitutum, & formatum prius à Principe per priuilegium inuestituræ, vel consuetudine. ita Abb. *d. cap. ad audientiam, n.* 14. *de præscriptio.* † Et quod sufficiat ius deducibile formatum etiam ex titulo nullo, Alex. *consil.* 30. 22
Ponderatis, n. 12. *& 13. in quinto dubio, lib.* 5. *in ver. præterea*, vbi ex titulo nullo inducitur præscriptio immunitatis contra Principem in casu, in quo requireretur immemorabilis sine titulo, licet videatur velle, quod titulus sit ab eo, qui possit dare, per *l. vacuatis, C. de decur. lib.* 10. & iterũ *n.* 11. *ver. præterea etiam*, vbi, quod tempus quadraginta annorum tollit nullitatem tituli non habentis requisitã derogationem. † Restringe etiã quoad Imperatorem, & supremum 23
Principem in Italia; quia ex vsurpatione & consuetudine notoria ciuitates, & municipia habent ius exigendi vectigalia. Bald. *d. consil.* 366. *n.* 2. *lib.* 3. † Restringe; quia ciuitas subiecta Papæ potest præ- 24
scribere iurisdictionem in singulos ciues, prout etiã tertius; quia propterea ciuitas non desinit esse subiecta Papæ. Felin. *in c. ad audientiam de præscrip. col. fin. n.* 29. *ver. not.* 2. † Restringe; quia sufficiunt 25
triginta, vel quadraginta anni etiã contra Principẽ, quando quis habet titulum à Principe, vel bonam fidem. Bald. *d. consil.* 366. *in fin. ver. non obstant ea, lib.* 3. † Restringe; quia etiam contra Principem 26
præscribuntur vectigalia, & reseruata Principi ordinaria præscriptione triginta, vel quadraginta annorum, quando ipse Princeps sciuit; & passus est; quia videtur concedere. Crauet. *de antiq. tempo. part.* 4. §. *absolutis, in* 6. *q. n.* 16 *& seq.* vbi, quod sufficit etiam scientia ciuitatis Metropolis, & *n.* 22. † Contrarium tenet ipse Crauet. vbi 27
supra *n.* 17. *& seq.* quod imo semper requiratur immemorabilis cõtra Principem etiam scientem, & *n.* 22. † Declara; quia in consue- 28
tudine mera sufficit scientia, & patientia p triginta vel quadraginta annos; secus, si esset præscriptio, vel cõsuetudo præscripta à populo, qui non habet facultatem. Crauett. *d. tract. de antiq. in* 4. *parte*, §. *absolutis, n.* 18. *& seq. ver. & tenendo*, quia tunc non potest dici mera consuetudo, nisi esset immemorabilis. † Amplia; quia præscribi- 29
tur ab eo, qui habet titulum; quia præsumitur bonæ fidei, etiamsi auctor esset malæ fidei. Sign. *consil.* 222. *n.* 2. † Et an requiratur scien- 30
tia & patientia supremi Principis, vt inducatur præscriptio, late Crauett. *d. tract. de antiq parte* 4 §. *absolutis in* 5. *q. n.* 14. vbi, quod non requiritur, & citat plurimos in contrarium, quod requiratur, & dicit *communem; vlt. *num.* 15. quod in incorporalibus semper re- *
quiritur scientia, & patientia, sed si lapsum est tempus immemorabile, præsumitur scientia, & patientia. † Declara; quia in tribus 31
casibus nõ requiritur scientia, & patientia Principis; primo, quando est immemorabilis præscriptio; vel consuetudo præscripta à populo non habente auctoritatem; secundo, quando est mera cõsuetudo inducta à populo habente auctoritatem; tertio, quando quis habet titulum à non domino. Crauett. *d. tractat.* §. *absolutis in* 4. *part. in* 6. *quæst. num.* 16. *& seq.* † Et quod sufficiat scientia, & 32
patientia vicarii Regis, item officialium, & iudicum loci Prouinciæ, plene Ias. *d. tract.* 4. *parte* §. *absolutis; num.* 23. *& seq. in* 7. *q.* vbi tollit contraria, & hanc *communem dicit Franc. Balb. *de præscriptio.* *
in 2. *part. quintæ partis princ. q.* 4. *num.* 4. Vide, *Antiquum qualiter, & quando aliquid dicatur. Concluſ.* 341.

Vecturalis quando teneatur, vel non pro re perdita; quia non soluit gabellam. Concluſ. 34.

VECTVRALIS † conducens mercimonias imballatas si sumpsit 1
onus soluendi pedagia, & ob non solutionẽ res cadat in commissum, tenetur de suo domino rerũ perditarum. Bald. *consil.* 417. *Quidã vecturalis. lib.* 1. † Amplia, vt procedat etiam pro rebus occul- 2
tis, vel locabilus inclusis in ballis mercantiarũ, qñ sciebat, & sumpsit onus. Bald. *d. cõs.* 417. *per tot. ver. solutio, lib.* 1. † Amplia, vt proce- 3
dat, siue probetur dolus, siue culpa vecturalis; quia si res sunt amissæ illius culpa, vel dolo, maxime, qñ ita erat consuetũ, quod soluerent gabellas, ipse tenetur, Bald. *d. consil.* 417. *in fi. lib.* 1. † Amplia; quia 4
nauta habens ordinẽ eundi p certa loca libera si voluit accedere, vel transire per alia loca sine compulsu fortunæ tenetur ad omnia damna, & onera de suo in locis extra commissionem factam. Bald. *consil.* 51. *Quæritur, an Florentini post med. ver. item si quæratur, lib.* 4.

5 † Limita in dubio; quia si dominus conuenit cum nauta, vel vecturali, vt conduceret certas res de loco ad locũ, si cadant in commissum ob non solutionem gabellæ, res perit periculo domini, si de gabella nihil est dictum; quod intellige, quando dominus sciebat nautam recedere sine bulletta. Cuman. *consil. 21. Matthæus dedit.*
6 *in princ.* † Extende idem, si dominus sciebat nautam ignorare gabellam; & non monuit. Cuman. *consil. 21. ante med. ver. pariter si sciebat.*
7 † Extende de more communi; quia communiter consueuerunt omnes fraudare gabellam, & quia domini consueuerunt accipere bullettam. Cuman. *d. consil. 21. circa fin. ver. quia tamen.* † Extende; quia gabella debet regulariter solui per dominum, & non per conductorem. Bald. *consil. 51. circa princ. ver. ista inquã onera. lib. 4.*
9 † Restringe cessantibus præmissis; quia vecturalis debuit soluere, & reperere; quia conuentio præsumitur facta, vt conducat licite, & sine fraude. Cuman. *d. consil. 21. circa med. ver. alias si non appa-*
10 *ret.* † Declara; quia attenditur pretium conuentum, an sit conueniens solí vecturæ, an etiam simul & gabellæ; quia ex eo iudex a-
11 nimum suum informare poterit. Cuman. *consil. 2. in fin.* † Limita, quando inter mercantias vnius speciei dominus immisisset alias res ignorante, seu inscio mulione; quia si cadant in commissum; quia soluit gabellam solum pro istis, quæ apparent, non pro aliis, quas ignorabat, non tenetur ad aliquid, sed periculum est domi-
12 ni. Bald. *d. consil. 417. in fin. ver. solutio, lib. 1.* † Extende limitationem, quando vterque esset in dolo, vel vterque in culpa, vt quia dominus non monuit mulionem, vel ipse non perquisiuit, aut quia, vterque sciuit, & nihil de rebus prohibitis fuit conuentum; quia deterior est conditio actoris. Bald. *d. consil. 417. in fin. ver. si vero vter-*
13 *que, lib. 1.* & sic dominus agens patietur periculum. † Restringe limitationem, vt procedat, etiamsi dominus sit in culpa, & vecturalis in dolo; quia dolus præponderat culpæ; ideo tenetur vectu-
14 ralis eo casu. Bald. *d. consil. 417. in fin. ver. si vero dominus, lib. 1.* † Declara tamen; quia dolus non probatur, nisi probetur, quod vecturalis fuerit aduisatus. Bald. *d. consil. 417. in fin. lib. 1.*

Vecturalis quando constituatur in mora, & teneatur de ea, vel non. Concluſ. 35.

1 NAVTA † vecturalis promittens cum naui armata se præsentare tali die ad onerandum, & portandum granum ex tali loco pro tanto, si post diem conuentam veniat, est in mora, nisi probet casum fortuitum, & per se non stetisse, quando interest aduersarii, incurrit pœnam; si vero promittens dare granum pariter impeditus deficit, neuter incurrit pœnam Signor. *consil. 195. per tot.*
2 † Amplia; quia nauta, qui non impleuit ex causa, licet non teneatur ad pœnam; non tamen agit ad implementum contractus, quem ipse non impleuit; quia non se præsentauit die conuenta.
☞ Signorol. *d. consil. 195. per tot.* maxime *num. 3.* Vide plenius, *Mora contrahitur multis modis, & quando non. Concluſ. 373.*

Vecturalis conducens animalia tenetur de illorum interitu ex lata, & leui culpa, & quando non. Concl. 36.

1 VECTVRALIS, qui † conduxit ad vecturam asinum, si asinus dimittatur in hospitio; quia non potuit ad locum destinatum conduci, tenetur de interitu ex lata culpa, etiam leui, licet non ex leuissima. Ideo si nimio pondere onerauit, vel si nimis longo itinere fatigauit, vel alias negligens fuit, tenetur de interi-
2 tu. Bald. *consil. 404. Punctus, quidam Ciccheus lib. 2.* † Limita, quando equus, vel bestia conducta infirmata in itinere fuit in hospitio custodita; quia si moritur, non tenetur conductor de vitio naturali, nec de casu fortuito, nec de leuissima culpa; secus si non fuis-
3 set diligenter custodita. Bald. *consil. 22. Vannutus, lib. 3.* † Declara tamen; quia debent adhiberi medicamenta tempore opportuno, & si nimis tarde sunt adhibita, tenerentur, prout si non adhibuisset. Alexand. *consil. 183. Viso processu. num. 5. ver. tamen de iure habemus,*
4 *lib. 7.* † Limita; quia si quis conduxit equum, & illum restituit, qui per paucos dies fuit mortuus, si locator dicat, quod culpa conductoris; debet duo extrema probare, quod esset sanus, quando commodauit, & quod esset infirmus, quando conductor illum restituit, & testes debent deponere de causa scientiæ, etiam non interrogati, alias non probant. & conductor debet absolui.
☞ Alex. plene *d. consil. 183. Viso processu, in princ. & per tot. lib. 7.* Vide, *Commodatarius ad quæ teneatur pro re commodata. Concluſ. 481.*

Vecturalis quando habere debeat mercedem, vel non, licet non potuerit casu fortuito conducere rem. Concluſ. 37.

1 VECTVRALIS † conuenit de vehendis rebus, & de mercede conuentum est, de rebus inuentis in naui pro tanto pretio debet habere mercedem; etiamsi aduersa fortuna non pro-
conducere. Signorol. *consil. 195. num. 5. in fin. ver. primus.* † Limita, quia si casu fortuito pereunt, non habet mercedem. Signorol. *consil. 195. num. 5. in fin. ver. secundus casus.* † Si vero dubia interpretantur contra proferentem interpretantur. Signorol. *consil. 195. num.*

Velamen, & quæsitus color multa operatur. Concluſ. 38.

DELICTVM † apertum Prælati sine Conuentu non punitur. Ecclesiæ in reali; quod tamen præiudicat, si est veluti
consil. 245. Quia omne datum. col. 3. in princ. ver. aut loquimur. † Vitas vltima collata in alterius arbitrium non valet; sed tertia
lata in arbitrium alterius velatum valet. Angel. *consil. 22. Quæ-*
lii est, col. fin. in princ. ver. & dicitur institutio, & consil. 21. num. 2.
ver. tertio præmitto. Vide, *Color quæsitus quid sit, & operatur. Cui*
Vide, *Hæredis institutio pendens ex alieno arbitrio non valet, &*
cus. Concluſ. 86.

Veliterna ciuitas, statuta, consuetudines, & privilegia. Concluſ. 39.

VELITERNA † ciuitas est de statu Ecclesiæ Romanæ.
consil. 431. ista institutio, lib. 2. vbi appellat ciuitatem
num. 2.

Velle aliquid importat de futuro, non de præsenti, quando secus. Concluſ. 40.

VELLE † contrahere, & velle consentire differunt respectu
ab ipso consensu de præsenti. Lap. *alleg. 57. num. 9. ver.*
missa verba. Vide, *Contractus quando dicatur perfectus.* Con
† Amplia, vt procedat etiam in contractibus, qui solo
perficiuntur; quia nihilominus is, qui dicit velle contrahere
contrahit secundum Lap. referentem opinio. *d. alleg. 57. num.*
ver. & licet Accursius. † Limita; quia, *volo adire*, licet nomine
additionem, & verbum, *volo repudiare*, non importet re
nem; secus si deliberate proferantur. Bart. *in l. gerit. num.*
acquir. hered. Vide, *Aditio hereditatis ex quibus inducatur, vel*
Concluſ. 190. Vide infra, *Verba dispositiua quæ dicantur.* Con
Vide plenius infra, *Verba futuri temporis præteritum non*
præsens. Concluſ. 116. † Limita, nisi verbum, *volo contrahere*,
cum actu significante contractum, vt si dico, *volo contrahere*
monium, si subsequatur annuli subarrhatio, vel alius actus
ciens contractum, verbum, *volo*, verificatur in præsenti. L
leg. 57. num. 16. ver. & semper. † Limita in vltima voluntate
verbum, *volo*, in actibus vltimæ voluntatis inducit dispositi
l. quoniam indignum. C. de testam. cum aliis allegatis per Alexan
fil. 168. Ponderatu. num. 3. ver. Nam certum est. lib. 5. † Extende
scriptura patris inter filios; quia si dixit, *volo duas filias meas*
bona mea omnia, & tertiam filiam dotatam esse tacitam dotata sua
tur testamentum, & dispositio valida. Alex. *d. consil. 168. num.*
seq. per tot. lib. 5. † Limita fauore piæ causæ; quia si testator
lo instituere hæredem meum talem pium locum, habetur pro
ne; quia verbum, *volo*, dispont. Castr. *consil. 457. lib. 1. post*
Testamentum ad pias causas quando dicatur, vel non. Concluſ. 518.

Venationes sunt de iure gentium, & non possunt prohiberi, & quando secus. Concluſ. 41.

PROHIBERI † non possunt venationes; quia sunt de iure gen
tium, & consuetudo contraria non valet. Tiraquell. *de*
cap. 37. num. 149. late Riminal. Iun. *consil. 35. in princ.* Gram
cis. 67. num. 9. Iaſ. *consil. 120. lib. 4. per tot.* vbi, quod nullus dic
Crauett. *consil. 64. per tot.* vbi plenissime. Franc. Marc. *dec. 5*
ponit multiplicem speciem venationum. Roland. à Vall. *con*
lib. 2. per tot. † Et ideo non sunt regalia, neque de reservatis
pi. Dec. *consil. 197. num. 3. ver. ex iis.* Alba. *consil. 16. num. 11. vol.*
non sapiunt iurisdictionem. † Extende, etiamsi dominus
consuetudinem, & præscriptionem; quia non valet, nisi
consensu omnium, contra quos Crauett. *d. consil. 643. princ.*
sus *consil. 658. per tot.* Roland. à Vall. *d. consil. 9. per tot. lib. 2.* † Extende
idem in eundo ad furnum, & molendinum, etiam si inutiles
nissent; quia quæ sunt facultatis, non perduntur. Roland. à Vall.
d. consil. 9. lib. 2. num. 17. vbi de * communi, & idem tenet Rol.
consil. 22. in princ. eod. lib. 2. vbi multa congerit, plene Anchar.

vbi, quod magis eſt contra naturam tale ſtatutum, quam mors, & omnia repetit Roland. & alios citat. † Reſtringe in ſupremo Principe, prout in Papa, & Imperatore, Iaſ. *d. conſil. 120. lib. 4.* † Reſtringe, quando dominus prohibens ab immemorabili eſſet in poſſeſſione prohibendi. Iaſ. *d. conſil. 120. lib. 4.* † Reſtringe, quando dominus recluſiſſet intra murum, vel clauſum, vel quando nemus eſſet infructuoſum propter venationes, & feras; quia poſſet prohibere. Franc. Marc. *deciſ. 529. circa fin.* & idem in columbariis Roland. *Conſ. 9. lib. 2. in fin.* † Reſtringe, quando populus acquieuiſſet bannimentis, & ſoluiſſet pœnas; quia cenſetur renunciare iuri ſuo, idem Franc. Marc. *d. deciſ. 529.* vbi docet cautelã, quod ſubditi contra bannimenta proteſtentur, Roland. à Vall. *conſil. 22. n. 23. & ſeq. lib. 2.* vbi dicit * communem, *& per tot.* † Reſtringe, quando dominus fecit bannimenta, & ſubditi acquieuerunt, vt ſupra. Roland. à Vall. plenius *d. conſil. 9. n. 12. & ſeq. lib. 2.* vbi, quod hoc modo conſtituitur in poſſeſſione, & idem Roland. *d. conſil. 22. num. 23. & ſeq. lib. 2.* Vide, *Piſcandi ius eſt de iure gentium, & qualiter poſſit prohiberi. Concl. 358.* Vide, *Princeps poteſt multa in ſubditos ſuos. Concluſ. 678.*

Venditio quid ſit, vel importet, & quando ſit nomen generale, vel ſecus. Concluſ. 42.

VENDITIONIS † nomen quandoque importat omne genus alienationis. Bald. *conſil. 433. in fin. lib. 5.* incip. *Caſus talis eſt.* † Imo rectius legem 12. tabularum ſub verbo venditionis continetur omnis alienatio, Ioan. de Imol. *conſil. 47. Illud præſupponitur, n. 3.* vbi, quod alienationis verbo continetur omnis actus, per quem dominiũ transfertur. † Declara; quia venditio importat aliquando omnem contractum, per quem transfertur dominium, quando ſimpliciter profertur; ſi vero profertur venditio cum pretio, importat proprie, & ſtricte venditionem, ſecus in verbo, *alienatio*; quia magis latum ſignificatum habet, etiam ſi addatur pretium; quia importat omnem alienationem, & permutationem. Alex. *conſil. 63. In cauſa, & lite, in princ. lib. 7.* vbi apoſtill. *in ver. permutatio,* & *in ver. pretio* dat concord. † Et venditor tenetur cedere omnia iura, quæ habet in re vendita, emptori; quia clauſula ceſſionis iuriũ apponitur communiter. Caſtr. *conſil. 33. Statutum Lucanum; in fin. lib. 2.* † Amplia; quia appellatione venditionis venit ceſſio, datio in ſolutum, & omnis contractus, per quem transfertur dominium. Pariſ. *conſil. 82. n. 9. lib. 3.* vbi dicit communem, * quod largo modo eſt verum, & clarius *conſil. 83. num. 19. & ſeq. eod. lib.* Roman. *conſil. 86. Viſo quæſtionis themate, in princ.* pleniſſime Tiraquell. *de retract. lignag. §. 1. glo. 2. in princ.* † Reſtringe, quando ſumus in correctoriis, quando communis vſus eſſet in contrarium, vel eſſemus in iure congrui ceſſo ad rem; quia niſi cedatur etiam res vicina, cuius occaſione alia res poteſt retrahi, non dicitur venditio proprie. Pariſ. *d. conſ. 82. n. 15. & ſeq. per tot. lib. 3.* † Contrarium; quod imo non per extenſionem, ſed per cõprehenſionem ceſſio ſit venditio, quando pro certo pretio eſt facta, Pariſ. *conſil. 83. n. 19. & ſeq. lib. 3.* † Amplia in datione in ſolutum certo pretio; quia proprie eſt venditio, & in ea habet locum *l. curabit. C. de actio. empt.* ita Ruin. *conſil. 66. nu. 6. lib. 4.* † Amplia; quia venditione prohibita eſt prohibita permutatio. Felin. *in c. fin. n. 5. de accuſat.* vbi apoſtill. † Extende; quia eſt prohibita datio in ſolutum, apoſtill. ad Felin. *d. c. fin. n. 5. de accuſatio.* † Extende; quia continet donationem; quia ſi ſtatutum prohibet venditionem, prohibet etiam donationem. Felin. vbi ſupra. † Limita, quando ſit mentio de pretio; quia proprie, & ſtricte debet intelligi, & non comprehendit permutationem. Bald. *conſil. 433. in ſi. lib. 5.* Felin. *in c. fin. n. 5. ver. fallit primo; de accuſat.* plene Marſil. *ſing. 105. vbi in quæ ſit mentio.* † Et ad probandam venditionem, quod pretium debeat excedere nummum, & eſſe certũ, alias non probetur venditio, plene Alex. *conſil. 18. Viſo proceſſu cauſæ lib. 1.* vbi apoſtill. *in ver. non probabit, lib. 1.* quod intellige, vt *in ver. Pretiũ in venditione ad multa conſideratur, & quando ſecus. Concl. 487.* † Et debet pretium eſſe certum, vel ſaltem reducibile ad certitudinem. † Limita; quia venditionis appellatione, ſi fiat mentio de pretio, non venit alius contractus, vt ſupra in limitatione. † Extende, quando venditionis verbum profertur in materia, in qua datur certa forma. Felin. *d. c. fin. n. 6. de accuſat.* † Extende, quando verbum venditionis profertur in materia ſtricta, Felin. *d. c. fin. n. 7. de accuſat.* † Extende, quod dicitur de materia prohibente venditionem in odioſis, non venire alios contractus: idem, ſi concedatur promiſſio venditionis, prout in feudo, in emphyteuſi Eccleſiæ; quia non venit permutatio, neque alius diſtractus, vel contractus. Felin. *d. c. fin. n. 7. de accuſat.* & dicitur odioſa permiſſio, quando eſt contra ius. † Limita; quando venditionis verbum profertur à iudice; quia non veniunt alii contractus. Felin. *in d. c. fin. de accuſatio. n. 8.* vbi idem dicit in materia permiſſiua iudicis; quia ſi dat licentiam vendendi, non potuit obligare bona vendenda. † Venditio in dubio iudicatur, vbi de pretio facta eſt mentio. Roman. *conſil. 86. Viſo quæſtionis themate, n. 5.* vbi apoſtill. *in ver. expreſſum,* dat concord. † Extende, etiam ſi conuentum fuerit de pretio ſoluendo, non de ſoluto; quia adhuc venditio eſt in dubio; non autem contractus innominatus. Roman. *d. conſil. 86. num. 5. & ſeq. ver. nec præmiſſæ.*

Vendere aliud eſt, aliud promittere de vendendo, & quando ſecus. Concluſ. 43.

ALIVD † eſt vendere, aliud promittere de vendendo; quia ex venditione emptor lucratur fructus, tanquam dominus, pro rata pretii ſoluti, alter ſecus; quia ex promiſſione de vendendo nõ transfertur dominium, neque lucratur fructus, qui habet talem promiſſionem, etiam ſi res ſit tradita, & maior pars pretii ſit ſoluta. Alex. *conſil. 119. Sine diſputatione,* quod eſt conſilium Cuman. & alterius *ſeq. lib. 4.* vbi late, *& conſil. 121.* quod eſt Alexandri, hoc demonſtrat. vide omnino Ioſeph. de Ludo. *in 1. concluſ. titul. de emptio. & venditio. lib. 3. commun. opin. fol. 575.* vbi ampliat, & limitat multis modis, plene Iaſ. *in l. in bonæ fidei, n. 3. & 4. ff. de eo, quod certo loco,* vbi plura adducit. Alex. *conſil. 73. Viſo themate, in primo dubio. lib. 2.* Iaſ. *conſil. 117. In quæſtione, quæ vertitur, lib. 1.* Alex. *conſil. 76. Viſis, n. 15. & ſeq. ver. non ergo. lib. 5.* & pleniſſime poſt omnes Surd. *conſil. 52. n. 12. & ſeq.* vbi *num. 21.* dicit, quod ex tali promiſſione de vendendo non acquiritur aliquod ius reale, ſed eſt obligatio in perſonam, quæ facit teneri ad intereſſe. † Et licet promittens vendere; ſeu retrouendere habuerit partem pretii; tamen quod emptor non ſit dominus pro rata, Alex. *conſil. 76. n. 15. & ſeq. lib. 5.* vbi quod non tenetur facere inſtrumentum venditionis pro parte pretii ſoluti, neque competit vlla actio ex empto; quia non eſt veriſimile, quod voluerit partem diſtrahere ſeparatim à toto. † Contrarium, quod imo ex promiſſione de vendendo, quando eſt ſoluta pars pretii, venditor teneatur ad fructus, ſeu intereſſe pro rata pretii ſoluti, Socin. *in l. ſi ante nuptias ff. ſolut. matrim.* vbi refert ſe ita conſuluiſſe Cremonæ, & obtinuiſſe, & vere conſuluit *conſ. 170. In præſenti conſultatione. col. pen. ver. ſecundum principale fundamentum. lib. 2.* Curt. Iun. *conſil. 82. In cõtrouerſia vertente.* Cagnol. *in l. 2. q. 21. C. de pact. inter empt. & vendit.* vbi, quod ita fuit iudicatum per ſenatum Sabaudiæ, & hanc veriorem dicit Natt. *conſil. 384. n. 5. & ſeq.* vbi prædictos allegat omnes, & declarat. † Declara; quia procedit contrarium, ſiue perficiatur venditio, ſiue nõ, & ſiue facta ſit traditio rei, ſiue non; quia æquitas, ne gaudeat re & pretio venditor, ſubeſt. Natt. *d. conſil. 384. n. 6. & per tot.* allegat Abb. *conſil. 66. Duo ad claram deciſionem, in 2. dubio, lib. 1.* & alios, vide eum, & idem per plura tenet Tiraq. *de retract. conuentio. ad fin. titul. n. 70. & ſeq.* vbi extendit in retrouenditione, in dote ſoluta pro parte ante matrimonium; quia pro rata onerum lucratur maritus fructus; quia *num. 69.* inquit dotem æquiparari venditioni; quia vxor eſt loco venditricis, maritus loco emptoris, onera loco pretii. † Et an promiſſio de danda facultate redimendi operetur pactum de redimendo; ita vt promiſſio de faciendo dicatur obligatio pro ipſo facto vide pleniſſime Tiraq. *de retract. conuent. ad fin. tut. n. 25. & ſeq.* vbi pro vtraque allegat infinita, & ponit multa exempla de promiſſione deliberando in dote promiſſa, & ſoluta circa lucrum, & in promiſſione de vendendo, ſeu donando, an parem virtutem habeant cum venditione, vel donatione, & quid in ſententia dicente, condemnandum, an vero condemnamus. † Oritur tamen actio ex promiſſione de vendendo, vt compellatur vendere, & emere. Curt. Iun. *conſil. 82. n. 5.* Iaſ. *in l. bonæ fidei, n. 3. & ſeq. ff. de eo, quod cert. loc.* vbi, quod ex tali promiſſione obligatur ſolum promittens vendere, non emptor, etiam ſi tradat partem pretii, nili & ipſe promiſerit emere. Natt. *conſil. 384. in fin. ver. ſecundo principaliter dubitatur,* & infra, *num. 15.* † Extende; quia aliud eſt vendere; aliud promittere de vendendo; quia ex venditione rei legatæ per teſtatorem reuocatur legatum, non autem ex promiſſione de vendendo, Alex. *conſil. 168. Stantibus veris, per tot.* maxime, *in fin. lib. 6.* Vide; *Fictio differt à veritate in multis, Concl. 217.* † Extende; quia aliud eſt vendere, aliud venditioni conſentire. Roland. à Vall. *conſil. 67. num. 88. lib. 3.* † Extende; quia aliud eſt vendere, aliud retrouendere; ſicuti aliud eſt dare, aliud reddere; quia verbum replicatiuum plures actus ſignificat, non vnum. Roland. à Vall. *conſil. 69 num. 5.* † Et aliud eſt venditio, aliud eſt tractatus de vendendo; ideo multa tractantur, quæ non perficiuntur. Alex. *conſ. 18. Viſo proceſſu. n. 2. lib. 1.* vbi, quod debet probari venditio firmata, & concluſa, nõ autem tractata, vt releuet. Vide, *Tractatus de faciendo non probat iam factum. Concl. 339.* † Amplia; quia promittens vendere nõ compellitur præciſe vendere, etiamſi habeat facultatem vendendi; quia in obligationibus facti tenetur ad intereſſe.

tereſſe. Alex.*conſil.*212.*Conſideratis iis, num.*14.*lib.*6. vbi apoſtill. di-
* cit communem, & allegat multos, ſequitur Dec.*conſil.*502.*num.*8.
12 Surd.*d.conſ.*52.*n.*13 *& ſeq.* † Extende; quia non venit in venditio-
ne ius de futuro poſt promiſſionem de vendendo quæſitum. Dec.
13 *d.conſil.*502.*num.*8.*ver. venio ad ſecundum.* † Extende; quia imo pro-
mittens vendere rem emphyteuticam non tenetur ad aliquid; ſi
dominus non vult conſentire, etiam ſi per vnum teſtem probare-
tur conſenſus domini; quia nō debet iuramentum deferri, ex quo
non poſſet deferri emphyteutæ contra dominum. Fulg.*conſil.* 11.
Emphyteuta, per tot. Extende; quia promiſſio de vendendo dicitur
contractus innominatus, à quo poſſunt recedere partes. Surd.*d.*
*conſil.*52.*n.*18.*& ſeq.* quod intellige, quando res integra eſt; ſecus ſi
pars pretii eſſet ſoluta; quia requiritur reſtitutio, vt ibi *n.*53.*& ſeq.*
14 † Reſtringe, niſi promiſiſſet rem vendere, & tradere; quia com-
pelleretur; alias ſecus; quia vendendo non tenetur tradere, quan-
do ſimpliciter promiſit vendere. Dec.*d. conſil.*502.*Ex duobus conſi-*
15 *liis, n.*8. vbi apoſtill. allegat concord. † Amplia; quia obligatus ven-
dere intra certum terminum, vel tempus, etiam ſi partem pretii
recepit, lapſo termino vendere non tenetur. Surd.*d.conſil.*52.*n.*44.
& ſeq. vbi dicit idem in eo, qui promiſit retrouendere certo termi-
no; vt ibi *n.*47. licet *n.*60.*& ſeq.* declaret, quod promittens retro-
uendere non liberetur, ſed bene is, cui promiſſio fit; non obliga-
16 tur emere, vide eum. † Limita; quia ex promiſſione de vendendo
oritur actio ad emendum, & vendendum, ita Curt. Iun. *conſil.*82.
17 *n.*5.& ſupra *n.*6. † Extende; quia vendere promittens compellitur
actione ex empto, quando eſt conuentum, quod lapſo certo ter-
18 mino venditio cenſeatur facta. Curt. Iun.*d.conſil.*82.*n.*6. † Limita;
quia promiſſio de vendendo bene tranſit in emptionem, quando
poſtea ſoluitur pretium, & fit traditio. Tiraqueſl.*de retract conuen-*
tio.§.2.*gloſs.vnica, n.*75. cum aliis allegatis per Surd.*d.conſil.*52 *n.*70.
& ſeq. ver. minus mouet. qui reprobat, & tenet contrarium, niſi fiat
venditio, quaſi ſolutio pretii, & traditio ſit facta ſpe futuræ ven-
ditionis, quod videtur durum prima facie propter bonam fidem,
quæ ineſt. Vide plenius, *Aliud eſt venditio, aliud promiſſio de vendendo.*
*Concluſ.*310. Vide Concluſionem proxime ſequentem.

Venditio ex quibus dicatur perfecta, & valeat, vel non. Concluſ. 44.

1 VEndere † promittens, ſi poſtea recipiat pretium venditio-
nis in totum, vel in parte, dicitur ex tali receptione perfecte
vendere, etiam ſi ſola promiſſio de vendendo præceſſit. Bald.*conſil.*
451.*Dominus Nicol.ius, lib.*2. vide plurimos, quos allegat Surd.*conſil.*
52.*num.*70.*& ſeq.* quando ſolutum eſt pretium, & facta traditio
rei, licet ipſe ibi *num.*71. teneat contrarium, vbi, quod etiam ſi ſo-
luatur totum pretium, & fiat traditio rei promiſſæ poſt talem pro-
miſſionem, non tamen eſt venditio; quia ſpe futuræ venditionis;
ſed dura eſt opinio in contractu bonæ fidei, & ideo verior opinio
Baldi, quam tenent Tiraq.*de retract. conuentio.*§.2.*gloſs.*2.*num.*75.
Cephal.*conſil.*315.& opinio Surdi poteſt procedere non ſoluto to-
2 to pretio. † Subſtantia venditionis eſt conſenſus; ideo vitiato con-
ſenſu vitiatur venditio. Dyn.*conſil.*21.*Quæſtio talis eſt, ego habebam per*
3 *tot.* † Et ideo nō poteſt contrahi, niſi interueniat conſenſus vtriuſq;
partis præſentis, vel ſi vnus eſt abſens, oportet, quod pro eo inter-
ueniat nuncius, vel procurator, ſeu Epiſtola, & nuncius debet eſſe
ſpecialis ad hoc deſtinatus. Alex.*conſil.*128.*Ponderatis, in princ. lib.*2.
4 vbi, quod non ſufficit mediator, vel proxeneta. † Item ſubſtantia
venditionis eſt pretium; quia ſine pretio non eſt venditio; ideo te-
ſtes non deponentes de pretio, vel de eo variantes, & diſcordan-
tes tanquam ſingulares circa ſubſtantialia non probant. Roman.
5 *conſil.*30.*Viſo caſu,* vbi plena apoſtill. *in ver ſubſtantia.* † Et ideo quan-
do eſt quæſtio de venditione, teſtes nō probant venditionem, niſi
deponant de pretio certo contractus. Alex.*conſil.*128.*n.*3.*&* 4.*ver.*
6 *præterea; lib.*2.*& conſil.*148.*& conſil.*39.*n.*7.*lib.*5. † Declara; quia te-
ſtes non probant venditionem pro emptore contra venditorem,
niſi deponant de pretio, & quantitate pretii; quia hoc eſt de ſub-
ſtantia venditionis, ſed bene probarent contra tertium, vt per a-
poſtill. ad Alex.*d.conſ.*39.*n.*7.*lib.*5.*in ver. quanto*, allegat eundem A-
lex.*conſ.*18.*lib.*1. imo etiā probat pro tertio contra emptorem, puta
pro tertio conſanguineo retrahente ab emptore, vt ibi allegat. Ti-
raquell.*de retract. lignag. in fin. n.*88. Vide infra; *Venter quando, & qua-*
7 *liter in poſſeſſionem mittendus. Concl.*76. † Item ſubſtantia venditionis
eſt, quod res vendita confinetur ſaltem per duos cōfines, ſeu duas
demonſtrationes. Alex.*d.conſil.*39.*num.*6.*lib.*5.*ver. nam de ſubſtantia.*
8 † Amplia; quia venditio dicitur perfecta totaliter, quando eſt ſo-
lutum pretium; quando vero non eſt ſolutum, dicitur non perfe-
cta totaliter, ideo ſi euictio immineat ante pretium ſolutum, dici-
tur imminere in limine contractus, *l. ſi poſt perfectam. C. de euictio.*
Vide, *Euictio in limine contractus quando dicatur, & operetur.*
† Declara; quia venditio probatur perfecta, ſi teſtes de re
ponant, de venditione facta, videlicet conſenſu partium
ſoluto, vel quod de eo ſit habita fides; item de traditione
alias nō probatur venditio perfecta; & dominium ex
fertur. Roman.*conſil.*91.*Viſis, ac percunctatis, in princ.* vbi,
reus conuentus iſta probans debet abſolui, ſed an debet
minus declarari, recitat opiniones controuerſas, & non
† Dicas igitur plenius; quod venditio dicitur perfecta
ſenſu & pretio quoad obligationem, vt non liceat
de emptio. & vendit. §. *cum autem emptio.* quo vero ad
dominium, vt tranſeat in emptorem, requiritur
te non eſt perfecta, eſt text. *in l. neceſſario. ff. de peric. &*
*l.*1.*C. eod.* plene Caſtr. *in l. ſicut periculum. C. de actio. empt.*
*conſ.*280. Pariſ. *conſ.*59.*in princ. & conſ.*64.*n.*17.*lib.*1. &
ratur traditio, vt transferatur dominium in emptorem.
*ſil.*52.*n.*75. vbi, quod neq; partes poſſunt aliter facere,
quæ in pondere, numero, vel menſura cōſiſtunt, niſi
deratione, numeratione, vel menſuratione, nō tranſit
neque periculum in emptorem, *l. quod ſæpe.* §. *in ite. ff. de*
ptio. vbi Bart. Bald. & alii Caſtr. *in l.*2.*C. de peric. &*
vbi latiſſime, & Bart. *in l. Iulianus.* §. *ſi Titius. ff. de actio. em*
clarat, quando venditio fuit celebrata ad menſuram
ditionalis, & ſolo conſenſu, & pretio non eſt perfecta,
tur menſuratio, & traditio. Vide, *Emptori, an venditori*
*lum. Concl.*125. † Et quod non transferatur dominium
in emptorem, niſi ſoluto pretio, vel habita fide de eo, Roman.
*ſil.*86.*Viſo quæſtionis themate, in princ.* † Extende, vt procedat
dominium rei venditæ non tranſeat in emptorem, ſine
venditione vera, ſiue in venditione præſumpta, prout in
cediturа, vel creditum, quod habet, pro centum; quia nihil
tur centum à ceſſionario, vel habita fuerit fides de pret
tranſit dominium, Roman.*d.conſ.*86.*in princ.* † Extende,
ſit in ceſſione facta pro tanto pretio ex contractu innomi-
do, vt des; quia vltra quod de natura innominati contra
quod non acquiritur, niſi impleatur, adhuc tamen non
minium, quia æquiparatur venditioni, cui magis adhæ
gulatur ſecundum naturam venditionis. Roman. *d. conſil.*
& ſeq. † Extende magis in contractu conditionali, puta,
ſi ſolueris centum; quia nihil ponit in eſſe, niſi centum
uantur. Rom. *d. conſil.*86.*num.*3.*in fin. ver. aut volumus.* † Amplia;
vendere promittens ſi poſtea tradidit rem, & recepit pretium
citur perfecta venditio. Socin. *in l. ſi ante nuptias. ff. ſolut. matr.*
quitur Curt. Iun. *conſil.*82.*num.*8. vbi comprobat, vide tamen
vtraque parte Surdum *conſil.*52.*num.*71.*& ſeq.* vbi citat plu
& declarat, vt ſupra, *in princ.* † Amplia; quia venditio facta
uato dominio emptori; donec ſoluatur pretium, dicitur per
Vide, *Emptor quando perdat pretium, etiam ſi res euincatur. Concl.*
ver. extende, vbi ſecus, ſi reſeruatio eſſet perpetua; quia no
venditio. † Contrarium videtur velle Abb *conſil.*66.*Duo al*
*in princ. lib.*1. vbi, quod reſeruato dominio per emptorem,
ſibi ſoluatur pretium, interim venditor remanet dominus,
teſt rem venditam locare emptori, & valet locatio, & ven
ſemper remanet dominus, ita vt ſoluta parte pretii, nequa
feratur dominium in emptorem pro rata pretii ſoluti, ſed per
ſolutione pretii bene verum eſt, quod venditor ex æquitate
pro rata pretii ſoluti facere participem emptorem pro tanto
fructuum rei venditæ. † Limita; quia vendens rem propriam
liberam, vt liuellariam, vel alienam, tanquam errore ductus,
obligatur, neque valet venditio. Dyn. *d. conſil.*21.*per tot.* vbi,
ex eiſdem cauſis, quibus vitiatur translatio dominii, vitiatur
iam venditio. Vide plenius, *Emptio & venditio ex quibus dicatur*
*fecta. Concluſ.*124. Vide, *Error expreſſus quando vitiet in iudicatis*
*quando ſecus. Concluſ.*322.*& ſeq.* Vide ſupra, *Venditio quid, ſit re-*
*portet, & quando ſit nomen generale, vel ſecus. Concluſ.*42.

Venditio pro pretio declarando, vel compromiſſo relet, & quando ſecus. Concluſ. 45.

VAlet † venditio facta pro pretio declarando, *l. fin. C. de rectis*
emptio. Bald. *conſil.*18. *Punctus quæſtionis, in fin. ver. hic autem ad*
*additum. lib.*4. Cephal. *conſil.*10.*num.*5.*& num.*15.*& ſeq.* quia me
gitur de boni viri arbitrio, allegat Fabia de Mont. *de empt. & ven*
*dit. q.*5.*in princ. num.*26. Caſtr. *conſil.*267. *Videtur diuendum, in fin. lit.*
† Vide omnino Cephal. *conſil.*10.*per tot.* vbi, quod venditio eſt nul-
la ſine pretio taxato, vel taxando, vel ſi non eſt collatum in ta-
tionem alicuius; ideo ſi dicitur, pro pretio infraſcripto, & nu-
lum pretium ſit inferius ſcriptum; erit nulla; & idem, ſi taxato
credi-

3 confertur in emptorem; quia non valet. † Contrarium; quod imo venditio facta ſimpliciter pro pretio, etiamſi non fuerit ſpecificata quantitas, valeat; quia per iudicem poterit declarari, videtur tenere Roman. *conſil. 91. Viſis, ac percunctatis*, licet non firmet, vbi pro vtraq; parte allegat Bald. *in l. ſi quod ex Pamphila. ff. de legat. 2.* ſed tamen *n. 7. ver. iſtam dubitationem*, allegat iterum Bald. *in l. 1. C. de reb. alien. non alien.* dicentem; quod valeat; quia iudex conſiderata qualitate rei, & reddita declarabit; & ipſe Roman. dicit ibi, quod
4 acquieſcit auctoritati tanti Doctoris. † Declara; quia ſi fiat venditio pro pretio declarando ſine temporis præfixione, licet valeat, ſi declaretur, alias ante declarationem ſtat in ſuſpenſo; ſi tamen venditor tradidit rem, poteſt compellere emptorẽ, vt eligat æſtimatorem, qui declaret, & impleat; ſecus ſi lapſum eſſet tempus; quia nulla eſſet. Cephal. *d. conſ. 10. in fin.* vbi ſubdit; quod ſi eſſet contractus innominatus, prout aliquando poteſt eſſe, quando non valet
5 vt venditio, vt ibi *n. 14.* poteſt, qui impleuit, recedere. † Declara tamen; quia donec declaretur pretium, non dicitur perfecta. Bald. *conſ. 18. in fin. lib. 4.* imo eſt conditionalis venditio collato pretio arbitrium alterius ſimpliciter, ideo ſi non arbitretur, non valet
6 venditio. Dec. *conſ. 340. Pro reſolutione, in princ.* Cephal. *d. conſ. 10. n. 9.* ſequuta tamen declaratione, & ſic purificata conditione habebit pro pura à principio; quia retrotrahitur, & paria ſunt, aliquid eſſe purum à principio, vel conditionale; poſtquam fuit conditio
7 purificata. Caſtr. *conſ. 268. In facto illorum. lib. 1. in princ.* † Secus eſt, quando ſimpliciter non eſt collatum pretium in arbitrium tertii; ſed vlterius eſt dictum, quod ipſo nõ arbitrante Vicarius, vel alius
8 declaret. Deci. *d. conſ. 340. in princ.* Ioan. de Anan. *conſ. 19. Viſis inſtrumento, per tot.* maxime *n. 12. & ſeq.* & ibi Bologn. *in addit. n. 21. per tot.* vbilate. † Contrarium, quod venditio collata in duos eligendos ſit certa, & non conditionalis; quia intelligitur arbitrio boni viri commiſſa, Dec. *conſ. 648. Pro reſolutione eorum, in princ.* vbi allegat Io. de Anan. *conſil. 19.* ſed Anan. loquitur in iam electis, vt tunc ſit
9 verum, ibi *num. 12.* † Declara; quia ſi fiat remiſſio pretii declarandi in Vicarium Poteſtatis Bononiæ, in quem prohibitum eſt poſſe compromitti, tunc venditio eſſet nulla; quia pretium valide non poſſit declarari. Caſtr. *conſil. 268. num. 1. ver. ſuper quo breuiter, lib. 1. & per tot.* † Declara; quia ſi electio duorum ad declarandum pretium
10 venditionis eſſet facta diſiunctim, puta quia quilibet de per ſe declararet pretium; quia poſſent eſſe diuerſæ æſtimationis, & pretium eſſet incertum, non valeret; ſecus ſi vnus primo electus eſſet, poſtea alius loco primi, ita declarat Caſtr. *d. conſil. 268. n. 2. ver. item*
11 *ſecundo dicitur. lib. 1. & per tot.* † Reſtringe; quia non valet venditio facta pro pretio declarando, quando perſona, quæ debet declarare, non eſt certa; idem, quando eſt certa, ſed non declarauit; & idem, quando confertur pretium in arbitrium emptoris, plene
12 Cephal. *conſil. 10. per tot.* † Idem, quando dicitur, pro pretio infra ſcripto, & nullum reperitur pretium. Cephal. *d. conſil. 10. num. 11.*
13 † Idem, quando tertius fuit à ſuperiore inhibitus declarare, & declarauit poſt inhibitionem. Caſtr. *d. conſil. 268. num. 3. lib. 1.* † Am-
14 plia; quia valet venditio facta pro pretio declarando intra certum tempus, ſi fiat intra illud tempus, ſi vero non fiat intra illud tem-
15 pus, non valet, Caſtr. *d. conſil. 268. in princ. lib. 1.* † Amplia; quia venditio facta pro pretio declarando per Titium; & ſi moriatur Titius, per Vicarium Poteſtatis loci, adeo eſt certa, vt licet Titius moriatur poſt annum; tamen compromiſſum deuoluatur in Vicarium Poteſtatis, vt propterea pretium dicatur certum, & venditio pura. Io. de Anan. *conſil 19. per tot.* vbi eſt caſus, & ibi Bologn. *in*
16 *additio.* † Extende, vt procedat etiam in datione in ſolutum, prout
17 loquitur Ioan. de Anan. *d. conſil. 19. num. 12.* † Extende, vt procedat, etiamſi inter dictas partes factum fuerit aliud compromiſſum de omnibus litibus & differentiis eorum; quia non receditur à primo ſpeciali, ſi non eſt dictum. Io. de Anan. *d. conſil. 19. num. 6. & ſeq.*
18 *& per tot.* vbi Bologn. *num. 20. ver. vlterius.* † Amplia in tantum venditionem, ſeu dationem in ſolutum eſſe puram compromiſſo pretio in tertium, & ſi moriatur, in Vicarium Poteſtatis, vt ſi res venditа eſt tradita, lucretur fructus emptor; quia habita eſt fides de pretio. Ioan. de Anan. *d. conſil. 19. num. 12. & ſeq.* vbi Bologn. *num. 21.*
19 *& ſeq. ver. circa vero.* † Amplia; quia venditio conditionalis, puta pro pretio declarando, licet nõ transferat dominium pretio non declarato; tamen partes poſſint conuenire, quod transferatur dominium, non obſtante conditione; ſed ſi poſtea non impletur conditio; bene redditur venditio nulla, & debet res reſtitui cum
20 fructibus. Caſtr. *conſil. 268. in princ. lib. 1.* † Amplia; quia venditio facta dicitur pura, licet partes conuenerint, quod fiat inſtrumentum; quia non per hoc dicuntur partes velle contrahere in ſcriptis, niſi dicant, quod aliter non valeat venditio, hanc opinionem
* communem, * & magis communem oſtendit, & tuetur Curt. Iun. *conſil. 303. num. 7. & ſeq. lib. 3.* vbi recitat omnium opiniones & dicit hanc veriorem, & magis * communem, & quod contraria opi- *
nio, quæ dicitur Azonis, imo concordare videatur; quia Azo in ſumma hanc tenet, & vbi recitatur per gloſſ. in contrarium, ſemper intelligitur, quando hoc in animo partium fuiſſet, quod aliter non valeat, & dicit, quod debet conſtare de animo, & ſic concordant. † Contrarium dicit Caſtr. *conſil. 241. In quæſtione. col. 2. n. 2.* 21
lib. 1. quod non eſt perfectus, quia alias eſſent duo contractus, & Notarius non poteſt rogari, niſi de tempore confectæ ſcripturæ.
† Limita; quia venditio non valet, ſi pretium eſt collatum in 22
arbitrium emptoris. Roman. *conſil. 257. Ex tribus, in fin.* † Extende 23
in omni contractu collato in arbitrium alterius contrahentium; quia eſt nullus. Roman. *d. conſil. 257. in fin.* vbi apoſtill. *in ver. nullum*, dat concord. Vide, *Contractus quando dicatur perfectus, vel non. Concluſ. 981.* Vide infra, *Venditio ad menſuram dicitur conditionalis, & quando ſecus. Concluſ. 49. & Concluſ. ibi ſequentibus.*

Venditio incerta non valet, & quando ſecus. Concluſ. 46.

REGVLA † eſt, quod incerta venditio non valeat; quia incer- 1
tæ partis dominium acquiri non poteſt, *l. 3. §. 1. in fin. ff. de acquir. poſſ.* Caſtr. *conſ. 267. Videtur dicendum, ver. ſecunda ratio, lib. 1. cum num. ſeq.* vbi, quod ſicut incertitudo pretii vitiat venditionem, ita etiam incertitudo quotæ rei venditæ. Vide, *Incertitudo quando non vitiet diſpoſitionem. Concl. 66.* † Declara; quia ſi totũ fundum, quem 2
habeo, vendo pro omni iure meo; quia totus fundus traditur, dicitur res certa, licet ius meum ſit incertum; ideo valebit proportionabiliter. Caſtr. *conſil. 267. col. 2. ver. quantum ad id; lib. 1.* † Decla- 3
ra; quia incerta venditio valet, vt contractus innominatus, quando agens impleuit ex parte ſua, poteſt conuenire venditorem, vt certificet, puta ſi vẽdita eſt tanta rata domus, vel poſſeſſionis, quæ aſcendat ad ſcuta 200. quia illis ſolutis compellitur venditor vendere ex innominato contractu. Ruin. *conſil. 144. in princ. lib. 1.*

Venditio fit diuerſis modis, & de diuerſis rebus, & quibus. Concluſ. 47.

MVLTIS † modis venduntur res, videlicet quandoque iure 1
proprio, quandoque iure limellario, vel cenſuario, & quandoque partim vno iure, partim alio cum partiũ diſtinctione. Bald. *conſil. 460. Factum tale eſt. lib 4. in princ.* † Item venditio quandoque 2
eſt perpetua, quandoque ad tempus, quandoque fit de proprietate, quandoq; de fructibus; & ideo ſi quis vendat fructus certæ rei pro certis annis, talis contractus eſt venditio, & non locatio. Bald. *conſil. 314. Verum dictus contractus, num. 2. ver. ſuper ſecundo, lib. 5.* † Item 3
quandoque fit de iure, quod vendens habet, quandoque de re perpetua in dominio vendentis, & propria. Vide infra, *Vendens quando ſolum ius, quod habet, vendere dicatur. Concluſ. 52.* † Item quan- 4
doque fit ad corpus, quandoque ad menſuram. *Concluſ. 48.* † Item 5
quandoque de re certa, quandoque de re incerta, vt ſolum vendatur ius, quod habet. *Concluſ. præced.* † Item quandoque venditio 6
de re libera, quandoque non. Vide. *Vendens rem liberam. Concluſ. 51.*
† Item quandoque venditio fit per iudicem, vel alium ius dicen- 7
tem, ſeu officialem publicum ad inſtantiam creditoris, & iſto caſu factum iudicis ſuccedit loco facti partis. Bald. *conſil. 227. Quando pro debito. lib. 5. in princ.* † Item quandoque fit de rebus ſtabilibus, quan- 8
doq; de mobilibus, quæ conſiſtunt in pondere, numero vel menſura, *l. quod ſæpe. §. in iis. ff. de contrab. empt.* & in iſtis requiritur pondus, numeratio, vel menſura, vt ſit perfecta, vt ibi notant gloſſ. & Doctor. † Item, venditio quandoque fit per exequtores datos à 9
teſtatore, vt quod ſupereſt de pretio, detur alicui. Bartol. *conſil. 19. Viſo teſtamento, lib. 1.* Vide, *Exequutores ad pias cauſas ad vendendum qualiter procedant. & quid poſſint. Concluſ. 528.* † Remedia prodita 10
contra exequutores, & alios deputatos ad vendendum aliena, & pretium conſignandũ, ſi adhibent dolum, vt vendant minori pretio, fraudulenti ſunt; quia poteſt prætendens intereſſe agere de dolo, & lata culpa contra vendentem, & conſequi verum pretium rerum, & in ſubſidium excuſo venditore agere contra emptores, Bart. *conſil. 19. Viſo teſtamento; in princ. lib. 1.* vbi apoſtil. in *ver. tenentur.* & habet locum etiam in hærede vendente rem propriam in præiudicium fideicõmiſſarii viliori pretio. † Pro rebus vero non ven- 11
ditis, quæ cum fraude ſuſpicantur viliori vendi ex dolo, remedium eſt quod is, cui pretium, quod ſupereſt, debet ſolui, proteſtetur, quod ſine eo nõ fiat venditio, & offerat ipſe emere pro tanto pretio, & exhibeat fideiuſſores. Bart. *d. conſ. 19. n. 2. lib. 1.* † Extẽde; quia 12
RES † aliena vendi potest, *l. rem alienam. ff. de contrah. emptio.* habens tenutã ex primo decreto potest vendere talem rem, licet non sit dominus, Ang. Aret. *cons.* 34. *nu.* 33. *ver. quamuis, & cons.* 37. *Quantum ad primum, col.* 3. *ver. sed tamen iis non obstantibus, in tot.* † Extende; quia etiam inuito domino res aliena vendi potest. Card. Zab. *cons.* 78. *in pr.* † Declara tamen; quia res aliena licet vendi possit, non tamen afficit talis venditio rem ipsam, nec dominium, licet tribuat ius vsucapiendi in emptorem. Ang. Aret. *nu.* 34. *Pro decisione, n.* 31. *& seq. ver. nec etiam obstat.* † Amplia; quia qui vendit nomine suo, & nomine fratris; vel alterius, pro quo dicit promittit, dicitur vendere rem alienã; ideo quoad venditorem est securus, & licet sit malæ fidei emens; tñ consequitur actionem promissam ex stipulatu; *l. si fundum sciens alienum. C. de actio.* vbi omnes *Doctor. ita intelligunt, q̃n sibi per pactum, vel stipulationem prouidit, alias secus in casu iuris cõis. Crauet. cons. n.* 4. Dec. *cons.* 187. *n.* 3. Alex. *cons.* 16. *in fi. lib.* 2. Bald. *cons.* 337. *col.* 1. † Dicas, q̃ quando quis vendit rem alienã scienti esse alienam, prout si ego vendo rem fratris mei ei, qui scit esse fratris mei; tenent opiniones glossarum diuersæ; nam gloss. *in l. si ii, qui pro em-re. §. fi. ff. de vsucapio.* tenuit, quod non valet talis venditio, alia gloss. *l. si in emptione. §. item si emptor. ff. de contrah. emptio.* tenet, q̃ imo ex contractus, quando res non est furtiua, & vendens tenetur ad traditionem rei, si habet facultatem tradendi; si vero non habet facultatem tradendi, non tenetur, plene Alex. *cons.* 69. *Super n.* 8. vbi dicit hanc vltimam esse *cõem, vbi, quod non potest ipse cogi ad tradendum, si non potest, neq; potest cogi ad cauendum de euictione, quando emptor sciebat rem alienam. † Imo plus est, non potest emens scienter rem alienã compellere venditorem ad interesse aliquod; quia si petit interesse, debet offerre solutionem pretium, q̃ si pretium esset solutum, non posset agere euictione, neq; ad pretii restitutionem; quia perdit pretiũ dando cõi; ergo non potest prætendere interesse, neq; sibi debet deferri iuramentũ in litem; quia nõ defertur, nisi contra dolosum, & dolus non infertur scienti, & volenti. Alex. *d. cons.* 69. *n.* 29. *ver. nec stat. & per tot. lib.* 4. † Restringe; quia in præiudicium dominæ quo fuit de rato promissum, emens non excusatur à mala fide, neque facit fructus suos *l. fin.* vbi Bartol. & alii *ff. pro emptore.* Fabian. Monte *in tractat. de empt. & venditio. in* 4. 4. 4. *q. princ.* Vide, Fran. *quando lucretur possessor bonæ fidei, & c. Concluſio.* 490. *ver. limita. Alex. consil.* 83. *num.* 3. *lib.* 3. † Idem etiam vt procedat in marito, qui recepit dotem; seu fundum dotalem nomine alieno, & sine mandato, vt dicatur malæ fidei. Alexan. *cons.* 83. *colum.* 2. *vers. in fin. lib.* 3. incipit: *Viso themate, nu.* 3. † Imo procedit, etiam si emens acquirat ab aliquo, quando extat fama publica, quod res sit alterius. Soc. *cons.*

11 22. col. fin. ver. quinimo, lib. 1. † Amplia; quia emens à tertio rem alienam, vt quia vendit nomine alieno, etiam si promittat de rato pro 12 domino; tamen emens non habet titulum, nec bonā fidem. † Extende in matre vendente pro filio, pro quo de rato promittit; quia talis titulus dicitur malæ fidei. Nat. *cons.* 448. *Viri spectabiles.* Vide 13 aliqua *in ver. Hæreditatis petitio contra quos non detur. Concl.* 30. † Amplia; quia quilibet potest scienter vendere rem alienam: & se obligare de euictione. Ang. Aret. *cons.* 37. *Quantum ad primum, n.* 9. *ver.* 14 *quid plura.* † Extende; quia imo habens rem hypothecatam, si illam vendat vna cum domino rei, censetur dominus consentire transla- tioni dominii, & consentire, quod habens hypothecam vendat. 15 Ang. Aret. *d. cons.* 37. *n.* 9. *ver. quinimo, & per tot.* † Amplia; quia vendens rem alienam non transfert dominium, neque ius in eamdem; quia nemo dat, quod non habet. Floria. de S. Petro *cons.* 7. *n.* 2. Alex. *cons.* 134. *In causa, & lite, num.* 12. *ver. præsupposito, lib.* 2. vbi, quod 16 bene venditor tenetur ad traditionem, *l. ex empto. ff. de actio. empt.* † Amplia; quia res altert obligata vendi potest saluo iure pignoris, vel hypothecæ, quod transit cum ipsa re in emptorem. Roman. *cons.* 121. *Circa primum, in pr.* † Restringe, nisi adsit lex, vel constitu- 17 tio contraria, prout Florentiæ. Roman. *d. cons.* 121. *in prin.* † Amplia nisi tantum rem alienam de iure communi vendi posse, & cedi, vt finitum contrarium disponens dicatur correctorium, & restrin- gi debeat; Ang. Aret. *cons.* 92. *In casu supradicto, n.* 52. *& seq. ver. in tan-* 18 *tum quod etiam.* † Limita; quia res aliena pignorari non potest, *l* 2. *ff. de pign. actio.* Zabar. *cons.* 78 *in princ.* Vide, *Bona fides quando præsu- matur in præscribente, vel non. Con. l.* 100.

Venditor obligatur emptori ex vendito ad multa, & quæ, & quando secus. Concl. 54.

1 VENDITOR † tenetur tradere possessionem rei venditæ vacuā, & expeditam emptori, ac manutenere, defendere, & auctori- zare. Calderin. *cons.* 283. *circa fi. ver. præterea sicut venditor*, alias 5. *de lo-* 2 *cat.* & est text. *in l. ex empto. ff. de actio. empti.* vbi Bart. & alii, & plene declarat idem Bart. *in l.* 1. *ff. eod.* Alex. *cons.* 134. *In causa, & lite, nu.* 12. 3 *in præsupposito, lib.* 2. allegat *d. l. ex empto, in princ. ff. de actio. empt.* † Ra- tionis; quia rem tradi ineſt ex natura contractus; secus in aliis con- tractibus; ideo in venditore distinguitur, vt teneatur præcise tra- dere, si habet potestatem rei tradendæ, alias ad interesse tenetur; si vero rem tradi est ex sola stipulatione, tunc semper obligatio ad interesse succedit loco obligationis tradendi, ita Bart. *in l. stipula-* * *tiones non diuiduntur, n.* 39. *ff. de verb. oblig.* & ista est magis * commu- 3 nis opinio. Felin. *in ca. cum Ioannes, nu.* 33. *ff. de actio. empti.* per Bart. † Actio autem, & libellus, ac sententia qualiter formandi sint, vide 4 Bartol. *d. l.* 1. *ff. de actio. empti.* vbi triplicem formam ponit. † Amplia, vt etiam procedat; quod teneatur ad prædicta, licet semel possessionem vacuā dederit; quia debet durare tempore conuento, alias non videtur tradidisse; quia non dicitur esse, quod non durauit. 5 Calder. *d. cons.* 283. *in fin. ver. præterea* alias 5. *de locat.* † Extende; quia si est venditor dominus, non sufficit, quod rem tradat, sed tenetur dare, id est, dominium transferre. Felin. *d. c. cum Ioannes, nu.* 34. *de fid.* 6 *instrum.* † Amplia; quia vendens hæreditatem, in qua in specie specificat multos esse debitores; si illi debitores tempore venditio- nis mortui sunt, tenetur venditor ad interesse, nisi doceat hæredes fuisse æque idoneos, sicut defunctus tempore vēditionis. Cuma. 7 *cons.* 53. *Titius vendidit. per tot.* † Amplia; quia vendens rem liberam non specificans onera, & seruitutes si sciuit, tenetur ad omne in- teresse totaliter emptori; si vero ignorauit, etiam venditor tenetur quanto minoris res vendita fuisset. Alex. *cons.* 63. *Diligenter, nu.* 10. *ff. ver. ex quibus omnibus, lib.* 6. Vide supra, *Vendens rem liberam ad quid obligetur, & quando libera dicatur, vel non. Concl.* 51. † Amplia; quia venditor tenetur dare fideiussorem emptori de euictione, quan- do imminet in limine contractus tam pro lite mota, quā moven- da, ad hoc, vt possit consequi pretium restans rei venditæ, & tradi- tæ. *l. si post perfectam. C. de euictio.* & dicitur in limine contractus ante exequutionem venditionis, Aretin. *in* § *fin. Instit. de suspect. tutor.* & ante solutum integrum pretium. Socin. *cons.* 208. *Visis actis, n.* 5. *lib.* 2. *ver. secunda defensio.* Bursat. *cons.* 194. *n* 13. Bald. vero *in l. si post, in fin. C. de euictio.* dicit in limine, videlicet ante perfectum contractum. * Roman. *cons.* 8. in fin. vbi apostil. dicit * communem. Extende; quia 8 nedum tenetur de lite mota, & mouenda fideiussorem dare secun- * dum * communem, de qua apost. ad *cons. Roman.* 8. *in ver. immineat*, vbi multos allegat; Grat. *cons.* 135. *in fin.* sed etiam hoc procedit, li- cet venditor sit ditissimus, & idoneus, vt idem Grat. *d. cons.* 135. *n.* 5. 9 & 6. *lib.* 2. † Contrarium, quod imo, quando venditor est ditissi- mus, sufficiat hypotheca bonorum illius. Natt. *cons.* 267. *lib.* 2. & * magis communem * dicit Alex. *cons.* 65. *Omisso argumento, in fin. lib.* 5. Afflict. *decis.* 171. sequitur apost. ad Rom. *cons.* 8. *an ver. immineat, in* *fin.* plenius *cons.* 67. *Viso themate. in ver. possidere*, vbi plures allegat, & dicit * communem. † Imo quando venditor denunciauit suo acto- * 10 ri diuiti, qui suscepit litem, habetur pro fideiussore, & tunc non tenetur venditor dare alium fideiussorem. Afflict. *d. decis.* 171. † Extende, etiam si lis moueatur ex sola hypotheca; quia adhuc 11 euictio, & cautio habet locum, Apostill. ad *d. cons. Roman* 8. Grat. *cons.* 135 *n.* 7. *lib.* 2. & communem * dicit Bursat. *cons.* 194. *nu.* 13. † De- * 12 clara; quia in omni casu cautionis petitur causatiue, & sic per re- tentionem pretii, nisi caueatur, & sic excipiendo, non agendo, vt per * omnes *in d. l. si post.* vbi Bald. Salycet. & alii. *C. de euictio.* † Exten- * 13 de in tantum cautionem deberi causatiue, vt si non offeratur, non teneatur emptor possidens ad fructus ex *l. curabit. C. de actio. empt.* secus, si offeratur, ita Bald. *in l.* 1. *C. de bon. mater. nu.* 5. vbi pulchre lo- quitur. † Declara omnes conclusiones supra, vt quod dicitur pre- 14 tium non solui, nisi data cautione de illa lite & omni alia, vt non procedat, quando lis esset calumniosa; vel pro iure de futuro non claro. Alexan. *cons.* 65. *in pr. lib.* 5. † Extende; quia tenetur etiam post 15 perfectum & exequutum contractum, quando adesset promissio dandi fideiussorem, Bart. *in d. l.* 1. § *stipulationem. ff. de prætor. stipulat.* † 16 Extende idem, quando adesset consuetudo in loco. Bart. *d. l.* 1. § *sti- pulationem. ff. de prætor. stipul. ver. secundus casus*, sequitur Bald. *in d. l. si post. C. de euictio.* † Extende, quando confirmatur venditio per re- 17 scriptum Principis. Bart. *d. l.* 1. § *stipulationem. ff. de prætor. stipul. ver. quartus casus*, sequitur Bald. *in d. l. si post. C. de euictio.* † Extende idem, 18 quando pater vendit bona filii; quia tenetur dare fideiussorem. Bart. *d.* § *stipulationem, ver. item est tertius*, sequitur Bal. *in d. l. si post. C. de euictio.* † Restringe, quando extat promissio, quod res sit libera, 19 & à nemine auocanda cum iuramento; quia tunc si res est aliena, vel non tradita libera, nō est soluendū pretium, imo agit emptor ad pœnas conuentionales, & damna etiam non sequuta euictio- ne. Bero. *dict. cons.* 158. *per tot. lib.* 1. *l. ex iis prædiis. C. de euictio.* vbi Bart. Bald. & alii. † Restringe; quia non tenetur dare fideiussorē vendi- 20 tor, licet immineat euictio, qñ non imminet in limine cōtractus, *d. l. si post* à contrario sensu. *C. de euictio l. qui rem eod. tit.* Bart. *in l.* 1. § *stipulationem. ff. de prætor. stipulat.* † Restringe, quando euictio immi- 21 nens est notoria; quia neq; soluit pretiū data cautione. Ioan. Fabr. *in* § *nouissime. Instit. de fideiuss.* quem sequitur Iason *in l. à diuo Pio.* § *si post. ff. de re iudic. n.* 2. *in fin.* † Restringe, quando venditor scit rem 22 venditam alienam; quia est in dolo, & non sufficit cautio, imo pro euicta habetur res. Natt. *cons.* 267. *per totum, lib.* 2. plene Bero. *cons.* 158. *In præsenti causa, lib.* 1. *per tot.* vbi, quod hoc procedit, quando emptor ignorauit. Alexan. *cons* 69. *Super eo, in princ. ver. ex iis ergo ap-* *paret, lib.* 4. Vide, *Euictio in limine contractus quando dicatur, & quid ope-* *retur. Concl.* 360. † Amplia; qa venditor tenetur liberare rem ven- 23 ditam liberam, quando est tradita, sed non libera, alias potest emptor retinere pretium, *l. ex iis prædiis. C. de euictio.* & sic nota, q. duæ sunt actiones; vna, vt agatur de euictione secundum *l. & post perfe-* *ctam. C. eod.* alia, quod agatur, vt res liberetur, vt *in d. l. ex iis prædiis.* † 24 Sed an sufficiat cautio, quando agitur pro liberatione, sicut quan- do agitur de euictione? & videtur, quod idem sit dicendum; quia paria sunt, vel quod res non sit libera; vel quod alius agat de eui- ctione; imo plus videtur vrgere euictio imminens, quā quod res non sit libera; & sicuti in casu magis graui cautio sufficit, ita in alio, de hoc videtur text. *in l. pen.* § *fi. ff. de pericul. & comm. rei vendit.* ita di- cit etiam Soci. Sen. *cons.* 208. *n.* 5. *& seq. vsq; in fi. lib.* 2. vbi proprie lo- quitur; quando vtrumq; concurrebat. & vult, quod cautio eo no- mine præstita tollet exceptionem retentionis pretii, & hoc vide- tur velle Bald. in individuo *in l.* 1. *n.* 5. *C. de bon. matern.* vbi in casu il- lo, quod res erat filii vendita à patre, & non in casu euictionis; quia non poterat filius agere; sed in casu clari iuris filii dicit; quod cau- tio sufficit, vt soluatur pretium; imo si est idoneus venditor, suffi- cit susceptio oneris. & hypotheca. Alex. *cons.* 65. *n.* 5 *lib.* 5. † Si vero 25 actio non cōpetit, sed constat, quod non est libera, puta; quia sub- iecta fideicommisso conditionali; sunt opiniones, quod non cau- eat, & quod caueat; vt apud *Pedem. decis.* 24. quæ recitat opin. & distinguit, vt non fideiubeat, si est idoneus, alias secus; si vero non est idoneus, nec potest fideiubere, pretiū deponitur, vel inuestitur in re stabili pro cautione. † Amplia; quia venditor tenetur cedere 26 omnia iura, quæ habet in re vendita; quia ista est clausula, videlicet ces- sionis, quæ cōiter apponitur in venditionibus. Castren. *cons.* 33. *Statutum Lucanū in fi. ver. sic. consueuerunt autem, lib.* 1. † Amplia; quia 27 venditor rei alienæ, vel rei non liberæ, si vendat, vt propriam, vel liberam, tenetur ad omne interesse emptori. Signor. *consil.* 81. *In quæstionibus, ver. venio ad quintum, cum sequent.* Io. de Anan *cons.* 31. *per* *tot.* † Amplia; quia venditor tenetur emptori volenti rescindere 28 contractum, restituere pretium, & rem venditam retro accipere, quando pars rei euincitur ab emptore partem non empturo,

quando ignorauit emptor ius euincentis, secus si sciuit. Roman. d.
29 *cons.396. in primo dubio*, sequitur Cravet. *cons.389. nu.7.* † Extende; quia est in facultate emptoris recedere à contractu, si vult; etiam si pars rei non tradatur libera, licet non sit euicta, quando iurauit venditor rem liberam tradere. Bero. *consil.158. numer.39. libr.1.* vbi dicit, quod rem liberam tradere est quid indiuiduum, & quod non affert tantam vtilitatem in parte respectu partis, quantum in
30 toto respectu totius. † Amplia in locatore; quia tenetur, prout venditor, rem tradere conductori. Cald. *d. cons* 283. alias 5. *de locat.*
31 *circa fin. ver. præterea.* † Amplia; quia tenetur de euictione, & ad se obligandum per instrumentum ad simplum, & interesse, vel alias secundum consuetudinem ad duplum, etiam si à principio actum non sit, & tenetur hypothecare bona. Castren. *cons.207. in princ. &*
☞ *per totum, lib.1.* Vide, *Obligare se quando quis compellatur. Concluſ.46.* †
32 Amplia; quia venditor tenetur arcere inhibentes emptorem vti frui re vendita, quos prohibere potest. Anton. de Butr. in quadam
33 subscriptione, quæ ponitur in fine sui *consil.22. sub num.5.* † Extende; quia milites venditoris inferentes molestiam emptori, qui non potest vti, & frui re vendita, faciunt, vt dominus venditor teneatur, ac si ipse impediret, ad omnia damna, & interesse. Ant. de
34 Butr. *d. cons.22. in fin.* † Restringe; quia venditor non tenetur de violenta prohibitione tertii non permittentis emptorem possidere, nec de impedimento extranei. Anton. de Butr. *d. cons.22. in*
35 *fin. sub n.5* † Amplia; quia vendens animal morbosum tenetur de
☞ euictione, vt recipiat illud restituto pretio. Vide, *Morbosum animal vendens quando teneatur, vel non, & qualiter agendum sit. Concluſ.384.* †
36 Amplia; quia venditor tenetur ad damna, expensas, & interesse passa per emptorem pro lite, etiam si emptor obtinuerit victoriam, & iudex non condemnauerit succumbentem. Io. de Anan. *cons.31. Præsupposito, per tot.* vbi Bologn. in apostil. vbi dicunt teneri;
☞ quia tenetur defendere, licet res non euincatur. Vide, *Interesse con-*
37 *uentum quando, & qualiter debeatur, vel non. Concluſ.308.* † Extende maxime, quando hoc fuit conuentum, vt per Io. de Anan. *cons.31.*
*38 *n.4.* vbi dicit *communem, & ibi Bologn. in apostill. † Extende; quia etiam valet pactum, quod stetur declarationi emptoris circa damna; & interesse; si tamen inique arbitratur, datur reductio ad arbitrium boni viri. Ioan. de Anan. *d. cons 31. in fin. ver. circa vero se-*
39 *cundum.* † Amplia; quia si res vendita libera apparet subiecta fideicommisso conditionali; puta in casu mortis vendentis, licet fideicommissario non competat actio, vt non molestetur emptor, tunc venditor, si est idoneus, non tenetur fideiubere; si vero non est idoneus, tenetur fideiubere; si non potest, pretium deponi de-
40 bet, vel inuestiri, ita *Pedemont. decis.24.* quæ multa allegat. † Extende; quia si non soluit emptor pretium, non compellitur soluere, nisi sibi caueatur, vt supra. Bal. & Salycet. *in l.2. C. de sentent. quæ sine cert. quantit.* sequitur Alex. *cons.65. num.5. lib.5.* Negus. *de pignor. in 4.*
membro 5. part. princ. num.28. nisi rem ipsam liberaret. Alex. *in l.1. § si*
41 *hæres. ff. ad Trebellian.* per *l. ex prædii. C. de euiction.* vbi Doctor. † Declara tamen; quia si res esset subiecta fideicommisso in casu mortis, & etiam esset facta expressa prohibitio in fauorem descendentiũ, quod non possent alienari, & adiecta causa; quia voluit bona perpetuo remanere in familia; tunc posset emptor recedere à venditione, & ita alias fuit consultũ per primarios Aduocatos Floren-
42 tinos. † Amplia; quia venditor, qui habito pretio non tradidit rem venditam, tenetur ad omne interesse emptori. *l.1. ff. de actio. empti.*
* vbi gl. exemplificat, quam ibi sequuntur *Doct. Alex. *cons.69. libr.*
4. Ruin. *cons.89. n.19. lib.1.* & est text. clarus *in l.1. ff. de actio. empti. in*
princ. & in l.2. §.1. & l.3. ff. eod. vbi, quod non dicitur tradita, quæ a-
43 uocari potest ab alio, & non durat. † Extende; quia in obligatione rem tradi, prout est in venditione, si rem non tradat venditam; qa
* non potest facto suo, tenetur ad interesse. Bartol. *in l. stipulationes*
* *non diuiduntur, num.39. ff. de verb. oblig.* quem ibi omnes *sequuntur.
Abb. *in c. cum Ioannes, n.10. de fid. instrum.* vbi Feli. *nu.34.* attestatur de
* *communi. † Declara; quia licet interesse sit certum, puta pro-
44 missum per instrumentum, tamen peti non potest, nisi probetur tantum interesse. Bald. *in l. rogasti. §. si tibi, versicul. quid ergo. ff. si cert.*
pet. sequitur Io. de Anan. *in c. fin. char. penult. de vsur.* Alexand. *consil.*
27. *Viso themate, lib.4.* Dec. *cons.322.* Et propterea cum fructus facta venditione spectent ad emptorem, *l. fructus*, & ibi Bald. *C. de actio.*
empti. Bart. *in l. fin. § fin. ff. de iur. fisc.* Afflict. *decis.188. n.2.* argumento text. *in l. is. qui bonis. ff. de cessio. bono.* vbi Angel. qui dicit ita consuluisse cum Baldo eius fratre, & tradit late Boer. *decis.19. nu.7.* ideo in-
45 teresse ascendit ad fructus secundum prædictos. † Item augmentum pretii bonorum cadit sub isto interesse, *l. euicta, l. vlt. & l si cum*
46 *venditor. ff. de euictio. l. venditor, & l. cum successores. C. eod.* † Item secundum aliquos venit etiam interesse lucri cessantis, de quo vide o-
☞ piniones *in ver. Emptor. Concluſ.126.* Vide, *Interesse in quibus contracti-*

bus cadat; & debeatur. Concluſ.303. † Amplia; quia venditor, qui-
netur de euictione intimatus ab emptore, cui mota est lis, erem-
emptorem tueri, & defendere; alias obligatur in casu euictio-
ad omnia damna emptori. † Declara tamen; quia potest vendo-
intimatus pro suo interesse in iudicio comparere, & non solum
assistere iudicio, sed etiam probationes inducere, siue emptor
duxerit, siue non, dummodo ante publicationem processus. Ar-
Aret. *cons.5. Tota veritas. n.8. & seq. ver. quod sic probatur*, vbi, quod
test opponere omnes exceptiones proficuas emptori, & appella-
à sententia, etiamsi nunquam fuerit in iudicio; quia constat de
interesse. † Extende declarationẽ; quia potest venditor, qui lite
pit causam, inducere probationes, quæ si sunt releuantes pro
erunt etiam releuantes pro emptore; quia indiuiduæ sunt, & cum
sicuti acta, & sententia lata contra vnum nocent alteri; ita pro
tio. Ang. Aret. *d. cons.5. Tota virtus. num.11. & seq.* vbi late. † Amplia;
quia tenetur venditor facere instrumentum venditionis emp-
ri, quando soluit pretium, alias non. Alexand. *cons.39. Visum est*
pr. lib.5. Vide, *Instrumentũ non tenentur facere debitores, & alii de quo*
do secus. Concl.258. † Limita; quia emptor tenetur recipere
solutum pro re communi pro indiuisa ab vno fratre, quando
diuisione tota ex necessitate alteri fratri fuit adiudicata;
commodam non recipit diuisionem, *l. Iulianus. § idem*
actio. empti. & ibi Castr. declarat pro mirabili; quia etiã in
uerso procedit; quia si tota vendenti ex necessitate adiudicata
netur emptor totam emere. † Limita in creditore vendente
creditoris; quia non tenetur de euictione, *l 11. C. creditor. vendens*
&c. Vide, *Euictionem an teneatur præstare creditor vendens res alienas*
& ad quæ obligetur. Concl.359. † Limita; quia venditor non
dare fideiussorem de euictione emptori, nisi duobus casibus
si est actum; vel si imminet euictio in limine contractus. Rom
cons.8. in fin. vbi apost. *in ver. immineat. & in ver. actum*, vbi ponit
res concord. † Limita, quando emptor sciuit rem sibi ven
esse alienam; quia non retinet pretium ex eo, quod res vendi
sit libera, super quo distingue, vt per Salycet *in l. si fundum. C.*
ctio. † Extende, vt procedat, siue hoc contingat in parte, siue in
corpore rei venditæ. Roman. *cons.396. in primo dubio*, sequitur Cra-
uett. *cons.389. n.7.* † Dicas, prout plenius Alex. *cons.69. num.1. 2.*
& seq. lib.4. quod in terminis iuris cõis emens rem alienam
ter non agit de euictione, neq; recuperat pretium solutum, ne
res euincatur, neq; potest prætendere aliquod interesse, neq; p
test petere sibi caueri, neq; sibi defertur iuramentum in lite
scienti, & volenti non fit dolus, & quia debuit sibi prouider
medio, alias censetur renunciasse. † Si vero expresse vendito
obligauit de euictione, & ad pœnam, & interesse tenetur. Alex
cons.109. Viso processu, n.6. ver. quinimo, lib.4. per text. *in l. si fundum*
de euictio. † Limita; si venditor vẽdit rem cum omnibus fulcris
vitiis, & schinellis, quia intelligitur; quæ insunt tempore ven
tionis. Alexan. *cons.97. Perspectis; n 14. in fi. & n.15. lib.3.* Vide, Fu
tor an possit compelli præcise ad tradendum. Concl. prox. seq. Vide, Amp
qualiter agat re non tradita, vel euicta. Concl.126.

Venditor potest compelli præcise ad tradendum re venditam, si potest tradere, & quando secus. Con. 55.

VENDITOR † compelli debet præcise ad traditionem rei ven
tæ, quando est in facultate eius rem tradere, vel dolo fec
fuit posse tradere. Bald. *cons.303. Ad euidentiam præmittendum, n.*
5. Bal. & *Doctor. *in l. ab emptione. ff. de pact. & in l. quod non. ff.*
quir. poss. & in l.2. C. eod. & l. ex stipulatione, vbi Ial. *ff. eod.* † Decla
venditor cõpellitur implere contractum, & rem venditã tra
quatenus emptor soluat integrum pretium, non alias; quia
deficit denarius, qui non soluatur, vel non offeratur, vendit
plere non compellitur. Fulg. *cons.200. In quæstione, qua vertu*
lianus. § offerri. ff. de actio. empti. Abb. *cons.66. Duo ad claram, nu.*
cul. sicut enim, lib.1. † Et ideo ex vendito non efficitur domin
ptor, donec soluerit pretium, nisi de eo habita fuerit fides. R
cons.86. in princ. † Extende, vt procedat, si pretium sit conue
solui in terminis specificatis; quia etiam res tradenda cum
ctis terminis, & non ante, nisi expresse sit conuentum alite
gos. *dict. cons.200. per tot.* † Contrarium Ial. *in c. si cui legetur, num*
16. & sequen. ff. de leg.1. vbi, quod terminus anni ad soluendum
tium non currit, nisi post rem traditam, & dicit *communem
niſi dicat explicite, ab hodie, vt ibi *num.20.* † Declara, si vend
tor opponat de solutione pretii, alias non, vt in *l. vol. commun. ff.*
nion. fol.619. num.21. col.1. plenius *fol.641. tit. de actio. empt. numer.1.*

Declara

7 †Declara; quia præmissa procedunt de natura venditionis, sed si venditio esset facta de re aliena, & scienti rem esse alienam, non tenetur venditor tradere, si non potest, neque ad interesse, neque ad pretii restitutionem, neque ad cauendum, quia sciuit, & non fit dolus volenti, & scienti, plene Alex. *consil 69. Super eo, per tot. lib. 4.*

8 †Amplia; quia etiam is, qui promisit retrouendere, non obligatur ad traditionem ex contractu; quia solum tenetur ad merum factum retrouendendi, & ad interesse, plene Franc. Aret. *consil. 6. visso in princ.* † Declara; quia bene tenetur tradere, quando esset factum pactum de retrouendendo in testamento; quia latior fit interpretatio; item in casu *l. 2. C. de pact. inter empt. & vendit.* Franc. Aret. *d. consil. 6. num. 4. ver. sed tamen iis non obst. antibus*, vbi dicit communem, * & late examinat. † Limita, quando reuera venditor non potest tradere irreuocabiliter rem venditam, & emptor hoc sciebat; quia non potest compelli præcise tradere, sed solum tenetur ad interesse. Bald. *consil. 303. num. 4. vsque in fin.* vbi loquitur in eo, qui vendidit feudum antiquum sine consensu agnatorum; quia licet consenserit dominus feudi, non potest præiudicare agnatis; ideo non compellitur ad tradendum præcise, sed ad interesse, *lib. 5.* † Limita; in eo, qui promisit vendere; quia non tenetur rem tradere, Dec. *consil. 502. num. 8.* vbi apostill. dat concord.

10 †Limita; quia venditor non tenetur facere emptorem dominum res, licet teneatur ad interesse, & de euictione. Roman. *consil. 86. num. 6. ver. de natura autem.* † Restringe in emptore; quia bene tenetur facere pecuniam emptoris. Roman. *d. consil. 86. num. 6.* Vide, *Emptor, & venditor ad quæ præcise obligentur. Concluſ. 135.* Vide, *Implere debet actor contractum ex parte sua, alias non agit ex eo. Concluſ. 50.* Vide, *Pactum de retrouendendo, &c. Concluſ. 29.*

Venditio cum pacto de retrouendendo ad tempus lapso tempore dicitur libera. Concluſ. 56.

1 VENDITIO † dicitur libera, & libere facta, quando expirauit pactum ad tempus de retrouendendo, quod erat in venditionis principio. *C. de pact. inter emptor. & vendit. l. 2.* Bald. *consil. 3. n. 1. vide contrarium, lib. 3.* † Amplia; quia idem est in venditione, vel datione in dotem facta cum pacto, quod dans in dotem, vel vendens teneatur intra certum terminum redimere; quia nihilominus est libera; quia intelligitur, si emens voluerit; quia pactum est in fauorem emptoris, & in odium venditoris. Dyn. *consil. 1. per tot.* vbi est casus, maxime *in princ.* Vide, *Pactum de retrouendendo regulariter est licitum. Concl. 24. cum multis Concluſionibus ibi proxime seq.*

Vendere, seu retrouendere obligatus ex quibus possit rem retinere, vel non. Concluſ. 57.

1 OBLIGATVS † vendere, seu retrouendere rem emptam in certo termino pro dato, & facto suo, si acquirit iura, & hypothecam postea super eadem re, potest illam retinere, nisi sibi soluatur à volente redimere etiam creditum hypothecæ postea quæ-
2 sitæ. Bald. *consil. 167. Titius vendidit, per tot. lib. 1.* † Amplia; quia si fecit melioramenta vtilia post pactum, potest rem ipsam retinere, nisi sibi reficiantur melioramenta. Bald. *d. consil. 167. in fin. ver. ad*
3 *quæstionem de expensis. lib. 1.* † Amplia, vt procedat in pacto de vendendo, quando fuit promissa venditio iuris, quod quis habet, vel venditio rei pro iure, quod quis habet; quia tunc si superuenit nouum ius, tanquam noua persona potest retinere, & agere ex illo nouo iure. Bald. *d. consil. 167. circa med. ver. in contrarium, lib. 1.*

4 †Limita, nisi quis promisisset simpliciter retrouendere, seu vendere rem, quia tunc ius superueniens non impedit, quin teneatur; imo tale ius magis consolidat ius emptoris. Bald. *d. consil. 167. circa med. ver. interdum vendit, lib. 1.* Vide, *Retentio rei alienæ datur multis casibus. Concluſ. 307.*

Vendere obligatus magis vni, quam alteri, qualiter liberetur. Concluſ. 58.

1 OBLIGATVS † vendere rem suam Titio potius, quam alteri liberatur, si offerat se paratum vendere, & quod emptor soluat pretium intra duos menses, quibus elapsis vendere vult cuicunque; quia lapsis duobus mensibus liberatur, & potest cuicunque vendere. Grammat. *consil. ciuil. 19. in princ. & num. 5. per tot.*
2 vbi de communi. * † Amplia multis modis, de quibus *in ver. Pactum de retrouendendo quamdiu duret. Concluſ. 30. & Concluſ. ibi prox. seq.*

Vendere nemo compellitur, & quando secus. Concluſ. 59.

REGVLA † est, quod nemo compellitur emere, vel vendere, 1
l. nec emere. C. de iur. deliber. Angel. *consil. 351. Generosus miles, nu. 2. ver. in contrarium.* Fabian. de Mont. *in tract. de emptio. & venditio. in 3. q. princip. q. 19. num 38. & seq.* vbi ponit decem limitationes, quas vide, & hanc regulam firmat Boer. *decis. 322. in princ.* cum aliquibus limitationibus. Vide, *Emere & vendere nemo compellitur. Concluſ. 117.*
† Amplia; quia non compellitur quis vendere rem suam, neque in 2
totum, neque in parte etiam iusto pretio. Boer. *d. decis. 322. in princ.*
† Amplia; quia habens rem communem cum priuato non com- 3
pellitur vendere. Vide, *Communis res quando possit in totum ab vno alienari, vel locari. Concluſ. 542.* †Restringe; quia vendit rem commu- 4
nem in totum, & communicat medietatem pretii. Vide, *Fiscus habet multa priuilegia, & quæ. Concluſ. 383.* † Restringe in donante; quia 5
si donauit medietatem omnium bonorum suorum, adeo, quod omnia bona sint communia, poterit vnam rem communem libere vendere inuito donatario, dummodo aliam rem liberam tradat donatario in compensationem. Guid. Pap. *decis. 602.* † Amplia; 6
quia venditor non compellitur post venditionem vendere viam ei, qui non habet aditum ad rem emptam; quia sibi imputet, si sic emit; quod limita, & declara, vt infra *in ver. Vicinus non tenetur vendere viam vicino per fundum suum, & quando secus. Concluſ. 180.* Vide omnino Soc. *Reg. 2. Vendere rem suam nemo compellitur*, vbi ponit fallentias, seu limit. 58. quas videre poteris per teipsum. † Limita; 7
quia ex causa necessitatis potest Respublica, vel Princeps compellere aliquem ad vendendū rem suam, *l. venditor. §. si constat. ff. si seru. vendic.* Alex. *d. consil. 351. in princ.* † Extende, vt procedat, quod possint 8
subditi compelli ad vendendum, etiam viliori pretio ex causa necessitatis, vel publicæ vtilitatis. Ang. *d. consil. 351. in princ.* † Restrin- 9
ge; quia nō potest Respublica, neq; Princeps ex causa necessitatis, vel publicæ vtilitatis compellere ad vendendum viliori pretio receptum in ciuem cum conditione, & lege contractus, quod non compelleretur vendere, sed solum commoda sentiret ciuiū. Ang. *d. consil. 371. per tot.* vbi est casus. † Declara tamen; quia in omnibus 10
casibus, in quibus quis compellitur vendere, semper intelligitur præsenti pecunia, ita Fabia. de Mont. *d. tract. de emptio. in 3. q. princ. n. 40. ver. & notandū.* † Declara secundo; quia quando aliquis præ- 11
ferri debet in emptione, tunc intelligitur, vt præferatur in pretio, quod ab alio reperitur, non autem in pretio veri valoris, & sic minori. Fabia. de Mont. *d. tract. de empt. q. 3. princ. n. 42.* † Limita, quan- 12
do res est expositа venalis; quia tunc exponens compellitur vendere. Bart. *in l. non enim.* vbi gloss. *ff. de actio. rer. amot.* & pro hac facit alia Concluſio Ias. *d. l. rogasti, n. 2. ff. si cert. pet.* vbi, quod cōtractus innominatus, in quo datur pœnitentia, non potest reuocari, qñ interuenit in permutatione res expositа venalis, & dicit * omnes * hoc tenere. † Extende; quia meretrix, quia expositit artem suā ve- 13
nalem, compellitur se exhibere; ideo violentia in eam nō punitur. Clar. qui relatiue allegat *in praxi crim. §. fornicatio. n. 2. in fin.* † Simi- 14
liter caupones, & a'ii Albergatores, qui tenent insignia, & exposuerunt artem venalem, compelluntur. † Contrariū tenet Ias. *in l.* 15
rogasti. in princ. ff. si cert. pet. allegat Alber. *in d. l. nō enim. ff. de actio. rerum amot.* Cyn. & Bald. *in l. 1. C. de Episc. audien.* idem Ias. *in l. nec emere. C. de iur. deliber.* † Declara; quia si est expositа res venalis, constituto pre- 16
tio nō est locus pœnitentiæ, alias secus, ita Deci. declarat *in d. l. rogasti, in princ. ff. si cert. pet.* † Limita decem modis, de quibus Fabia. de 17
Mont. *d. tract. de emptio. & vendit. in 3. q. principali, q. 19. n. 38. cum seq.*
† Limita; quia fauore Reipublicæ quis cōpellitur vendere. Boer. 18
decis. 322. in princ. † Limita; quia fauore religionis quis compellitur 19
vendere. Boer. *decis. 322. in prin.* † Limita in cōductore volente ven- 20
dere fructus rei locatæ; quia si locator illos velit, præfertur cuicunq; emptori pro iusto pretio. Boer. *decis. 107. n. 2.* Ruin. *consil. 161.*
n. 30. lib. 1. † Extende; quia etiā in locatione præfertur primus con- 21
ductor, si ipse velit cōducere. Castr. *consil. 4. n. 6. lib. 1.* Afflict. *decis. 238.* vbi latissime. † Limita, qñ dominus sub conditione, prout fideicō- 22
missarius, fecit melioramenta excessiua, sed necessaria; quia si dominus adueniente conditione nō vult illa soluere; quia excessiua; cōpellitur recipere primā æstimationem rei ante melioramenta, & vendere. Vrsill. *in addit. ad Afflict. decis. 87. n. 6.* † Extende; quia in 23
diuisionibus rerū communium illa portio debet assignari illi, qui fecit melioramenta in parte rei. Vrsill. *d. decis. Afflict. 87. in fin.* allegat
Ruin. *consil. 131 lib. 1.* † Limita, qñ testator legaret cum onere, quod 24
legatarius vendat; quia licet teneatur vendere; tamen interim, donec vendat, est dominus. Ang. Aret. *consil. 23. In hac causa, n. 5. ver. & etiam per testatorem.* vbi, quod testator potest dare legem, quod teneatur vendere p tanto, vel iusto pretio, vel prout sibi videbitur.

25 Limita, † quando adesset consuetudo, quod piscatores teneantur vendere pisces, vel quid aliud simile, vel pactum, vel conuentio. Angel. Aret. *consil. 23. num. 4. & seq. ver. & licet piscatores.* Vide
☞ Conclusionem proxime sequentem.

Venditor prohibitus quando possit venire contra suam venditionem, quam fecit in casu prohibito, vel non. Concluſ. 60.

1 MARITVS, † qui prohibetur vendere bona dotalia vxoris, si illa vendat scienti esse talia, potest illa vendicare; quia sciens
2 non fit dolus. Alex. *conſ. 109. Viſo proceſſu. n. 2. lib. 4.* † Extende, vt procedat maxime, quando venditio esset nulla nõ fauore vendentis, sed fauore alterius; quia qui vendit ignoranti, licet promittat de euictione, potest adhuc rem venditam vendicare, licet de euictione teneatur, quando ignoranti vendidit, veluti si quis vendit personam liberam, tanquam quod sit seruus; quia prohibetur persona libera vendi propter se; sic in fundo dotali prohibetur vendi fauore vxoris; si ista venduntur ignoranti, potest adhuc vendicare, sed tenetur de euictione, vt supra, Alex. *d. conſ. 109. n. 2. & seq.* maxime *n. 4.* vbi apost. *in ver. regula.* dat concord. *lib. 4.* vbi dicit ma-
* gis * communem, quod istis casibus non habet locum *l. vendicantem. ff. de euictio.* sequitur Dec. *conſ. 184. n. 7.* plenius *conſ. 445. In caſu ad me. n. 56.* vbi late loquitur in feudo alienato, & *deciſio Pedemont.*
3 *Oſaſcb. 180. per tot. & 181. n. 16.* † Idem in fideicommisso prohibito
4 alienari propter alios, vt per Grammat. *deciſ. 93.* † Extende in feudo alienato sine cõsensu domini emptori ignoranti, vt possit vendens illud vendicare, licet teneatur de euictione promissa, com-
* munem * dicit Alex. *d. conſ. 109. n. 5. ver. pro prædicta opinione. lib. 4.* vbi allegat Iser. *in c. Imperialem. de prohib. feud. alienatio. per Feder.* attestan-
* 5 tem de * communi. Dec. & alii supra in extensione citati. † Contrarium tenet Io. de Imol. *in c. cum contingat, de iureiur. & in l. cum vir. ff. de vſucapio.* quod imo maritus, qñ vendidit rem dotalem ignoranti, non obligetur de euictione, neq; ad pœnam; quia cum lex permittat vendentem rem prohibitam fauore alterius posse vendicare, debet intelligi sine pœna, alias per indirectũ, si tenetur, non
6 poterit vendicare. † Declarat Alex. *d. conſ. 109. n. 2. & seq. per tot. lib. 4.* maxime *num. 3. ver. nec ad hoc obſtat. cum seq.* quod non procedit, quando emptor ignorauit, ex quo remaneret deceptus, & vendens, qui scit, ex dolo suo commodum reportaret, maxime, quando se obligauit ad interesse; quia etiam forte si sciret emptor, teneretur, quando expresse se obligauit, & plenius Alex. *conſ. 14. Viſo proceſſu. n. 4. & seq. lib. 4.* vbi, quod dolus vendentis, qui tacuit, præponderat culpæ ementis, qui non fecit diligentiam; ideo tenetur.
7 Declarat † alio modo; quia illa vendicatio, quam potest facere maritus, cum sit de re ad fauorem alterius, non ad fauorem alienan-
* tis, secundum * communem; ideo ex quo non est habiturus regressum vendens in eo, quod patitur ex sua obligatione contra vxorem, vel illum, cuius fauore est prohibita alienatio, non mirum, si obligatur; secus esset in fideiussore, qui esset habiturus regressum contra mulierem; quia sicuti non valet alienatio; ita neque fideiussio. Alex. *d. conſil. 109 n. 6. & seq. ver. quinimo fortius. lib. 4.* maxime
* 8 *n. 8. & seq.* vbi dicit * communem. † Si vero venditio est facta scienti rem esse dotalem, vel feudalem, & est facta in terminis iuris cõmunis, non tenetur ad aliquid venditor. Alex. *conſil. 69. n. 4. & seq. lib. 4.* sed si expresse venditor se obligauit ad damna de euictione, & ad pœnam, bene tenetur. Alex. *d. conſ. 109. n. 6. ver. quinimo. lib. 4.*
9 † Restringe, qñ maritus alienasset cũ iuramento, & tanquam bona libera ignoranti; quia propter iuramentũ repelli tur, sed etiam obtenta absolutione tenetur de euictione quanti pluris, secun-
* dum magis * communem, de qua Alex. *d. conſ. 109. n. 2. lib. 4.* Vide
☞ plenius, *Alienatio nulla non obſtat alienanti, & quando secus. Concl. 267.*

Venditio quando censeatur vna, vel plures, ita vt vitium partis reſoluat totam venditionem, vel partem. Concluſ. 61.

1 VENDENS † plura animalia, vel plura corpora etiam vno pretio, si vnum est morbosum, nõ rescinditur venditio in totum, sed
☞ pro parte. Signor. Homod. *conſ. 53. Super prima quæſtione, in princ.* Vi-
2 de, *Indiuidua quæ esse dicantur, & quæ non. Concl. 102.* † Contrarium dicit Rom. *conſ. 396. In caſu propoſitæ conſultationis. in princ. ver. ſecundo ad hoc.* vbi allegat text. *l. cum eiusdem, cum l. ſeq. ff. de ædilit. edicto.* vbi po-
3 nit plura exempla similia. † Declara, vt procedat contrariũ, quando emptor vnum sine altero non emisset. Signor. *d. conſ. 53. in princ.* Imol. *conſ. 39. per tot.* Rom. *conſ. 396. In caſu propoſitæ. in princ.* alias se-
4 cus. † Intellige tamen; quia ad hoc, vt comperat redhibitoria, quatuor debet probare emptor: primo, quod animal morbosum sit de comprehensis in contractu: secundo, quod sit morbosum: tertio, quod morbus sit latens: quarto, quod talis morbus esset ex venditionem. Signor. *d. conſ. 53. n. 3. ver. circa tertiam.* Vide, *Exhibitoria. Concl. 112.* Vide, *Morboſum animal vendens quando teneatur non. Concl. 384.* Restringe; † quia si emptor post intentatam redhibitoriã vendidisset simpliciter animalia morbosa, censeretur nunciasse iudicio redhibitionis. Sign. Homod. *d. conſ. 53. n. 2. in ſecunda quæſtione.* † Amplia; quia vendens plura bona etiam eodem instrumento ad rationem tot pro bubulca dicitur facere venditiones, quot sunt bubulcæ, & pretia; & idem, quando plures quæ habent de se pretia distincta; quia si est læsus in vna re non compensatio in alia, & non implementum in vna re non impedit agi ex alia, late Surd. *conſ. 101. n. 38. vſque in fin lib. 1.* vbi idem in tentia, quod tot sunt sententiæ, quot sunt capitula separata. Vide *Contractus. Concl. 1004.* † Extende; quia vendens, vel concedens emphyteusim plura bona, quæ liberare promisit cento prima alia sunt Ecclesiæ, quæ liberari nõ possunt, conductor, vel emptor potest recedere à toto contractu propter partem, quamvis pretio omnia sunt concessa; quia vnicus contractus. Io. de Imol. *conſ. 39.* † Extende, vt idem sit, quando venditio fit per instrumentum hastã instante creditore; quia si plura bona venduntur vno tio, & non separatim, offerens non tenetur, si omnia bona debitoris; quia censetur vnica venditio vnico pretio, a quo tur, si bona non sunt omnia libera, & cadant in venditione *Offerens, &c. Concl. 81.* in prima restrictione. † Extende, quia vendat rem; quæ euincitur pro parte, potest emptor recedere to; quia non accepisset partem. Rom. *conſ. 396. In caſu, in pri.* quod potest agere, vel vt totum habeat; quia aliter partem misset, vel quanti sua interfit, illam partem euictam non † Declara; quia prædicta procedunt, quando quis venditor munem ignoranti, non expressa qualitate communionis emptor agit, vel vt rescindat totum, vel vt consequantur quanti minoris emisset partẽ; si vero vendidit expressa quod res sit communis cum alio, vel etiam non expressa qui prædicta, quando emptor hoc sciebat; quia censetur tunc solum ius, quod habet, nõ potest emptor agere ad interes ab emptione resilire, ita Rom. *d. conſ. 399. n. 2. ver. in tamen* de, vt procedat, quod euicta parte rei communis vendentis agat de euictione, & ad interesse, etiam si tam venditor sciuerint rem venditam cõmunem, si modo pretium est solutum; quia emptor nõ compellitur soluere partem euictæ, vel cõmunis. Rom. *d. conſ. 396. col. 2. in fin. ver. ſequitur brum secundum.* † Extẽde; quia semper, quod vendens scit rem ditam esse communem cum alio, vel nõ suam in totum, & ignoranti simpliciter, potest emptor agere, quanti sua interest potest recedere à tota venditione, & in hoc potest officium implorare. Rom. *d. conſ. 396. n. 3. ver. aut venditor ſcien.* Restringe tur, † quando venditio rei communis venditur cum expres qualitatis, quod sit cõmunis, vel etiam si nõ fiat expressio, emptor scit, vel scire præsumitur, puta quia consanguineus toris, ita Rom. *d. conſ. 396. n. 2. ver. in autem.* † Declara restrictio nisi ex quantitate pretii aliter esset dicendum, puta quia esset tiũ conueniens ad totã rem, vel ad partem; quia multum attendit pretiũ ad interpretationem contractus, an sit locatio, vel ditio. Rom. *d. conſ. 396. n. 2. circa fin. ver. quod maxime verum est. Pretium attenditur pro declaratione contractus in dubio. Concl. 488.* stringe, † quando emptor totius rei, quam sciebat esse cõmu venditori soluit totũ pretium; quia non agit ad interesse pro communi; imo neq; repetit pretium solutum, nisi sibi promit in contractu. Rom. *d. conſ. 396. n. 3. ver. quoad ſecundum.* † Idem quando vendens totã rem credebat totã suam, sed tamen em sciebat rem cõmunem, vel partem esse alterius; quia etiã ibi nõ agit emptor de euictione, neq; ad interesse, neq; repetit totius pretii soluti; quia scientia emptoris attenditur. Rom. *ſil. 396. n. 3. ver. aut venditor ignorans.* † Declara totã istam ma quia si emptor sciens vendit rem cõmunem cum alio tacita tate cõmunionis emptori pariter scienti, licet diuersæ sint tionis; quia vendens partem vendidisse dicit saltem, emptor totã rem emisse dicat, statur intentioni venditoris isto casu etiã si discordent; quia venditor p viginti, emptor p 40. cre vendidisse, statur intentioni venditoris hoc casu; quia verge bat. Rom. *d. conſ. 396. in fin. ver. ſed aduertendũ. n. 4.* Vide plenius, *& intentio contrahentium discordantium qualiter attendatur. Concl.* Limita, † quando vnũ corpus est accessorium ad aliud; quia vno deficiente cõpetit redhibitoria pro omnibus. Sign. Homo *d. conſ. 53.* vbi in princ. dicit hanc veram. Vide, *Contractus ali quam loquatur contractus quando dici possit, vel non. Concl. 1003.* Vi *Contractus quando vnus, vel plures dicantur. Concluſ. 1004.*

Vendi-

Venditio non comprehendit multa, & quando ſecus, & qualiter interpretanda, etiam ſi venditor aliqua reſeruauerit. Concluſ. 62.

VENDITIO † dubia debet interpretari ſecundum verba, ita vt non fiat extenſio vltra verba; quia omiſſum habetur pro omiſſo, & verba dubia debent contra emptorem interpretari. Soc. *conſil.47. In primo præſentis conſultationis, in princ. lib.1.* † Amplia; quia venditio certorum bonorum diuiſorum non extenditur ad indiuiſa etiam ex clauſulis generalibus ſubſequentibus; quia debent reſtringi ad ſpecificata; quia inclusio vnius eſt excluſio alterius, & verbis ſtandum eſt, vt ad quid, & qualiter, & ad quantum obligato extendi debeat. Socin. *d. conſ. 47. per tot.* vbi eſt caſus, *lib.1.* † Amplia; quia vendens fundum nõ cenſetur vendere iuriſdictionem, quam habet in fundo ratione perſonæ. Deci. *conſil.483. n.10. & ſeq.* neque ius pedagii. Roland. *conſil.10. n.34. lib.3.* vbi loquitur, etiamſi ſit dictum cum pertinentiis. † Extende; quia vendita hæreditate non cenſetur venditum debitum, quod habet venditor cum hæreditate; quia perſona loquentis non comprehenditur. Vide, *Sermoneralis non comprehendit perſonam loquentis, & quando ſecus. Concluſ.217.* † Extende; quia vendito caſtro non veniunt molendina Caſtri. Ceph. *conſil.144. Circa primum. num.9. & ſeq.* vbi ponit plura exempla, quod vendito caſtro non veniunt molendina, vendito fundo non venit ſepulchrum habens aditum ſeparatum à fundo, licet ſit contiguum, vendito caſtro nõ veniunt bona particularia, quæ ſunt poſſeſſiones. Roland. à Vall. *conſil.10. n.32. & ſeq. lib.3.* † Extende; quia vendens fundum cum iuribus, & pertinentiis cenſetur ſolum vendere iura, quæ ſunt de natura rei venditæ. Roland. à Vall. *d. conſil.10. n.33. lib.3.* Contrarium, † quod vendita poſſeſſione veniant prædia ſeparata, quæ ſub eadem poſſeſſione ſunt deſtinata; item vendita domo, veniat hortus domui deſtinatus; item appellatione fundi veniant prata deſtinata fundo, & vendita vinea veniant quatuor iugera terræ ſeruientia vineæ, plene Ceph. *d. conſil.144. n.15. & ſeq. lib.1.* vbi, quod iſtud eſt regulare, quando ſunt implicata, & deſtinata rei principali, quæ venditur. Vide, *Deſignata facta per patremfamilias quid operetur. Concl.227.* † Item vendito tornaturarum 33. cum iuribus, &c. cõtinet petiolam trium tornaturarum contiguam, licet ſit empta per venditorem ſeparatim, & adſit foſſa tellum intermedium, & alio vocabulo nuncupetur, quando implet numerũ tornaturarum; quia in dubio contra venditorem. Ioan. de Anan. *conſil.98. per tot.* vbi Bologn. in apoſtill. † Item in beneficio Principis; quia conceſſo caſtro cum pertinentiis veniunt molendina, quæ ſunt concedentis, acceſſoria ad caſtrum. Roland. *d. conſil.10. n.35. & ſeq. lib.3.* Vide plenius, *Caſtro vendito cum pertinentiis. Concluſ.122. cum Concluſ. ibi, Caſtro donato. Concluſ.124.* † Item vendens omnia blada non deducit ſemina, quæ deduceret propter dictionẽ vniuerſalem. Roland. à Vall. *conſ.96. in fin. lib.1.* † Limita; quia vendito fundo veniunt foſſata; & ideo ſi fiat venditio ad menſuram, etiam foſſata ſunt numeranda. Alex. *conſil.120. Omiſſis argumentis, in princ. lib.2.* vbi apoſtill. *in ver. foſſata.* in dat concord. † Extende; quia veniunt aggeres, vulgo appellantur Litargini. Alex. *conſil.120. in princ. lib.2.* † Extende in ripa; quia debet menſurari, etiam ſi ſint ripæ fluminum publicorum, quando in eis conſiſtit vtilitas. Alex. *d. conſil.120. in princ. lib.2.* † Declara in littore maris; quia litus eſt publicum, & in eo non acquiritur ius ex contractu, *l. ripam. in fin. ff. de rer. diuiſ.* Alex. *d. conſil.120. in princ. lib.2.* vbi, quod licet ripa fluminis publici ſit publica, intelligitur quoad aliqua, videlicet vt naues ligentur ad ripas, & ad arbores ſiccentur retia, & ſimilia, quæ neceſſitas nauigantium, & piſcandum requirit, quoad reliquas vtilitates ſunt dominorum habentium prædia contigua; quia flumen non trahit ad ſe ripam, niſi quoad neceſſaria. † Extende; quia venit etiam ripa, licet via ſit intermedia; quia ſi eſt in forma agri, quæ arari poteſt, venit in venditione, & menſura, quatenus vtilitas percipi poſſit. Alex. *d. conſil.120. num.3. ver. hoc etiam magis. lib.2.* † Extende; quia venit berle-ta, quod eſt terrenum nouale dimiſſum à flumine, in quo ſunt natæ arbores, & paſcuntur animalia; quia poſſunt reduci ad culturam, & iſta veniunt in venditione, & menſuratione. Alex. *d. conſil.120. in princ. & per tot. lib.2.* vbi eſt caſus conſilii. † Extende limitationem, vt procedat, quod in venditione facta de petia terræ tornaturarum 40. vel circa veniant foſſata ripæ, & alia menſuranda, ſi venditio eſt ad menſuram, etiã quod longe augeretur quantitas, licet dictio, *in circa*, modicitatem importet, quando adeſt pactum, quod ſi plus erit, augeatur pretium, ſi minor quantitas, minuatur. Alex. *d. conſil.120. per tot.* maxime *num.8. ver. nec obſtat, ſi dicetur. lib.2.* Extende, † etiam ſi venditio ſit facta de petia terræ aratoriæ arboratæ, & vidatæ; quia licet facta ſit pro tornaturis 40. vel circa, quæ importat modicã quantitatẽ; tamen ſtante pacto, q; ſi erit plus, augeatur pretiũ, ſi minus, minuatur; quia adhuc veniunt berletæ, ripæ, & foſſata, quæ debent menſurari, etiam ſi non ſint aratoriæ, arboratæ, & vidatæ; quia cum inceperit à petia terræ, licet dicat qualitates aratorias, &c. continetur etiam non aratoria arborata, neq; vidata; quia ſufficit, quod ſit pars talis, vt diſpoſitio verificetur, dat exemplum, quando incipitur à corpore, vel menſura. Alex. *conſil.120. col. fin. ver. item non obſtat. vſque in fin. lib.2.* † Contrarium tenet Bart. *in tract. Tiberiad. in 10. col.* vt refert eum Alex. *d. conſil.120. n.4. ver. nec prædictis obſtat.* quia ripæ non venduntur, & magis accedunt prædio; & idem dicit de foſſatis, quæ ſunt inter viam, & prædium; quia ſicuti via eſt publica quoad vſum; ſed tamen prædio accedit; ita etiam foſſata ſecus viam, licet accedant prædiis contiguis; tamen accedunt ipſis prædiis, & eorum vſus eſt communis. Alex. *d. conſil.120. num.4. & 5. lib.2.* † Declarat Alex. *d. conſil.120. num.5. & 6. ver. nam reſpondeo. lib.2.* quod contrarium de Bartoli opinione procedit, quando de ripis, vel foſſatis in contractu fit mentio excluſiua, vel ſaltem non includuntur; ſecus ſi includuntur, prout quia terminus eſt flumen, vel in foſſatis terminus eſt via; quia neceſſario fit inclusio. † Limita; quia vendens clauſum ad vſum ſtabuli, cum clauſula, quod omne ſit venditum, quod eſt intra confines, cenſetur vendere totam domũ intra confines, etiam ſi appellatione cluſi veniat ſolum locus ſubterraneus; quia in dubio contra venditorem; & quia confinia expreſſa includunt. Roman. plene *conſil.5. Viſo puncto, per tot.* ſequitur Pariſ. *conſil.64. num.36. ver. & talis clauſula. lib.1.* † Limita; quia vendens domum cum iuribus omnibus, quæ habet domus ſub ſe, ſupra ſe, & intra ſe, veniunt caldariæ, & omnia in domo exiſtentia affixa. Alex. *conſil.134. In cauſa & lite. num.13. & 14. ver. quod autem. lib.2.* allegat gloſſ. *in l. dolia. ff. de contrahen. emptio. & l. granaria. ff. de actio. empti.* † Limita; quia in dubio verba venditionis interpretari debent contra venditorem informatum. Ioan. de Anan. *conſil.98. in fin.* plene Roman. *conſil.5. Viſo puncto. num.2.* & plenius *conſil.251. num.5.* vbi apoſtill. *in ver. deterius.* dat plures concord. Vide infra, *Verba dubia contra proferentem ſunt interpretanda, & quando ſecus. Concluſ.106.* † Limita in caſu contrario; quia ſi quis vendat bona cum fructibus reſeruato iure colonorũ, nihil reſeruatum cenſetur pro venditore. Bald. *d. conſil.284. per tot. lib.4.* † Item; quia reſeruatio iuris colonorum non inducit reſeruationem pro venditore, ſi non eſt dictum. Bald. *d. conſil.284. per tot. lib.4.* † Declara tamen; quia vbicunque aliquid eſt dictum in principio, medio, vel fine contractus, illud cenſetur repetitum in omni parte, nec ab eo cenſetur receſſum, niſi ſequeretur aliquod inconueniens. Bald. *d. conſil.284. circa med. ver. modo reſtat. lib.4.* † Declara; quia ſi quis vendat fundum, per quem tranſit canale cõducens aquam reſeruato ſibi canali prædicto, cenſetur venditor remanſiſſe dominus canalis, ita q; nõ iure ſeruitutis, ſed dominii iure ſaltem vtilis canale remanet venditoris, de quo poteſt diſponere; ſecus eſſet, ſi iure ſeruituris eſſet facta reſeruatio. Bald. *conſil.390. Factum tale eſt, quidam. lib.4.*

Vendens rem duobus qua pœna puniatur. Concluſ. 63.

VENDENS † rem duobus punitur pœna falſi, & eſt ſpeciale in venditione, & emptione, ac in pignore propter frequentiam ſimilium contractuum; ſecus in aliis contractibus; quia habet locum pœna ſtellionatus. Bald. *conſil.15. Ad euidentiam. lib.1.* Clar. *in §. falſum. n.37. ver. vendens.* Ang. Aret. *conſ.23. In hac cauſa. n.10. ver. ex quo ſequitur.* allegat *l. qui duobus. ff. de falſ.* † Extende, vt procedat etiã in venditione rerum mobiliũ, prout de piſcibus loquitur Angel. Aret. *d. conſil.23. In hac cauſa. n.10. ver. ex quo ſequitur.* † Reſtringe, quando quis venderet rem duobus aliter, quam ex cõtractu venditionis; quia ſolum pœna extraordinaria punitur. *l. ſi duobus. ff. de falſ.* ſed Clar. *in §. falſum. num.37.* dicit de conſuetudine non ſeruari, quod pœna falſi puniantur. Corradin. *§.3. tit. de falſariis. num.22. fol.396.* Limita, † quando quis venderet ſecundo emptori informato de prima venditione alteri facta, & poſtea primus conſentiret; quia nulla committitur pœna, etiam ſtante ſtatuto, prout eſt Placentiæ, quod vendens eandem rem duobus incidat in certam pœnam. Bald. *conſil.240. Præſuppoſito ſtatuto. lib.2.* † Limita, quando emptor primus non ſoluit, neque detulit pretium venditori: quia tunc poteſt impune vendere, & tradere rem venditam ſecundo emptori, qui præferri debet primo. Alex. *conſ.86. Ponderatis. in princ. lib.6.* † Et ſtante ſtatuto, quod vendens rem duobus teneatur ad duplum pretii ei, cui res vendita non fuit tradita, debet intelligi de traditione non facta mora: quia requiſitus, alias non. Alex. *conſil.109. Viſo proceſſu, in fin. ver. præterea. lib.5.* allegat text. not. *in l. ſi duo. §. hæc autem verba. ff. de conſtit. pecun.*

Vendens

Vendens rem duobus præfertur emptor, cui res est prius tradita, & quando secus. Conclus. 64.

1 VENDITIO † si fiat de eadem re duobus diuerso tempore, præferturis, cui primo res est tradita, etiã per constitutũ precarii, quando agitur possessorio, etiam si primus prætendat, seu habeat meliora iura in petitorio. Bald. *cons.* 414. *Factum tale est. lib.* 2. Angel. *cons.* 167. *Viso libello. in fin. ver. secundo si dubitatur. & cons.* 387. *in princ.*

2 Alex. *consil.* 92. *Viso. n.* 10. *ver. fortifica lib.* 5. † Declara tamen; quia si ambo reperiuntur in possessione, nec cõstat, quis primo habuerit possessionẽ facti, præsumitur, quod ille, qui primo habuit venditionem, ita quod transferatur onus probandi in aliũ. Alex. *cons.* 92.

3 *n* 12. *& cons.* 109. *Viso processu. n.* 6. *lib.* 5. † Amplia etiam in terminis iuris communis circa petitorium; quia secundus emptor; cui res vendita fuit tradita, præfertur primo emptori, cui res vendita non fuit tradita, neque obligata. Bald. *cons.* 414. *circa fin. lib.* 2. *& cons.* 36. *ver. item est prænuntendum, circa med. lib.* 1. quod duplicatur *lib.* 5. *consil.* 455. vbi reddit rationem; quia res vendita per traditionem fit emptoris, ante non; quia habet solam actionem personaliter, & i-

4 dem tenet Angel. *d. consil.* 167. *in fin.* † Ratio est; quia venditio simplex obligat solam personã vendentis, traditio vero transfert dominiũ; non igitur mirum, si habens traditionem præferatur in re; secus si primus emptor acquisiuisset ius in re; quia traditio facta secundo nihil operaretur in præiudiciũ primi, & in omni casu is, qui vendit duobus, obligatur ad interesse, & potest puniri pœna falsi. Abb. *consil.* 91. *Quoad primum. col. penul. in princ. n.* 7. *ver. non obstat*

5 *secundum. lib.* 1. † Amplia etiam in venditione feudi valida; quia præfertur emptor, cui feudũ primo fuit traditum. Bald. *cons.* 303. *Ad evidentiã præmittendum. in fin. lib.* 5. & multo magis in concessione feudi per inuestituram. gloss. *in c.* 1. *§. si facta, si de feudo defun. fuerit*

* *controuer.* quam communiter * approbari dicit Iacob. de S. Georg. *in sua inuestitura. in ver. inuestiui talem. nu.* 4. quem sequitur Clar. *d. §.*

* 6 *feudum. q.* 26. *n.* 2. vbi attestatur * communem. † Contrarium infra

7 in prima limitatione. † Declara; quia vera est ampliatio, sed tamen dominus tenetur primo inuestito ad interesse, ita Clar. *in §. feudum.*

* 8 *quæst.* 26. *n.* 2. *ver. quæro nunc.* vbi dicit * communem. Amplia; † quia possessio dicitur primo tradita illi, qui habet primo constitutum, quando constaret, quod tempore constituti venditor possidebat,

☞ alias secus. Ang. *cons.* 167. *in fin. & cons.* 387. *in princ.* Vide, *Constitutum in contractu habili transfert dominium, & possessionem. Conclus.* 785.

9 † Restringe, vt non procedat, quando procurator habens mandatum sufficiens primo vendidit, & constituit se nomine emptoris possidere, & deinde dominus vendidit, & tradidit possessionem secundo emptori; quia secundus emptor, cui facta est vera traditio, præfertur, ex quo dominus nunquam potuit habuisse in animo possidere nomine primi emptoris, pro quo procurator constituit dominum possidere; secus si dominus habuisset in animo ante traditionem secundo factam. Angel. pulchre *consil.* 387. *Sempronius olim. per tot. & consil.* 388. † Amplia maxime, quando tempore primæ venditionis vendens nullum habebat ius in re vendita;

10 quia si postea superuenit ius, iuuat secundũ emptorem, cui res fuit tradita, ita Marsil. *singul.* 182. *num.* 7. *ver. vnum tamen non omitto.* Am-

11 pliæ; † quia procedit regula, quod secundus emptor, cui primo res fuit tradita, præferatur, etiam si venditio prima fuerit facta socio habenti rem cõmunem cum venditore; quia nõ ex eo, quod possidet pro indiuiso, dicitur habere possessionẽ partis socii vendentis, sed requiritur traditio, prout in aliis rebus, alias vnusquisq; possidet pro indiuiso ratam suam, nõ ratam socii, & regula illa, q; mihi est cõmune dicitur meum, procedit quoad ratam meam, ita Alex.

12 *consil.* 86. *Ponderatis. n.* 7. *& seq. in fin. lib.* 6. *ver. non potest dici.* † Limita; quia non habet locum in concessione feudi; quia primus inuestitus semper præfertur, licet secundo inuestito res fuerit tradita. Rom. *consil.* 70. *Visis themate. n.* 3. *ver. tertio istam sententiam.* vbi apost.

13 citat Marsil. *singul.* 82. *Volo tibi. in* 1. *limitat.* † Limita in contractu rei Ecclesiasticæ; quia Ecclesia non admittit illusiones. Rom. *d. consil.* 70. *n.* 3. *ver. vel secundo.* vide plures concord. per apostill. ad Rom. *consil.* 298. *in ver. persona.* & hæc fuit opinio Hostien. *in cap. continebatur, de iis, quæ fiunt à Prælat.* Vide, *Data in concursu eadem pluribus concessa quis præferatur. Concl.* 21. † Extende, vt idem sit, quando persona

14 Ecclesiastica vendit, per easdem rationes, Marsil. *d. singul.* 82. *n.* 3.

15 *ver. secundo limit.* 1. Alex. *consil.* 83. *lib.* 7. † Contra limitationem, & ex-

* tensionem est communis * opinio, vt per apostill. ad Rom. *d. consil.* 70. *n.* 3. *in ver. Ecclesiastica.* & plenius apostill. *in consil. Roman.* 298. *Circa præmissam, in ver. persona.* vbi citat plures pro vtraque, & tan-

* dem dicit limitationem communiter * damnari, & Alex. *cons.* 122.

* *Viso processu. n.* 5. *lib.* 5. vbi dicit magis * communem, & ibi apostill. *in ver. Hostien.* dat concord. pro vtraque, & dicit hanc veriorem. Limita † in spiritualibus, in quibus possessio non est necessaria, & statim ius acquiritur ex concessione, ita apostill. ad Rom. *in ver. persona. in fin.* vbi plures citat, & eodem modo solute fi-

mũ valet, licet secundus maritus habuerit possessionem, vel quasi mulieris. Marsil. *sing.* 182. *n.* 6. *ver. sexto limita.* † Contrarium, imo etiam in beneficialibus procedat regula, videtur esse in *pastoralis. de iure patron.* vbi si patronus præsentet primo vicarium ecclesiam vacantem, & Episcopus sine causa legitima differat instituere, si patronus præsentet alium, & iste secundus ab Episcopo instituatur, præfertur primo præsentato. Abb. *cons.* 91. *n.* 6. *ver. non*

fortissime. lib. 1. † Declarat Abb. *d. consil.* 91. *col. pen. n.* 7. *ver. ad ea, quæ*

ralis. lib. 1. vt istud procedat; quia patrono licet variare; ideo prout Episcopus, quem velit, instituere, licet si primum diffidet sine causa, teneatur ad interesse. † Limita, quando adesset confessio in venditione, Marsil. *d. singul.* 182. *n.* 4. *in* 3. *limitatione.* Extende, iam si possessio facti fuisset prius tradita alteri non habenti constitutum; quia præferri debet is, qui habet cõstitutum. Alex. *Viso. n.* 11. *ver. & probatur etiam. lib.* 5. † Limita, quando primo venditio esset facta personæ priuilegiatæ (prout Ecclesiæ) quia tunc

postea alteri venditio cum traditione, præfertur Ecclesiæ. Marsil. *d. singul.* 182. *n.* 5. *ver. quarto limita.* † Extende, vt idem sit, quando esset facta prima venditio pauperibus Christi. Marsil. *d. sing.* 182. *n.* 5. *ver. sexto limita.* † Limita, quando primo emptori esset constitutum in re vendita; quia licet primo tradatur secundo, præfertur primus; quia *l. quoties. C. de rei vendicat.* procedit, quando primus habet obligatam solam personam vendentis, iure communi; quia tunc traditio transfert dominium, si non est mirum, si habens dominium præferatur in ipsa re, ita Alex. *d. consil.* 91. *n.* 7. *col. penul. in princ. ver. non obstat secundum. lib.* 1. † Limita, quando primus habet obligatam solam personam vendentis, iure communi; quia tunc traditio transfert dominium, si non est mirum, si habens dominium præferatur in ipsa re, ita Alex. *d. consil.* 91. *n.* 7. *col. penul. in princ. ver. non obstat secundum. lib.* 1. † Declara, quando primus non soluerat pretium, neq; obligatus fuerit soluere; quia tunc dominus alteri impune potest vendere. Alterius, cui primo fuit tradita possessio, præfertur, secus si primus emisset pretium, vel paratus fuisset soluere. Alex. *consil.* 91. *n.* 6. *in princ. lib.* 6. vbi plena apostill. *in ver. nisi.* quæ ita declarat † Limita, quando habita fuisset fides de pretio. Alex. *d. consil.* 91. *n.* 6. *in fin. ver. nec obstat. lib.* 6. Limita, † quando duo habuerunt titulos emptionis ab eodem diuersis temporibus, & ambo reperiuntur in possessione; quia præsumitur primus emptor prius possessionem habuisse in dubio. Alex. *consil.* 92. *Viso. n.* 12. *ver. quinimo. lib.* 5. vbi *in ver. dubio.* citat concord. & Alex. *consil.* 109. *Viso processu. num. eod. lib.* 5. † Limita, quando obligatio personalis est coherens facto personali, prout in colono partiario, qui tenetur ad onera personales; quia semper primus præfertur, licet habeat solum personalem. Batt. *in l. in operis. ff. locati.* qui dicit esse singulare, & ibi apostill. *in ver. hoc est singulare.* dat concord. sequitur Alex. *cons. Viso processu. num.* 7. *ver. nec obstat etiam. lib.* 5. Vide, *Donatarius præfertur secundo, & quando secus. Conclus.* 699. Vide, *Emptor primus præfertur secundo. Concl.* 144. Vide Anton. Gabriel. *lib.* 3. *tit. de & vendit. Concl.* 2. *In venditione ille est præferendus.*

Venditio per testes probatur, & quando secus. Conclus. 65.

VENDITIO † probatur perfecta, si testes deponunt venisse talem rem Titio pro tanto pretio, & quod res vendita fuerit dita emptori; quia tunc dicitur perfecta, & translatũ dominium; quia substantia venditionis est consensus; item certũ pretium; item traditio. Roman. *consil.* 91. *Visis, ac percunctatis. n.* vbi, quod probans ista debet absolui; sed an etiã debeat dominus, licet non petierit, dicit esse opiniones controuersas; vero testes probant solũ de venditione, & traditione rei, de solutione pretii, ex quo non præsumitur solutũ, nisi pro iudex condemnabit emptorem ad soluendum pretium. R. *d. consil* 91. *n.* 2. *in fin. ver. aut per dictum reum.* † Si emptoris testes nihil probant de emptione, venditor reus absolui debet. Rom. *d. consil.* 91. *n.* 3. *ver. aut nihil horum.* † Si emptor probauit omnia sita, & petiit declarari se dominum, iudex, prout in reali, debet dominum rei. Rom. *d. consil.* 91. *n.* 3. *in fin. ver. per agentem.* † Amplia quia probatio præsumptiua per testes concludit, & probat rem tionem, quod declara, vt per Rom. *d. consil.* 91. *n.* 4. *& seq. ver. videndum.* † Extende; quia licet testes non probent certũ pretium, quod est de substantia venditionis; tamen sufficit, quod probent pretium non certum; quia iudex illud declarabit. Rom. *d. cons.*

num.7.ver.tertio videndum. vbi apostill. *in ver.probatam.* citat aliquos 7 concord. Contrarium, † & melius tenet idem Rom. *cons.*30. *Viso casu.num.3.ver.sunt enim singulares.* vbi apostill. *in ver.quantitate.* quod pretium est de substantia, & testes non deponentes super substantialibus non probant, & hanc communem * dicit apost. ad Rom. 8 *d.consil.91. in ver.probatam.n.7.* † Declarat tamen eadem apostill. ad *d.cons.Roman.91. in ver.probatam.* quod bene testes non deponentes de pretio probarent venditionem, & sic titulum ad effectum præscriptionis cõtra tertium, si emptor molestaretur à tertio, & præscripsisset. Declarat † Alex. *consil.*180. *In causa & lite. & seq. ver.præterea cum res, & pretium.lib.6.* quia si testes nihil deponant de pretio 9 fierem conuento, non probant venditionem; quia substantia venditionis est pretium. † Amplia; quia emptio, & venditio probatur ex libris gabellæ. vide pro, & contra late per Mascard. *conclus.*610. 10 *Emptio & venditio an probetur.* † Limita; quia testes nõ probant venditionem, nisi deponant de re vendita certa cum duabus demonstrationibus, seu confinibus, & de pretio; quia ista sunt de substantia venditionis. Alex. *consil.*39. *Vertitur lu.n.6. & seq. ver.nam de substantia.lib.5. & cons.*180. *In causa & lite.n.7. ver.nam de substantia emptionis.lib.6.* Vide supra, *Venditio ex quibus dicatur perfecta, & valeat, vel non.Concl.*44. † Limita; quia quod dicitur de confinibus, idem est de pretio; quia si nihil testes de pretio deponant, quod est de substantia venditionis, non probant venditionem. Alex. *d.consil.*180. 12 *n.8.lib.6.* vbi apostill. *in ver.pretio.* allegat Alex. *cons.*18 *lib.1.* † Extende quia imo si deponunt de pretio, puta librarum centum, & non exprimunt, de qua moneta, non probant. Alex. *d.cons.*180. *n.8. ver. item non declarat. lib.6.* sed non est verum; quia debet intelligi de 14 moneta vsuali in loco contractus. Limita; † quia licet possessio ex *titulo præambulo præsumatur secundum* * communem; tamen si testis deponit de venditione rei, sed nescit, quæ res fuerit vendita, non habet emptor probationem ex tali teste; quia intelligitur regulariter illa, quando constat de identitate rei venditæ. Rom. *cons.*91. *n.7. & seq. ver.vltimo est videndum.* vbi, quod qualitas sine subiecto esse non potest; & ideo probatio venditionis rei, cuius essentiam 15 ignorat, nõ releuat, & ibi apostill. *in ver.qualitas.* † Limita; quia venditio est nomen iuris, prout stipulatio; ideo testes non probant venditionem, si dicant, quod Titius vendidit Seio apothecam, nisi dicant per sensum corporis, puta quia fuerunt præsentes, quando Titius dixit Seio præsenti, vendo tibi apothecam talem pro tanto pretio, & quod Titius præsens acceptauit. Alex. *d.consil.*180. *In causa & lite.n.2. in fin. & n.3. ver.super meritis.lib.6.* Vide, *Emptio & venditio ex quibus dicatur perfecta, & probata. Concl.*124. Vide plenius per Mascard. *Concl.*608. *Emptio, vt probetur.* & plenius *Concl.*609.

Venditio facta à pluribus quid operetur. Concl. 66.

1 VENDITIO † facta à pluribus simpliciter intelligenda est à singulo pro rata. Vide, *Dos exacta per maritum à socero, & vxor, & ab vtraque pro rata exegisse præsumitur. Conclus.*774. Vide, *Rei plures* 2 *qualiter constituantur, & conueniri, & agere possint. Conclus.*107. † Amplia; quia si duo simul locant, vel cõcedunt in emphyteusim, censentur quilibet pro dimidia concedere. Alex. *consil.*76. *In causa &* 3 *lite.n.3. ver.secundo est ponderandum.lib.7.* † Amplia in marito, & vxore vendentibus fundum dotalem mulieris, & confitentibus habuisse pretium ab emptore; quia quilibet pro dimidia præsumitur vendidisse, & habuisse pretium; ideo contra hæredes mariti aget solum pro dimidia. Bart. *consil.*124. *D. Paula iupsit.lib.*1. quem sequitur Castr. *cons.*361. *lib.*1. *per tot. & cons.*362. *Super primo. in fin. lib.*2. Alex. *consil.*38. *num.*2. *lib.*2. licet non ponat pro constanti, opinionem Bart. sequitur etiam Curt. Iun. *cons.*53. *circa med. ver.pro qua parte.* Tiraq. *de retract. lignag.* §.31 *gl.*1. *num.*4. *& seq.* vbi pro vtraque allegat. † Declara; quia imo confessio pretii non præiudicat mulieri, nisi doceatur, quod medietas pretii prædicti sit versa in vtilitatem mulieris. Afflict. *dec.*209. vbi plures allegat, & respondet ad contraria, & idem tenet Alex. *cons.*38. *Consideratio. lib.*2. Abb. *cons.*44. *In præsenti quæstione. in prin. lib.*1. Vide, *Obligatio respiciens, &c. Concl.*32. † Contrarium, quod imo vxor vendens cum marito non præsumatur recepisse medietatem pretii, contra Bart. tenet Crauett. * *consil.*91. *per tot.* vbi *num.*11. dicit * communem, prout etiam communem * dicit Roland. à Vall. *consil.*64. *nu.*4. *cum seq. lib.*1. vbi, quod ita iudicauit Senatus Pedemontanus. Bald. Nouell. *tract. de dot.* * *in* 7 *part.*1. *priuil. num.*16. vbi de * communi, & quod ita obtinuit Perusii. Viuius *in* 2. *part. commun. opinio.*169. *maritus & vxor.* Boer. *dec.*33. *num.*6. Ronchegall. *in l. eandem. in princ. num.*57. *cum seq. ff. de duob. reis.* Afflict. *dec.*209. vbi tollit contraria, plenius Tiraquell. *de retract. lignag.* §.31. *gl.*1. *num.*5. vbi alios plurimos allegat. Alex. *consil.*172. *In causa. num.*17. *ver.etiam si probatum fuisset. lib.*6. vbi apostill. 6 *ver.totam.* † Declara; quia potest teneri quoad mulierem versus emptorem pro dimidia, sed quoad maritũ secus. Tiraq. *tract. de retract. lignag.* §.31. *n.*4. vbi *n.*6. dicit, q̃ si maritus est primo nominatus, censetur principalis, vxor censetur fideiubere, nisi agatur de negocio alterius eorum. † Extende tñ; quia si mulier est ipsa, quæ 7 vendit rem datã in dotem inæstimatam cũ cõsensu mariti, & ipsa est, quæ promittit de euictione, & durat; tunc bene statur iuramẽto, & contractui, q̃ sola mulier habuerit pretium, & sit obligata. Alex. *cons.*38. *Consideratis. in princ. lib.*2. † Idẽ magis, si sola mulier si- 8 ne consensu mariti alienauit. Alex. *d. cons.*38. *in princ. lib.*2. † Quid in 9 patre & filio, & in aliis simul vendentibus, idem Tiraq. *d.* §.31. *de retract. lignag. n.*7. *& seq.* vbi plene. † Restringe; quia nõ procedit con- 10 silium Bartoli, si bona mariti venderentur per vxorem consentiente marito; quia non præsumitur habuisse pretiũ. Nat. *cons.*522. *per tot.* vbi late. † Restringe, quãdo maritus prius pretiũ habuisset, postea 11 mulier vendens cõfiteretur ipsa habuisse totũ, vel partem. Bald. *in l. mater. C. de rei vẽdicat. col.*7. *ver.sed hic quero.* Alex. *d. cons.*38. *n.*2. *lib.*2. Restringe, † quando constaret, q̃ ad manus vnius peruenit, licet 12 ambo cõfessi sint habuisse. Castr. *cons.*297. *Punctus quæstionis. in prin. lib.*1. † Limita; quia si plures vendant simul, & quilibet eorũ, cen- 13 sentur omnes insolidũ vendere, & vnus alteri, & e contra censentur cõsensum accõmodare; vnde duo consensus in singulo videntur vnum; quia vendit quilibet; ælter; quia consensum alteri accommodat venditori. Signor. *consil.*145. *In quæstione vertente. num.*7. Vide infra, *Vxor vendens cum marito qualiter obligetur. Conclus.*391.

Vendere qui non possint habita fide de pretio, & quando secus. Concl. 67.

EXECVTORES † dati ad vendendum, & distribuendum bona 1 pauperibus non possunt vendere, nisi pecunia sit præsens; quia non possunt habere fidem de pretio, nisi sint exequutores, & hæredes simul. Bald. *cons.*287. *Punctus quæstionis.n.*4. *ver.item oportet.lib.*4. † Extende, vt idem sit, si sit exequutor datus ad vendendum bona pro satisfaciendis creditoribus, & legatariis; quia non 2 potest vendere, nisi præsenti pretio, & si aliter facit, venditio est nulla, de primo Bart. *in l. alio.n.*23. *ff. de alim. & cib. leg.* de secundo Bald. *in l. fin.* § *fin autem legata. C. de bon. quæ liber.* Vide, *Exequutores ad pias causas ad vendendum quid possint. Conclus.*528. † Amplia in procu- 3 ratore priuati; quia non potest habere fidem de pretio, quando vendit rem fructuosam; quia est species donationis. Ang. *cons.*387. *Sempronius olim. num.*3. *ver.sed videndum. & consil.*338. *Constat procuratorem. per tot.* & est ratio; quia minus vendit cum dilatione propter interusurium temporis. *l. si constante.* §. *quoties. ff. solut. matrim.* Vide, *Procurator ad exigendum non potest confiteri habuisse, & quando secus. Conclus.*847. Extende † intantum, vt dicatur vendere aliter quam 4 habeat in mandatis; & ideo non transfert dominium, neque possessionem. Angel. *consil.*388. *per tot.* Vide, *Mandati fines sunt exacta diligentia seruandi. Conclus.*39. *& seq.* † Extende, vt procedat, etiam si 5 procurator habeat mandatum ad confitendum habuisse, & recepisse; quia non potest habere fidem de pretio; quia dicitur habere mandatum ad pretium numeratum, non autem ad pretiũ conuentum; & quia dominus voluit obligatum procuratorem non autem alium tertium. Angel. *d. consil.*388. *circa princ. & per tot.* † Re- 6 stringe, quando venderet bona fide habita fide de pretio. Castr. *in l. eleganter.* §. *si vendiderit. ff. de pignor. actio.* † Restringe, quando esset 7 consuetudo in loco vendendi habita fide de pretio, vel quando promissio emptoris haberetur pro pecunia numerata. Alex. *in l. à diuo Pio.* §. *sed si emptor. ff. de re iud.* † Restringe, quando venderet io- 8 calia, vel bona in fructuosa, vel aliter nõ reperiretur emptor; quia procurator priuati potest habere fidem de pretio. Ang. *d. cons.*387. *num.*3 † Amplia in omni procuratore agente, vel ministro Eccle- 9 siæ fisci, vel minoris; quia non potest habere fidem de pretio, sed præsenti pecunia liberat. & vendit. Bart. *in l. à diuo Pio* §. *sed si emptor.* vbi Bart. & alii *num.*3. *ff. de re iudic.* maxime Alexand. & idem dicit Castr. *in l. eleganter.* § *si vendiderit. ff. de pignor. actio.* † Extende in omni 10 persona, quæ nomine alieno vendit; quia nunquam transfert dominium, si habuit fidem de pretio. Bart. *d. l. à diuo Pio.* §. *sed si emptor. num.*2. *ff. de re iudic.* † Declara; quia licet non possit habere fidem 11 de pretio, vt transferatur dominium; bene valet contractus quoad obligationem personalem. Alexand. *d. l. à diuo Pio* §. *sed si emptor. ff. de re iudic.* Bald. *in l. fin. C. vbi caus. fiscal.* † Et quod procurator 12 fisci non possit vendere habita fide de pretio, sed debeat vendere præsenti pecunia, est text. *in l. si procurator.* §.1. vbi gloss. & Bart. *ff. de iure fisci.* gloss. & Bart. *in l.* 1. *C. eod. de iure fisci. & hastæ fisc. lib.*10. Bart. & alii *in d. l. à diuo Pio.* §. *si emptor. ff. de re iudic.* Ias. *consil.*39. *col.*2. *lib.*1. † Amplia; quia minor cum curatore non potest ven- 13 dere habita fide de pretio. Angel. Aret. *consil.*92. *In casu supradicto. num.*31. *& seq.* † Extende, vt procedat, etiam si emptor soluat in- 14

teresse

teresse minori. Angel. Aretin. *d.consil.92.num.42.& seq.ver.nec obstat sextum.* † Limita; quia vendens pignus alienum, vel rem alienam potest habere fidem de pretio, si non constat, quod mala fide fecerit, vt quia potuit vendere præsenti pecunia, ita Castr. *in l.eleganter.§.si vendiderit.ff.de pignor.actio.* Alex. *in d.l.à diuo Pio.§.sed quid si emptor.ff.de re iud.* Vide, *Venditor quando dicatur habuisse fidem de pretio, vel non. Concluſ.prox.seq.*

Venditor quando dicatur habuisse fidem de pretio, vel non. Concluſ. 68.

1 HABITA † dicitur fides de pretio tacite, vel expresse, videlicet tradendo rem sine pretio, vel apponendo diem solutioni pretii. Lud.Bologn. *in addit.ad cons.Io.de Anan.19.sub num.21.ver.circa vero illud.* † Extende; quia habita est fides de pretio, si venditor tradidit rem venditam, & pretium est commissum in certam personam, vt declaret; & ideo fructus sunt emptoris, cui fides habita est. Ioan.de Anan. *consil.19.num.12.& seq.* & ibi Bologn. *num.21.*
3 *& seq.* Alex. *consil.86.Ponderatis.num.6.ver.nec obstat.lib.6.* † Et quod ex sola traditione rei habita censeatur fides de pretio, Viuius *lib.1.*
4 *commun.opin.tit.de contrah.emptio fol.628.in fin.num.152.* † Declara; quia licet habita sit fides de pretio; non tamen tenetur venditor rem tradere ante solutum pretium, nisi sit conuentum. Fulgos.
5 *consil.200.* † Restringe; quia in dubio non præsumitur habita fides de pretio; & ideo non sufficit, quod emptor ceperit possessionem rei venditæ ante solutum integrum pretium, etiam si venditor sciens tacuerit. Alex. *d.consil.86.ver.nec obstat, n.6.lib.6.& n.7.*
6 † Restringe; quia non præsumitur habita fides de pretio, neque facta traditio rei venditæ ante solutum pretium, etiam si emptor haberet rem emptam communem cum venditore; quia vterque possidens censetur pro sua rata, & ita requiritur traditio in re cõmuni vendita socio, sicut in aliis bonis venditis; quia quod dicitur, quod mihi est commune, dicitur meum, intelligitur quoad dispositionem partis meæ, plene Alex. *consil.86.num.7.& seq.vsque*
7 *in fin.lib.6.* † Limita; quia fides non dicitur habita de pretio, si venditor deposuit rem venditam penes tertium, donec pretium solueretur; quia licet constituerit se possidere nomine emptoris; tamen non dicitur habita fides, vbicunque de emptore non est confisus. Angel. *consil.373. Visis instrumentis.num.3.ver.nec obstat, si dicatur.*

Veneficus qua pœna puniatur. Concluſ. 69.

1 REGVLA, † quod venenum est malum, & bonum; quia ad medicandum bonum adhibetur; ideo qui vult arguere, vt puniatur vtens veneno, debet probare, & exprimere de malo, vt di-
2 cit Alexand. *consil.203. Super themate.num.5.lib.2.* † Extende; quia venena mala facere flagitiosum est, de genere prohibitorum, & punibile, *l.quod sæpe.§.veneni.* ibi; *flagitiosa rei.ff.de contrahen.emptio.* Alex. *d.consil.203.num.4.ver.nam venena.lib.2.* Et in tantum flagitiosum est, quod pater potest exhæredare filium, si cũ veneficis conuersatus est, & ab eis didicit venena facere, Alexand. *d.consil.203.*
3 *num.4.ver.est enim, lib.4.* † Amplia; quia mulier recipiens herbam sabinam, vel aliam pestiferam herbam, seu potionem, vt partum suffocaret, vel euanesceret, punitur pœna capitis. Ioan.de Anan.
4 *consil.1.num.10.* vbi Ludouic.Bologn. *num.19.* † Restringe; quia potio recepta, vt grauida reddatur mulier, non est punibilis. Lu-
5 douic.Bologn. *in addit.ad d.consil.1.Io.de Anan.num.19.* † Veneficus, seu interficiens hominem cum veneno punitur pœna capitali; & ideo etiam grauius puniri debet, quam simplex homicida; quia in veneno est proditio, & si homicidium inde sequitur, grauissimum scelus est. Bald. *consil.211. Istud maleficium. lib.4.* plenius Alb. Man-
6 dell. *consil.72.per tot.* vbi, quod est atrocissimum delictum. † Et quod debeat puniri de homicidio, quando mors est sequuta, com-
* 7 munem *dicit Clar. *§.homicidium.num.13.* † Et quod nedum puniatur pœna ficariorum, sed etiam grauiori, vide plura apud Decian.
8 *lib.crimin.tit.de Venef.* † Restringe; quia stante statuto, quod qui venenauerit hominem, qui mortuus sit, puniatur pœna capitis, debet intelligi de pœna deportationis, vel simili. Alex. *consil.115.in*
9 *causa.num.6.& 7.ver.tertio principaliter.lib.3.* vbi apostill. *in ver.simili.* dat concord. † Amplia; quia etiam solum præparans, & mittens venenum dicitur homicida, & puniri debet tanquam homicida; tamen considerata leuitate delicti arbitrarium est iudici, qua pœ-
10 na puniri debeat præparans venenum. Bald. *d.consil.211.lib.4.* † Et quod faciens scienter venenum malum ad interficiendum aliquem, & illud præbens puniatur morte de homicidio, ponit Clar.
11 *in §.homicidium.num.13.ver.punitur etiam.* Declara. † vt procedat sequuta morte, alias ea non sequuta punitur pœna extraordinaria fustigationis, triremium, & arbitraria, etiam si dederit venenum, nedum præparauerit. Clar. *d.§.homicidium.num.14.ver.punctus.* vbi dicit communem, * & magis communem, quod non pœna mortis, si non est sequuta mors. Castrens. plenius *Visa inquisitione.num.3.lib.2.* † Amplia; quia dans poculum mortale, licet non sequatur mors, punitur tamen l.Conclusor. car. & l.Pompeia de parricid. Ioan. de Anan. *consil.1.num.10.ver.terea sola datione poculi.* Vide, *Pœna mortis ob delictum non imponatur quando imponatur. Concluſ.227.* Vide, *Delictum consummatum attentatum qualiter puniatur. Concluſ.167.* Vide, *Conatus non punitur nisi sequatur effectus. Concluſ.544.* † Limita tamen; quia licet veneficus in causa veneni non simpliciter est sufficiens indicium ad tormenta, nisi in causa veneni non simpliciter est sufficiens indicium ad tormenta, quando alias est infamis, & non concurrunt alia indicia. Gramm. *consil.crimin.38.per tot.* † Limita; quia non sufficit depositio de fama, vel de eo, quod vidit testis infirmum vomere, & requeri, quod fuit venenatus, quando cõcurrunt attestationes medicorum, & aliorum, quod nõ sunt visa signa aliqua veneni, nisi si mortuus habuisset vomitum; quia potest causaliter alia. Castrens. plene *consil.299. Visa inquisitione.n.2.lib.2.* Extenditur oportet, quod testes deponant vidisse venenum paratum, & venereus fuisse tales, alias non probatur homicidium ex indicio. Castr. *d.consil.299.num.2.& num.3.lib.2.*

Venetorum laudes, & facta aliqua notabilia. Concluſ. 70.

VENETIARVM † ciuitas est libera; quia fundata est, vt Bald. *in rubric.de rerum diuis.ver.certa ædificia quæro.col.ult. ex hoc iure.ff.de inst.& iur.num.26.& 27.* vbi, quod sunt in
ne libertatis, & allegat Alber. *in l.cunctos populos.C.de sanctis.* qui dicit vidisse priuilegium exemptionis bullatum bulla
& idem repetit Ias. *in l.1.C.de summa Trinit.num.11.* vbi, quod
fine priuilegio sunt liberi; quia libertatem præscripserunt
ciuitas est in mari ædificata, & plura congerit apostill. ad
ficut.el secundo, de iureiur.num.8. in ver.quod sic. vbi, quod gubernatis Adriatici est eorum in genere, & vide etiam Ias. *in l.3.*
deamus.& §.*nunciatio.* vbi text. *ff.de nouiop.nunciat.* apostill.
consil.318. Viso, & examinato nu.5.ver.tertio.& vltimo. vbi Cagn.
latissime Ias. *consil.70. in princ.lib.3.* † Et idem dicit etiam
hostes.ff.de capt.& postlim.reuer. in princ. vbi, quod Venetibertatem ab Imperatore ex priuilegio, & quodam motu
rio; ideo dicit ipse Bart. quod potest Imperator reuocare
uilegium ad placitum; quem sequuti sunt Alex. *in l.imperium*
Ias. ibi *num* 20. Caccialup. *num.47.* dicit arduam esse quæ
& quod Bald. *in l.qui se patris.num.14.C.vnde liber.* hoc tenet
legio iurisdictionis concessæ; secus in libertate acquisit
scriptione; quia requiritur causa ingratitudinis, ita Bald.
n.5. de iureiur. vide etiã Maria. Socin. *in c.recepimus.n.21.&*
uil. qui dicit non posse reuocari priuilegiũ libertatis, quan
cedens iurauit nõ reuocare, sequitur Felin. *in c.cum non lic*
de præscript. † Declara; quia ista procederent, quando super
gio, vel præscriptione se fundarent; quia ex causa potest
priuilegiũ libertatis concessæ, sed si libertas prouenit
ædificata fuit ciuitas in mari, vt videtur esse text. *in l.1.§.*
mus.circa fin. qui legitur cũ §.*nunciatio.ver.quod si quis in*
ui oper.nunciat. & ibi omnes *hoc dicunt, isto casu nõ dare
catio: quia mare nõ est in dominio alicuius, & est simil
dicens *in l.riparum.in fin.& in l.in tantum.in princ.ff.de rer.*
quib⁹ Bald. & alii se fundant, late Decian. *cons.19.n.126.&*
licet idẽ Bald. *in l.2.ff.de rer.diuis.* & Alber. & alii dicant, quod
licet quoad vsum sit commune omnibus animantibus, &
priũ hominibus occupantibus: tamen respectu iurisdictionis
Cæsaris & Populi Romani, & propterea vides, q omnia
disputari, & tutior est libertas præscripta, prout etiam alii
præscripserunt contra Imperium circa temporalia, sed non
tra Papam circa spiritualia; quia in istis spiritualibus nulla
potest præscriptio propter incapacitatem personæ, vt late
Libertas Ecclesiastica. Concl.342.n.116.& multis seq. vbi videri
quæ hic non sunt repetenda, & affirmat Decia. in suis
clericatus, & ordines.lib.4.c.9.n.16. Vide Concluſ. prox. seq.
vbi, quod quasi Paradisus, & libera. † Venetorum curiam
iudicii sanctitate, & claritate, inquit Bald. *cons.410. in causa*
stione.n.2. in fin.lib.2. vbi consuluit de quadam confessione
facta in tormentis coram iudice seculari Venetiarum, vt non
ceat confitenti coram iudice Ecclesiastico. † Roma nostra
latur Venetorum Respublica, vt inquit Fulgos. *consil.62. Stante*
tuto.num.3. vbi, quod in consilio non admittunt naturales,
tumcunque legitimatos. † Et quod sit imago antiquæ Ro
mæ; quia loco Dictatorum Romanorum habet decem Senato
res, & est libera. Franc. Purpurat. *in l.1.num.41.& 42.ff.de offic.*

Tertio-

† Territorium † ciuitatum in mari (prout ciuitas Venetiarum) se extendit vsq; ad centum milliaria, aposti. ad Abb. in *c. exposita, n. 2. v. non recognoscit, de arbitr.* & plenior apost. ad Abb. in *c. sicut, el secondo, n. 8. ver. quod sic, de iureiur.* † Domina maris Adriatici in genere; quia littora sunt ciuitatum adiacentium. apost. ad Abb. in *d. c. exposita, nu. 2. ver. non recognoscit, de arbitr.* † Tenentur tamen tueri etiam in littore, & ripa maris, cum sint domini maris; quia ripa est accessoria, maxime, qñ ex necessitate fortunę existens in mari appeller ripam. Sign. *cons.* 143. *n.* 5. *& seq.* † Libera est ciuitas Venetiarum, & nullum recognoscit superiorem ex vera, & inueterata libertate. Bald. *cons.* 445. *Quatuor ad propositū, in pr. li.* 4. apost. ad Abb. *d. c. exposita, n. 2. v. nō recognoscit, de arbitr.* † Et exercet in suo statu supremā auctoritatē, sicut Imperator; quia superiorē non recognoscit. Castr. *cons.* 187. *n.* 5. *lib.* 2. *& cons.* 230. *Quia de defectibus, in pr. lib.* 2. † Et fungitur vice Principis supremi. Cuma. *cons.* 159. *n.* 2. *v. nec dubitandum.* † Et quod non recognoscat superiorem, & fungatur vice Principis. Castr. *cons.* 318. *Viso, & examinato, n.* 5. *v. tertio & vlt. lib.* 1. Decian. *cons.* 3. *n.* 106. *li.* 1. † Et quod non recognoscat superiorē; ideo pōt auferre priuilegiū exēptionis, & dominiū subdito suo. Castr. *d. cons.* 318. *n.* 5. *li.* 1. *& cons.* 187. *Notandum est, n.* 5. *li.* 2. † Vide tamen, quia Dux Venetorum tenetur obedire Papæ, vt in *d. c. exposita, de arbitris*, vbi vertente lite de confinib. & iurisdictione inter Episcopum Feltrensem, & ciues Taruisinos Legatus protulit sēntiā, & cū esset factum compromissum in Ducē Venetorū, qui voluit habere obsides, seu obstagia, vt parerent laudo, Papa inhiberi mandat Duci, & quod restituat obstagia, & forte fuit; quia tunc istæ ciuitates erant iurisdictionis Ecclesiasticæ, vt in *ver. Tri-*
nisinitas, &c. Consil. 394. sed imo quia agebatur de causa Episcopi, tenentur parere Papæ, prout cæteri Principes, licet & Taruisii ciuitas aliquando fuerit Ecclesiæ. † Et est regula trita, quod omnes Principes nedum Veneti, sed Imperator, & Reges omnes quantumcunq; liberi, & absoluti subsunt Papæ in spiritualib. & dependentib. & qui hoc negaret, esset similis negantib. Spiritum S. à Filio procedere, ita Purpurat. ex mente B. Thom. quem citat in *l. 1. C. de Summa Trin. n.* 14. vbi probat necesse esse dare vnū, qui sit superior inter non recognoscentes superiorem, & est Papa. † Et licet Dux Venetiarum in temporalibus non subsit Papæ; tamē subest, quando in Ecclesiasticos vult sē intromittere etiam volentes; ideo cum laudum esset latum per Ducē Venetiarū inter Ecclesiasticos, reductio laudi necessario ad Papam deuoluebat, & ita debere intelligi *d. c. exposita, de arbitr.* ita Ang. *cons.* 200. *In ciuitate Lucana, n. 2. v. nec obstat.* † Extende; quia bene subest Papæ in reb. Ecclesiæ, si aliquid indebite occupat, vel detinet. Abb. *d. c. exposita. de arbitr. n.* 2. qui hoc declarat, qñ notorie cōstat de iniustitia, vel oppressione. † Extende; quia cū nō recognoscat Dux Venetiarū superiorē, pōt recurri ad Papā in defectum superioris, qñ agitur de causa ardua ēt inter laicos. Abb. *d. c. exposita, n. 2. v. secundo vltra, de arbitr.* † Extende, qñ Papa adiretur à clerico molestato per laicū ex sententia Ducis Venetorum. Abb. *d. c. exposita, n. 2. v. tertio, de arbitr.* † Itē in Ecclesiasticos, & religiosos nullā habent iurisdictionē, & nō possunt illā ꝓscribere, vt supra; ideo in certis casib. atrocib. obtinuerunt priuilegiū procedendi, vt dicit Decian. de scientia hoc attestans in suis *crim. tit. clericatus, & ordines, lib.* 4. *cap.* 9. *n.* 66. vbi ēt *n.* 68. dicit, quod ipse vidit bis obseruari, quod Respublica impetrauit à Summo Pontifice licentias procedendi contra clericum assistente ordinario Ecclesiastico, & hoc est verissimum; tū quia vir insigni, & versato, & qui vidit ita seruari, credendum est, stāte antiquissima religionis obseruantia in ipsa Republica; tū quia extant exemplaria priuilegiorū concessorū per Summos Pōtifices ipsi Reipublicæ; tū deniq; quia ipsa Respublica sēper fuit obsequentissima, & obedientissima Sedi Apostolicæ, & Romanis Pontificib. vt dicit idem Decian. *cons.* 37. *n.* 44. *li.* 2. quicquid in cōtrarium conati fuerint ostendere, & persuadere tēporib. istis nōnulli pseudoprophetæ prætensi religiosi deuiantes ab obedientia Pōtificia, & B. Petri, de quib. loquitur Apostolus *epi.* 2. *ad Timoth. cap.* 3. & 4. sed speratur, quod ipsa Respublica, quę non minus fuit libera, & gloriosa, dum obediuit Pontificibus Romanis, quā esse vnquā possit, si dogmatibus istorum falsorum religiosorum persuaderi posset prętextu maioris libertatis, (quia iugum Christi est libertas, & onus leue, sine quo seruitus horrenda diaboli paulatim insurgit) debeat insolita, & semper amplexa obedientia Pontificum Romanorū nedū perseuerare, sed prout sui ante nati fecerunt, contra omnes conatus insurgentiū contra eā liberaliter defensionē exhibere, & Dominus noster Iesvs Christvs, qui omnia pōt, hoc faciat, & operetur pro sui gloria, & nostri miserēdia, ad confundendā omniū Christianæ Reip. inimicorū perfidiā. † Emerunt ciuitatē Argos obsessam, & Neapolim à D. Maria pretio scut. 500. in perpetuū singulo anno, pacto, quod si perdiderint ambas, nihil soluere teneantur. Anch. *cons.* 111. *Casus talis*, vbi, quod perdita Argos tenentur ad solutionem. † Guerram habuerunt Veneti cum Ianuensibus, & fecerunt pacem certis conuentionib. capitulatis inter alia, quod non liceret Ianuensib. cū galeis, & nauiliis armatis nauigare gulphum Venetorum, neq; è contra liceret Venetis à portu Pisano vsq; Marsiliam, super quib. consuluit Ang. *cons.* 290. *Thema est tale, per tot.* & de eadem pace cū Rege Vngariæ, cū Patriarcha Aquileg. & Ianuensib. Anch. *consil.* 204. *Punctum vnius instrumenti.* † Item quod guerrā habuit cū Ianuensib. & Carolus Zeno Dux Triremium, seu Capitaneus detobauit naues, & bona Ianuensiū, sequuta est concordia, de qua Castr. *cons.* 424. *Quia scio, in pr. lib.* 1. vbi consuluit pro Gubernatore Regis Franciæ in dicta ciuitate contra Venetos. Vide, *Ianuæ ciuitas, statuta, consuetudines, & priuilegia, Conclus.* 1. † Gulphus maris est Venetorū; quia lōga possessione pscripserunt, & ita inter Venetos, & Ianuenses extitit in pace narratū, & conuentū. Ang. *d. cons.* 290. *n.* 3. vbi, quod possunt in eo prohibere nauigationes, prętergꝝ Republica Romanorū, & idē dicit Ias. in *l. ex hoc iure, n.* 27. *ff. de iust. & iur.* & cōs. Ang. facta dū legeret Paduæ, allegat Io. de An. *in c. 2. circa fi. de cleric. o venat.* † Item ex pacto Ianuenses, & ex licentia causa pacis possunt nauigare in dicto gulpho bona fide cū mercātiis, dūmodo nō ad auxiliū inimicorum aliquorū dominii Venetorū faciāt. Ang. *d. cons.* 290. *n.* 4. *& seq. v. superest igitur.* vbi ēt, quod possunt applicare ad portus Venetorū; quia hoc venit ex natura nauigationis. † Nec possunt Veneti imponere noua datia, vel augere, per quæ nauigatio redderetur difficilis Ianuēsib. in gulpho. Ang. *d. cons.* 290. *n.* 8. *ver. superest igitur, vsq; in fi.* † Gabellas, & vectigalia nō possunt Veneti imponere, nisi habeant hoc à Cæsare de iure cōmuni, sed de consuetudine contrariū seruatur in omnib. ciuitatib. & dominiis. Ang. *d. cons.* 290. *n.* 8. *v. superest igitur.* † Pacē fecit cū Rege Vngariæ, Patriarcha Aquileg. & Ianuen. de anno 1381. & restituit Dalmatiā Regi, & omnes ciuitates, videl. Fadræ, Tragurii, Scardonę, Sibinici, Spaleti, Ragusii, & aliarū expressarū per Anch. *cons.* 204. *Punctū vnius*, vbi promittunt cedere omne ius, & nunc amplius se intromittere in eis, ne officium possint exercere in dictis locis. Vide, *Aquilegensis ciuitas, & eius statuta, priuilegia, & consuetudines. Concl.* 437. † Et de hoc pacto Venetorū cū Vngaris facit mentionē Ias. in *l. serui electione. §. Labeo. n.* 12. *ff. de leg.* 1. vbi citat Anch. d. cons. & dicit, quod si Venetus eligitur à terra illa, non dicitur cōmitti pœna. † Ciuitatē Cōstantinopolitanā ceperunt Veneti, & Latini, vt cōmemorat gl. in *c. quanto, in v. necessitas, de consuet.* † Catari ciuitas, quę erat Regis Vngarię, postea fuit Regis Bossinæ, & petebat ciuitas regi per Venetum nobilem de cōsensu Regis. Anch. *cons.* 204. vbi, quod nō cōtraueniūt paci cū Rege Vngariæ. † Paduæ ciuitas fuit effecta subdita Venetis ex voluntate ciuiū aliquorū, qui acquisiuerunt ciuilitatē Venetā ex pacto, q̄ non pōt reuocari. Castr. *cons.* 318. *nu.* 5. *ver. tertio, & vltimo, lib.* 1. quia fides publica non pōt violari. † Et propterea cū sit ciuitas Paduæ effecta subiecta Venetis, non potest statuere sine licentia Venetorum. Castr. *cons.* 230. *in pr. lib.* 2. † Imo, quod de anno 1390. esset obsessa à Venetis dominante Francisco Cararia, & quod fuerit capta de an. 1405. electo Cararia, Castr. *cōs.* 439. *&* 440. *li.* 2. vbi, quod statim capta ciuitate miserunt Veneti Rectores. † Vicentiæ ciuitas cum ciuitate Paduæ est effecta de dominio Venetorū, & licet remissiones deberent fieri de vna ciuitate ad aliā; qa sub eodē dominio; tamē Veneti passi sunt, quod delinquens in territorio Paduæ non capiatur in territorio Vicentiæ, neq; è contra, nisi postq̄ fuerit delinquens bannitus, & ad litteras alterius, in cuius territorio deliquit. Castr. *cōs.* 309. *De iure communi, per tot. li.* 2. vbi, quod si aliter capiatur, debet tanquā nulliter captus relaxari pristinę libertati, quæ importat, quod dimittatur in libertate extra territorium. † Item in Forciulii passi sunt guerram; ideo constituerunt, quod ea durante, quia non fuit redditum ius, quod non currat pscriptio, neq; cucurrisse intelligatur. Cuma. *cōs.* 159. *In dubium vertitur, per tot.* vbi in fine, quod Patria Foroiulii est de iurisdictione Ecclesiæ. † Creditur litteris Serenissimæ dominationis Venetorū, & ad eorū cōmodū propter excellentiam legalē eorū, quæ non est minor, quām nummularii, cuius libro creditur, si est persona honesta. Io. de An. *cons.* 53. *per tot.* † Officiū Auditorū sententiarū Communis Venetiarū cognoscit de appellationib. Rectorum in prouinciis, prout de appellatione à sententia Locumtenentis Patriæ Foriulii, super qua votum decisiuū dedit Castr. *cōs.* 98. *In causa appellationis, & in alia causa, cons.* 104. *li.* 2. Vide, *Forumulij, & eius statuta, consuetudines, & priuilegia. Concl.* 343. † Magistratus Ducis, & Consiliariorum habet item quadraginta Rogatorum, & isti sunt maioris auctoritatis; quia non potest Dux, & Consiliū

tollere ordinata capitula, seu priuilegia concessa Iudeis à quadraginta Rogatis, ita Castr. consulens ad fauorē Iudæi cōtra cōmu-
41 nitatem Feltri, dicit *cons.*176. *Videtur, quod prædictus, lib.* 2.† Monasterium sancti Saluatoris Venetiarum obtinuit vniri sibi Prioratum sancti Petri della volta dicti ordinis sancti Augustini per Eugenium, quæ fuit confirmata per Nicolaum Pontifices summos, vt dicit Ang. Aret. *cons.*107. *In casu supradicto*, vbi cōsuluit pro validitate vnionis, vna cum Vallesio, & Simone de Termo, & quod non valuit collatio facta auctoritate ordinaria de Prioratu, licet quod sit Hospitale in vnione, non sit facta mētio; quia quod principalius est, attēditur. & quia gratia vnionis est motu proprio cō-
42 cessa.† Decimas soluere nolunt, imo habent statutum, per quod disponitur, quod laici non possint compelli ad soluendum decimas, & illud de facto obseruare faciunt. Anch. *cons.*154. *in pr. ver.*
43 *tertio quia, & n.* 4.† Papa monet Patriarcham Cōstantinopolitanum Venetum; quia non conferebat beneficia, & Ecclesias, nisi Venetis, & increpat; quia non cōuenit sanctuarium Dei iure hę-
44 reditario possideri, *c. ad decorem. de institutio.*† Prętendunt se exemptos à transitu salis per Padum Ferrariæ pro terris suis, quas habent in terra firma, in vim quarundam capitulationum antiquarum tempore Clem. V. confirmatarum, Ferrarienses prætēdunt contrarium, & sunt in possessione exigendi, pro quibus consuluit Flor. à S. Petro *cōs.*10. vbi ponit verba capitulorum, & ostēdit, quod non probant hanc exemptionem prętensam, & asserenti se exemptum incumbit probatio, & *n.* 8. dicit adesse conuentionē, qua Veneti se obligant non conducere salem per aliud flumen in
45 terris eorum, quam per Padum.† Ignari sunt legum Imperialiū; ideo conuenit, quod prętores Veneti habeant consilium sapiētis
46 Iurisconsulti. Cuma. *cons.*145. *Videtur prima fronte.*† Et quod non sint Veneti consueti vti legib. Imperialib. sed vtantur iustitia naturali, & propriis legib. Cuma. *cons.*141. *Domini iudices, nu.* 3. vbi tamen dicit esse necessariam fidem styli ciuitatis Venetiarum, qñ
47 dubitatur de validitate gestorum in ea.† Et tanta est superbia Venetorum, quod non dignantur viuere secundū leges, vt dicit Bo-
48 logn. in *addit. ad cons. Ioan. de An.* 53. *in fi.*† Et iustitiam de facto volunt posse exercere; ideo eorū sententię non transeunt in iudicatum; quia volunt posse illa de facto reuocare. Feli. in *c. qualiter, & quando, el primo, n.* 15. *v. Veneti, de accusatio.* Multa alia possent cumulari, sed tantum præmissa posui, prout ex accidenti lectura se obtulerunt.

Venetiarum ciuitas, & eius statuta, consuetudines, & priuilegia. Concl. 71.

1 SITA † est in Marchia Triuisana ciuitas Venetiarum, & est libera ab Imperio, & eam quasi Paradisum Veneti rū dicit Bald. *cons.*405. *Quidam emerunt, n.* 2. *v. modo ciuitas Venetiarum li.* 5. & quod Veneti nō recognoscunt superiorem ex vera, & inueterata libertate, idem Bald. *cons.*445. *Quatuor ad propositum, in pr. li.* 4. & plenius
2 *Concl. prox. præced. in pr.*† Insula non est, neque appellatione insulæ venit ciuitas Venetiarum, vt latissime per plura Bald. *d. cons.* 405.
3 *v. secunda quæstio*, vbi est casus, *lib.* 5.† Et quod non recognoscat superiorem, siue de iure, siue de facto, dicit esse notorium. Castren. *cons.*424. *Quia sic, n.* 4. *ver. item notorium, lib.* 1. vbi, quia non recognoscit superiorem, prætendens aliquid ab ea potest iure belli sibi satisfacere, quia quando cessant, qui possunt compellere, redi-
☞ mus ad ius naturale, vel gentium. Vide Conclusionem proxime præced. in pr. Habet Episcopum, & Patriarcham, vt dicit gl. in *c. in illis, in ver. singulos.* 80. *distinct.* & sic duos, quod est contra illum text. qui dicit non dari duos in eodem loco Episcopos; sed gloss. soluit, quod Patriarcha est Graden. Episcopus est Venetiarū, & loca sunt
4 diuersa; hodie tamen vnicus est & Patriarcha Venetiarum.† Ecclesiis, & piis locis relinquere tenentur Veneti de consuetudine decimam partem bonorum suorum mobilium. Gem. *cons.*139. *n.* 5. & 6. *ver. & quod de consuetudine.* vbi, quod Britones tenentur relinquere tertiam, & quod de hac consuetudine attestantur Doct. in *c. ad Apostolicam, de simon.* & dicit Gem. in *d. cons.* quod sunt com-
5 pellendi ad obseruantiā dictæ consuetudinis.† Consuetudo Venetorum est, quod commissarii testamentorum sunt tutores, & curatores; quia licet sint diuersa officia, secus est Venetiis. Cuma. *cons.*75. *Titius Lu. anus, in fi* Fulgos. *cons.*51. *Viget in ciuitate per tot.* vbi, quod non seruant Veneti ius commune; quia etiam qui non ha-
6 bet in potestate, dare potest commissarium, & tutorem.† Et in ciuitate Brixiæ cōmissariam appellant hæreditatem, licet impro-
7 prie. Fulg. *cons.*105. *circa prin.*† Cōsuetudo Venetiis est, quod omnes mercatores lanæ soliant portū, videl. solidum vnum p quolibet centenario, alii mercatores nihil soluant, & an si mercator lanæ deferat illam mercimoniam, & efficiatur mercator panno-
rum, portet lanam, teneatur soluere, distingue, vt per Signo. *cons.* 95, *per tot.* quia si portat lanam venalem, soluit, si non vendit, nihil soluit. Cuma, vbi, quod consuetudo in dubio contra Venetos.† Cō-
do est Venetiis, quod ius retractus, & congrui non habet locum in bonis per Venetum venditis, quæ consuetudo est personalis, ideo non extenditur ad Triuisanum. Castr. *cons.*349. *Consuetudo per totum, lib.* 2. vbi, quod extenditur etiam pro Venetis extra-
tem.† Testamentum valet Venetiis rogatum coram duobus testib. secundū ius gentium; quia ius ciuile nō seruatur extra ter-
menta. Bald. *cons.*284. *Factum tale est, circa fi. v. opinio vera.*† Do-
nationes, & iudicia Venetorum non possunt dici nulla propter quod leges Imperiales nō seruauerint; quia ipsi vtuntur propriis legib. & propria consuetudine, & reguntur naturali iustitia. Sententia lata Venetiis non potest impugnari ex legib. Imperialibus, bene debet per fidem probari stylus. Cuma. plene *cons. Domini iudices per tot.*† Pignora recipiens Venetiis præsumitur accepisse idonea pro suo credito de consuetudine Venetiarum, ex eo vltra pignora non potest debitorem molestare, prout in Lombræis, & vsurariis est de iure. Soc. in *l. creditor. ff. si cert. pe.* Venetiis habens pignus non potest constituere debitorem procuratorem ppter consuetudinem. Corn. *cons.*166. *n.* 5. *li.* 4.† Conradus habet, quod lauda exequutioni mandentur non obstante reductione, quando fuit renunciatum ipsi reductioni, quia intelligi ad effectū iudicii exequutiui; tamē debet poterit discussi de læsione in iudicio ordinario, & si esset vnus solus iudex triusq; iudicii. Castr. *cons.*255. *Primo, & ante omnia, in pr. li.* 3.† & conuentiones habet cū Marchionib. Estensib. Ferrarię, fiāt hinc inde remissiones, & quod exequi debeant sententię inde vnius loci in alio, super quibus capitulis quando habetur, vel non. Io. de Im. *cons.*35. *per tot.*† Item cum Ducib. Mediol. Sign. *cons.*143. *In quæstione vertente, per tot.* vbi quod propter quantiam, tenentur ad damna.† Monasterium Monialium Corporis Christi Venetiarum erat S. Benędicti, nunc autem ordinis sancti Augustini, & primo erat Abbatissa, nunc autem Priorissa ex priuilegio Bonifacii VIII. quod inserit Cuc. Zabar. *cons.*106. *A mulier vidua, per tot.*† Habebat ciuitas Venetiarum statutum, quod Doctores appellant iniquum; quia committens Ecclesiasticam, continens, quod clericus denotatus occidatur, & homicida soluat quinq; solidos, ita Antonius Opizo in *l. filius familias. §. diui. n.* 92. *ff. de leg.* 1. & Gem. in *c. leges, 4. distinct.* dicit, quod statutum Venetiis est, quod vi clericum soluat solidos quinq;, forte fuit antiquitus, sed hodie vigeret, intraret *c. nouerit, de sent. excomm.* sed non efficeret, quod hodie vigeat.

Venia vbi debet impetrari, nō requiritur causæ cognitio, & est quædam habilitatio. Concl. 72.

VENIA † vbi debet impetrari, non requiritur causæ cognitio solemnis, nec citatio partis; quia nō agitur de grandi negotio, sed solum vt persona habilitetur, vt possit de iure exigere. Anch. *cons.*18. *In quæstione, quæ vertitur. n.* 11. *ver. tertio Olde.* vbi in absolutione simplicia à iuramento ad effectum agendi, quod est, nisi habilitatio personæ, concordat Cald. *cons.*183. *in fi. de iureiur. ver. idem videmus.* Vide Conclusionem proxime lectam.

Venia in quibus casibus, & à quibus impetrari debeat. Concl. 73.

LIBERTVS † non potest vocare patronum in iudicium, nisi petrata venia à prætore. Anch. *cons.*18. *nu* 11. *ver. conclu* Cald. *cons.*183. *in fi. ver. idem videmus*, alias 7. *de iureiur.*† Exte liberto; qui petit statui terminum patrono ad agendum, eum citari non petita venia; quia incidit in pœnam edicti. *cons.*103. *Consideratis, in pr. lib.* 5.† Filius emancipatus petens ni bonorum possessionem causa litis agnoscendæ, vel pete viam querelæ inofficiosi contra testamentum patris, debet re veniam à prætore. Anch. *d. cons.*18. *n.* 11. *ver. concludat ergo.* C *cons.*183. *in fi. ver. idē videmus*, alias 7. *de iureiur.*† Extende; qua agens contra patrem non petita venia non dicitur habere mam personam standi in iudicio, *l. vlt. §. sanctum tra. ver. mag te*, vbi Bartol. & alii. *C. de bon. qua liber.*† Restringe, vt non re tur venia filii aduersus patrem, qñ nomine alieno ageret. *l. quæsitū. ff. de in ius vocan.* Bart. in *l. filius. §. ipse quo. ff. de procur.* stringe in filia etiam minore; quia sicut potest contrahere monium sine patre, sic potest ab inuito patre petere, & con dotem sibi debitam. Rom. *cons.*486. *n.* 4. *ver. pr. circa.*

ff. de iud. in 6. & apost. ad Rom. citat Boer. *dec.* 130. *Ista quæstio, nu.* 7.
† Restringe, quando per modum excipiẽdi; quia est defensio. Io. de Anan. *consil.* 16. *n.* 10. *ver. est bene verum.* Vide, *Dolus & famosa actio nõ*
8 *datur ob reuerentiam. Concl.* 587. † Amplia in tantum veniam debere
peti à filio agẽte contra patrem, vt si non sit petita, iudicium sit i-
9 pso iure nullum. Bald. *cons.* 193. *In decidendo, lib.* 3. † Amplia; quia p-
cedit, siue agatur iudicio ordinario, siue exequutiuo, vel summa-
rio. Bald. in *l. nec quicquam. §. de plano, colu.* 2. *ver. sed nunquid. ff. de offic.*
procons. Ang. in *l. hæres, ad fi. ff. de acquir. her.* plene Ias. in *rubr. C. qui ad-*
mitti. Bart. & alii ibidẽ. † Extende, ét si agant; quia isti petere debẽt
veniam iudicio, *l. diffamari. C. de ingen.* vel alio iudicio ad tollendũ
exceptionis impedimentum, quo casu actor vere est reus quoad
alias, sed non quoad veniam. Alex. *d. cons.* 103. *n.* 1. *lib.* 5.

Venia non est de substantia iudicii; quia potest remitti, & quando remissa dicatur. Concl. 74.

1 VENIA † non est de substantia iudicii; quia potest remitti. Alex. *cons.* 166. *Viso puncto, in pr. lib.* 2. vbi, quod non est de substã-
2 processus, & non vitiat processum. † Amplia; quia venia non
3 necessaria, quando is, à quo peti debuit, sponte venit ad cau-
sam. Alex. *d. cons.* 166. *in pr. lib.* 2. † Amplia; quia censetur remissa eo
4 ipso, quod non est opposita exceptio. Alex. *d. cons.* 166. *in prin. lib.* 2.
Amplia; quia potest concedi per iudicem quandocunq;, & nõ
5 initiatur processus. Alex. *d. cons.* 166. *in pr. lib.* 2. *ver. præterea etiam.* Vi-
de duas Conclus. proxime præced.

Venisse non dicitur, qui non stetit. Concl. 75.

1 NON † dicitur venisse, vel comparuisse, qui non stetit, *c. si post-*
quam, & ibi glos. & *cap. cupientes. §. quod si per viginti*, in glos. in
2 *ver. compareat, de elect. in* 6. quæ iura allegat Ias. in *l. qui ante Kalend. n.* 5.
ff. de verb. obligat. Ruin. *cons.* 112. *in fi. lib.* 5. † Amplia; quia citatus cõ-
parens non potest discedere, nisi petita, & obtenta licentia, alias
dicitur contumax; quia non dicitur venisse, qui non stetit. Bart. in
Authent. tantum. C. quomod. & quando iudex. Ang. & Imol. in *l. quæsi-*
tum, in pr. ff. de re iud. Alex. in *d. l. qui ante Kalendas, de verb. oblig.* vbi li-
mitat. & Ias. ibi *n.* 5. dat duas limitationes: prima est, nisi citatio es-
set nulla, & solum comparuit, vt videat, ad quem effectum cite-
3 tur; secundo, nisi ex iusto impedimento recesserit. † Amplia; quia
non dicitur venisse, qui non stetit, nec factum, quod nõ durauit,
nec impletum, quod non perseuerauit; quia momentanea non
sufficiunt, & multa exempla ponit Marsil. *cons.* 122. *in pr. per tot.* quẽ
4 omnino videas; quia plura possunt extendi similia. † Extende;
quia prohibitus bannitus venire in ciuitatem sub pœna non in-
curit pœnam, si transit per ciuitatem; quia non dicitur venisse,
qui non stetit. Marsil. in *prax. §. aggreditor. n.* 42. *& cons.* 122. *n.* 7. Nell.
tract. bannit. 1. part. secundi temporis quæst. 58. *in fi.* qui loquitur in pro-
5 hibito stare, & habitare, non prohibito venire. † Amplia; quia is,
qui tenetur disgumbrare, vel aliquid facere in vim præcepti, non
dicitur paruisse, si disgumbrauit, & postea iterum ingumbrauit.
Bart. in *l. sicut. §. superuacuum. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. soluit.* Vide,
6 *Implere obligatus quando dicatur implemementum feciſſe. Concl.* 51. † Re-
stringe in casu, in quo statutum puniret solum negligentem dis-
gumbrare, non autem ingumbrantem; quia tunc non esset locus
quoad pœnam statuti. Castr. *cons.* 90. *Visa accusatione, per totum, lib.*
1. vbi loquitur in statuto Florentino de disgumbrando; quia que-
rela, quod puniatur ingumbratio, non procedit; quia statutum
7 ponit non disgumbrantem, non autem ingumbrantem. † Am-
plia; quia mendicantes incapaces bonorum stabilium bene pos-
sunt illa habere, vt vendant, & pretium pro suis necessitatib. dis-
8 tribuant. Bald. in *l. cum quæstio. C. de legat. in fi.* † Extende idem in fo-
rensi prohibito acquirere; quia non censetur prohibitus, vt ven-
dat. vide Bald. & ibi apost. *d. l. cum quæstio, in fi. C. de legat.* Vide, *Pro-*
9 *hibitus alienare, &c. Concl.* 898. † Amplia; quia res non dicuntur
conductæ ad ciuitatem; vt obtineãt immunitatẽ concessam con-
ducentibus ad ciuitatem granum, vel merces, si post conductio-
nem inde à ciuitate alio transferuntur; quia priuilegium intelli-
gitur, si ibi conducantur, vt in ea stent. Ruin. *d. cons.* 112. *in fi. lib.* 5. v-
10 bi extendit, etiam si verba sint generalia. † Extẽde; quia si aliquid
conducitur ad ciuitatem per transitum, non dicitur consequi im-
munitatem concessam conducentibus ad ciuitatem; quia debet
priuilegium intelligi, vt ibi res conducta permaneat. Ruin. *d. cons.*
112. *Circa primum, n.* 4. *ver. & idem dico, lib.* 5. vbi plura similia addu-
cit, & *n.* 5. extendit etiam in casu contrario; quia res si est prohibi-
ta extrahi, non habet locum in ea, quæ per transitum extrahitur.
Vide, *Effectus attenditur potius, quam verba. Concl.* 50. Vide, *Momenta-*
nea non sunt in consideratione. Concl. 309. Vide, *Perseuerantia requiritur,*
vt effectum producat. Concl. 315. Vide infra, *Verba cum effectu sunt intel-*
ligenda. Concl. 90. † Limita; quia bene dicitur stetisse, qui recessit 11
ex iusta causa, dummodo propositum habeat reuertendi, vel per
eum non steterit; quia manserit. Rom. *cons.* 263. *Viso puncto, num.* 2.
ver. quinimo, allegat text. in *l. si quis ita. ff. de condit. & demonstrat.* vbi,
quod præsumitur habuisse animum reuertendi. † Extende; quia 12
seruus dicitur stetisse, & seruitia præstitisse, licet absens fuerit, p-
pter iustam causam, puta valetudinis. Rom. *d. cons.* 263. *n.* 2. *ver. pro*
hoc tertio.

Venter quando, & qualiter in possessionem mittẽdus. Concl. 76.

MORTVO † patre, & relicto ventre prægnante, debet venter 1
prægnans mitti in possessionem, præuia tamen denuncia-
tione facienda aliis prętendẽtibus primam causam successionis,
videl. intra mensem, quod est prægnans, & mittantad videndũ,
item per alium mensem ante partum, item & in partu, vt est tex.
in *l.* 1. *§. de inspiciendo. ff. de ventr. inspicien.* vbi, quod alias non datur
missio in possessionem. † Extende; quia non sufficit, quod mulier 2
insteterit penes iudicem fieri denunciationes, & iudex mandauer-
it fieri; quia si non sunt factæ, non releuat instantia sola, neque
decretum de denunciando. Sign. *cons.* 256. *ver. iis præmissis.* † Exten- 3
de; quia non sufficit protestatio mulieris prægnantis, quod sit pa-
rata facere omnia, ad quę de iure tenetur. Sign. *cons* 256. *in fi.* † Re- 4
stringe; quia omissio denunciationis licet præiudicet in possesso-
rio; non tamen præiudicat in petitorio; quia probata filiatione
habebit effectum. Sign. *d. cons.* 256. *in fi.* † Amplia, vt procedat et- 5
iam si auus paternus viuat, in cuius potestate erat pater ventris
mortuus; quia licet nasciturus cadat in potestatem aui paterni;
tamen non potest auus prohibere missionem vẽtris in possessio-
nem bonorum castrensium, vel quasi. Bald. *cons.* 126. *Quidam nobi-*
lis, lib. 1. vbi, quod quamdiu est partus in ventre, est pars viscerum
matris, & mater præfertur, & duplicatur *cons.* 137. *Quidam nobilis,*
eod. lib. 1. † Tria tenetur petere mater volens ventrẽ mitti in pos- 6
sessionem, videlicet missionem in possessionem nomine ventris,
item dari curatorem ventri, seu bonis; tertio, quod fiat inuenta-
rium; adde quartum, quod filius si nascatur, per trienniũ apud
eam educari debeat. Bald. *d. cons.* 126. *v. indubitanter igitur, li.* 1. quod
duplicatur *eod. lib. cons.* 137. Vide, *Mater quando priuetur successione fi-*
lij; quia ventri non petiit tutorem. Concl. 114. † Quatuor debet conti- 7
nere denunciatio, quam debet facere mulier prægnans; primum,
quod inspiciatur venter; secundum, quod custodiatur; tertium,
quod adsit presentia partium; quartum, quod iam natus inspicia-
tur. Sign. *cons.* 256. *n.* 2. † Bona autem mobilia, & redditus sunt ad- 8
ministrandi per curatorem, & deponendi, ne insinistrum trãseãt.
Bald. *d. cons.* 126. *li.* 1. *n.* 3. *ver. videtur igitur dicendum.* † Effectus, quos 9
cõsequitur mater ex missione ventris in possessionem, sunt; quia
debet ipsa ali. Bald. *cons.* 137. *circa med. ver. concludo ergo, lib.* 1. † Secũ- 10
dus effectus; quia ipsa petet curatorem ventri, & bonis. Bal. *d. cõs.*
137. *circa med. v. secundus effectus, li.* 1. † Extende in tantum, vt si auus 11
pueri, seu ventris habeat suspectum, potest petere illi adiungi cõ-
curatorem. Bald. *dict. cons.* 137. *vltra med. ver. item non debet dari, lib.* 1.
† Tertius effectus est; quia debet fieri inuentarium bonorum, & 12
mobilia deponi, vt conseruentur. Bald. *d. cons* 137. *ver. & debebit fie-*
ri inuentarium, circa med. li. 1. † Quartus effectus; quia per trienniũ 13
mater habebit filium natum penes se educandum, si non transit
ad secunda vota. Bald. *d. cons.* 173. *circa fi. ver. item est alius effectus, lib.* 1.
† Quintus effectus; quia si mater non petat dari hunc curatorẽ 14
ventri intra sex mẽses, priuatur successione posthumi postea na-
ti, si moriatur. Bar. *cõs.* 22. *Homo in fi. n.* 5. *li.* 1. Vide, *Pupillus apud quem*
educari debeat. Concl. 977. *& Concl. prox. seq.*

Ventre in possessionem misso, si mulier nõ est prægnãs, qualiter fiat restitutio. Concl. 77.

MVLIER † si propter vẽtrem missa est in possessionem ante 1
aditam hęreditatem per proximiores, dicitur possidere, &
impeditur aditio, nisi concurrant tria, quod mulier dicat se præ-
gnantem, & opinio sit in contrarium, & hæres credat non præ-
gnantem; quia si postea appareat non prægnans, non impediuit
aditionem, neq; posse dit, sic videtur velle Bart. in *l.* 1. *§. necessario, n.*
1. *ver. oppono ad primam. ff. si ventr. nomin. mulier in poss. ff.* † Declara, vt 2
si primo hæres adiuisset, vel si dicta tria concurrerent, quod mu-
lier non possideret, sed detineret, ideo si apparet non prægnãs, expel-
litur de possessione manu militari. Bartol. & alii in *d. §. necessario.*

3 Bald.*cons.*362.*Quanquam super prædicto*, *lib.*3. † Restringe, vt non procedat declaratio, si mulier in alium transtulisset possessionē; quia non potest ille tertius expelli manu militari, sed inter dicto *vti possidetis*, agendum est. Bald.*d.cons.*362.*in pr. quasi per tot.* vbi red-
☞ dit rationem *lib.*3. Vide, *Facta de facto etiam sunt renouanda de facto, &*
4 *quando secus. Concl.*11. † Idem non obstāte rescripto Principis; quia ad viam iuris debet reduci. Bald.*d.cons.*362.*n.*2.*ver. nec obstat rescriptum*, *lib.*3. Vide Conclusionem proxime præcedentem.

Venter vxoris instituti comprehendit omnes posthumos. Concl 78.

1 VENTER † vxoris si instituatur hæres, licet plures posthumi nascantur, omnes censentur instituti. Oldr.*cons.*212. *Quidam in suo testamento.* Ang.*cons.*51. *Simon Notarius*, *n.*3. vbi hoc admittit,
2 quando simpliciter est dictum, *ventrem vxoris instituo.* † Amplia, vt imo si posthumus instituatur hæres, & plures posthumi nascantur, omnes censentur instituti, quia verba singularia trahuntur ad pluralitatem, maxime in fauorabilibus. Fed. de Sen. *consil.* 42.
3 *Testator instituit.* † Declara tamen hanc ampliationem, vt nō procedat in odiosis, si filio posthumo esset substitutus alius; quia natis pluribus posthumis substitutio euanescit, vt per Fed.*d.cons.*42.
4 per text. in *l. singulis. ff. de vulg. & pupill.* † Restringe forte declarationem, quando substituta esset pia causa, per ea, quæ Bald. conclu-
5 dit *cons.*122.*lib.*1. † Amplia; quia etiam si testator instituat ventrē vxoris, si filium pariat; quia si pariat filiā, & postea moriatur mater, & extrahatur alius filius masculus, dicitur institutus, licet ꝓprie mulier non pariat, & primo loco pepererit filiam fœminā, nihilominus masculi institutio valebit. Bald. *cons.*122. *Verba testamenti sic dicunt. lib.*1.*in pr. & cons.*128.*eod. lib.*1. *& cons.*113. *Proponitur,*
6 *quod quidam*, *lib.*5. † Extende, vt procedat ampliatio et ad effectū substinendi substitutionem factam filio sic in ventre instituto, quando substituta erat Ecclesia, vel pia causa. Bald.*d. consil.*122.*per*
7 *tot. lib.*1.*& cons.*128.*lib.*1.*&* 113.*lib.*5. † Contrarium de directo consuluit Ang.*cōs.*51. *Simon Notarius*, vbi late tuetur, quod verba, *si prægnans esset*, referuntur ad ventrem, qui erat prægnans tempore testamenti, & ideo, quod nullum valeat testamentum, neq; substitutio: quia filia est præterita, & licet cōsuescat de iure prætorio, quando mortua est viuo patre; tamen non extenditur ad ventrē post primam vicem prægnātē, vbi multa pulchra dicit circa hoc; & quia verba sunt conditionalia, quæ ad primum actum, & pri-
8 mum partum referri debent. † Declara tamen ex mente Angeli *d.cons.*51.*n.*3. quod si simpliciter dixisset, *ventrē instituo*, omnes post-
9 humos comprehenderet. † Idem esset, si vxor prægnās non fuisset tempore testamenti. Ang.*d. cons.*51.*nu.*3.*ver. nunc ad propositum.*
10 † Amplia; quia si pater instituat ventrem vxoris, si grauida esset, si pariat filium masculum, vel plures; quia licet pariat masculū, & fœminam, valet testamentum, & censetur legasse filiæ, & filium masculum instituisse, quia sufficit institutio ventris & alia, quę sequuntur, videl. si pariat masculum, &c. non tollunt institutionē. Bald.*cons.*128. *Ad intelligentiam, n.*2.*ver. contrarium est verum*, *lib.*1. nū-
11 cto themate *cons.*122.*eodem lib.* quod est vnum, & idem. † Amplia, vt procedat, quando pater instituit ventrem vxoris, si prægnans fuerit; quia licet superuiuat testator per annum, & vltra, ita quod appareat non fuisse prægnantem tempore testamenti, si postea moriatur testator, & vxor sit prægnans, posthumus natus dicitur institutus, nec rumpit testamētum tāquam præteritus; quia perinde est dicere, *instituo ventrem*, vel, *instituo posthumum*; & ideo quādocunq; nascatur, est institutus. Bald.*cons.*130. *Mihi Baldo*, *lib.*4. vbi
12 multa fundamenta adducit. † Extende, vt procedat etiam ad effectum substinendi substitutionem pupillarem factam ventri, si prægnans fuerit vxor; quia si non erat prægnans tempore testamēti, sed postea inde ad annū, & pariat posthumum, qui decedat, substituti præferuntur matri in successione; quia posthumus fuit institutus. Bald.*d.cons.*130.*per tot. lib.*4. vbi loquitur, quando testator dixit, *instituo ventrem. si prægnans fuerit*; quia tempus futurū de-
13 notat. † Cōtrarium de directo tenet Ioannes domini Petri de Amelia inter consilia Bald.*cons.*129. *Factum proponitur. per tot. lib.*4. vbi, quod ex quo non erat prægnans tempore testamenti, posthumus dicitur prēteritus, & rumpit testamentum, & succedit ab intestato, cui decedenti succedit mater, & dicit illud verbum, *fuerit*, licet recipiat futurum; tamen habet initium à prēterito tempore
14 institutionis. † Restringe secundum Bald. quando testator instituit ventrem prægnantem de præsenti, vel per verba præsentia, *si prægnans est*: quia tūc si posthumus nascatur alio tēpore, per quod constet, quod non fuit prægnans tempore testamenti, bene diceretur præteritus, & rumpere testamentum, & substitutionē. Bald. *d. cons.*130. *circa med. vers. tertio moueor*, *lib.*4. † Declara, quia in ea-
bus, in quibus posthumus præteritus rumpit testamentum, & procedat, si superuiuat posthumus testatori; si vero prematur tunc conualescit testamentum, dummodo peratur bonorum sessio intra annum. Vide, *Testamentum nullum conualescit mo-*
*bus, & modis, & quando secus. Concl.*129. † Amplia; quia si instituat ventrem, si prægnans esset, cēsetur instituisse omnes posthumos natos etiam pluribus vicibus; quia dictio, *si prægnans* telligitur, quando prægnans esset, & ideo omnes comprehendit & plures, quando fuit adiectum, *si vnum, vel plures parent*. Bald. *fil.*233. *Proponitur, quod dictus*, *lib.*5. † Contrarium tener Ang. del ruf. *cons.*51. *Simon Notarius*, vbi late, quod dictio, *si prægnans esset* fertur ad ventrem prægnantem tempore testamenti, & tempus præteriti imperfecti, quod potest referri ad futurum: men illud esset, si prægnans non fuisset tēpore testamenti, + dem plia; quia si pater instituit ventrem vxoris, si prægnans esset, & pereret masculum, seu masculos, & postea peperit fœminā mortuā statore, quæ mortua est, & deinde mortuo testatore vxor da octo mensium mortua est, & masculus est extractus de ventre qui mortuus est, valet institutio, & substitutio; quia transit omnem posthumum, etiam sectum de corpore. Bald. *d. cons.* 128. *lib.*1.*&* 113.*lib.*5. † Contrarium Ang. *d.cons.*51.*nu.*4.*ver. dicitur*. vbi, quod sectus non dicitur editus partus, & qui substitutio facta partui masculo, qui nascetur, vel quem peperit habet locū in secto, nisi esset vulgaris substitutio. † Amplia, ter instituat filium posthumum masculum, & si filia nascatur dem iure institutionis legauit, & contingat vxorem prægnā parere masculum, qui moritur, deinde pariat fœminā, quatenus de rigore dici posset ꝓterita; quia testator sensit de vētre tempore testamenti; tamē valet testamentum, ex quo vixit uidit. Ang. *cons.*301. *Factum tale legitur, in pr.* † Limita; quia instituat ventrem vxoris, si nascatur masculus, quatenus nasceretur, dicitur præterita, quia de ea testator non sensit *cons.*51. *Simon Notarius, n.*3.*v. concludo igitur*. Vide, *Posthumus pro nato ad sui commodum. Concl.*453. Vide, *Testator instituens* censetur *instituisse omnes posthumos. Concl* 139.

Verba ad quid inuenta, & quid operentur. Concilio 79.

VERBA † sunt adinuenta ad demonstrandum conceptu mentis, *ca. intelligentia. de verb. signifi.* quia per verba quis fert cogitationes suas in alterius noticiam; & ideo secundū verba extrinseca sonant, iudicamus consensum esse intrinsecū Gem. *cons.*61.*in pr. Super præmisso dubio*. Vide, *Loquendum quando & qualiter sciendum. Concl.*443. † Et quia talis intelligitur mens corde, quale verbum in ore; nam tuba cordis est lingua loquentis, vt inquit Bald. *cons.*160. *Facta fuit inuestitura, circa fi. ver. dicatur, li.*1. vbi, quod verba attendenda sunt, prout sonāt. † Et lum maius est mentis testimonium, quam qualitas inspectiborum. Bald. *cons.*305. *Verba Principis, in prin. ver. aut est dubium.* Rol. à Vall. *cons.*61.*n.*8. *& seq. lib.*2. † Ex loquela enim hominverbis illius animus deprehenditur, vt in Euangelio: *Nam la tua manifestum te facit.* Bald. in *l. sed & reprobari ff. de excusa* † Et verba sunt notæ passionum, *l. Labeo. ff. de supell. leg.* item tis nostræ testimonium. Pet. Surd. *cons.*179.*n.*62. *Verba ligant* nes, *taurorum cornua funes.* † Et vbi verba sunt clara, non admquæstio voluntatis. *l. ille, aut ille. §. cum in verbis. ff. de leg.*3. *ea. l.* significf. † Et ex corde proueniunt verba; quia cor est imperanguæ, & habet eam sub se tanquam mancipium sub iurisdictio Rol. à Val. *cons.*70.*n.*60. *lib.*3. † Et verba indicant ea, quę in habemus, & volumus, *l. Labeo. §. idem Tubero. ff. de supellest. leg. cons.*4. *Quantum ad primum. col.*3. *lib.*4. † Et maxime in contà verbis non recedimus; quia forma cōtractus sunt verba, ma dat esse rei. Dec. *cons.*352. *Viso consilio, in pr.* † Limita; quia trimus à verbis propter mentem; quia verba deseruiunt mentde, *Instrumentorum verba quomodo interpretanda. Conclus.*251. *Mens, & ratio attendenda plusquam verba. Concl.*199.

Verba omnia ad tres species rediguntur, & vide decisgulis speciebus. Concl.80.

VERBA † omnia rediguntur ad tres species; quia aut sunt enciatiua, aut confessionis, aut dispositiua. Bald. *cons.*265. *Vinstrumenti procuræ, v. sequitur alia, n.*3. *li.*1. † Dispositiua tamē quadoq; efficiuntur verba enunciatiua, fauore piæ causæ, militis, tis, & similium, de quibus plene Alex. *cons.*190. *Plura narrata, non*
25. &

3 35. & seq. lib. 6. † Item aut sunt verba vniuersalia, vt infra, *Verba vniuersalia omnia includunt, & quæ sint vniuersalia. Concl. 121.* † Aut generalia, vt infra, *Verba generalia extẽduntur, & comprehendunt. Concl. 122.*

† Aut indefinita, quæ æquipollent vniuersali quandoq; & quandoq; non. Vide, *Indefinita quando æquipolleat vniuersali, vel secus. Concl.* 86. † Aut singularia, vt pluralia, vt infra, *Verba singularia, Concl.*

7 dul 18. & *Concl. ibi proxime seq.* † Item sunt affirmatiua, vel negatiua.

8 Vide, *Negatiua plus negat, quam affirmatiua affirmet. Concl.* 26. † Item omnia verba aut sunt de præterito, aut de præsenti, aut de futuro; quandoq; tamen præteritum habet admixtum præsens, quãdoq; omnino est separatum. Bald. *d. cons.* 263. *n.* 3. *lib.* 1. † Item sunt

10 vel ampliatiua, vel restrictiua, aut taxatiua, vt de singulis suis locis videri potest. † Item, aut clara, vel dubia. † Item omnia sunt directa, vel obliqua, vel communia, vt infra. *Concl.* 86. 87. & 88. † Rursus directa verba aut sunt directa ciuilia, aut directa non ciuilia, & ista directa nõ ciuilia idem sunt, prout verba communia; prout verbum commune, quia est directum secundum aliquos, cõmune secundum alios, quod idem est; quia qui dicunt esse directum, dicunt directum, sed non ciuile. Alex. plene *cons.* 165. *Circa*

11 *finem. lib.* 5. † Verba directa vbicumq; possunt operari directo, nunquam trahuntur ad obliquum, secundum comm.* Signor.

12 *in.* 173. *n.* 17. † Si vero non possunt operari directo, trahuntur ad & aliquum. *l. Scæuola. ff. ad Trebell.* Vide infra, *Verba dispositiua quæ dicuntur. Concl.* 83. Vide Conclusionem proxime sequentem.

Verba enunciatiua quæ dicantur, & non probent enũciata, & quando secus. Concl. 81.

1 VERBA † dicuntur enunciatiua & narratiua, quando de præterito fiunt; ideo faciens scripturam, in qua nõ dicit, donat, vel donaui, non inducitur donatio, neq; probatur. Castr. *cons.* 407. *Satisfaciendo, n.* 2. *ver. secundo quæro. lib.* 1. vbi quod cum sint extra iudicium, inducunt confessionẽ, & nõ dispositionẽ; quia po-

2 sunt probari contrarium. † Et ideo verba, ex quibus societas de pronto dicitur fuisse, sunt enunciatiua, & nõ probãt inter alios, fidlium inter contrahentes. Alex. *cons.* 36. *Viso themate, col.* 2. *in fi. ver. nec obstat, li.* 2. † Et verba, *Io ti ho dato per marito Carlo qui presente, & à Carlo, ti ho data mia figliuola per moglie*, id est, *dedi tibi pro marito Carolum hic præsentem, & ad Carolum, dedi tibi filiam meam in vxorem.* licet contentẽtur, non inducunt contractũ matrimonii, sed

4 enunciant matrimonium de præterito. Alex. *cons.* 153. *Visis narratis, in pr. & per tot. lib.* 5. † Declarat Alex. *d. cons.* 153. *nu.* 2. *ver. idcirco, lib.* 5. quod verba, quæ referuntur ad præteritum, & enunciant actum præteritum in contractibus, non inducunt dispositionẽ, sed probationem actus præteriti, quando agitur de obligatione inducẽda, secus si deliberatione, *l. Publia. ff. depos.* & per iura, quæ allegat.

5 † Extende; quia propterea si Notarius dicat, quod Titius produxit apocham manu Syluestri scriptam, non probaret, quod manu Syluestri sit scripta; quia verba sunt de præterito; secus si diceret, quam tales testes recognouerunt esse manu Syluestri, probaret; quia actus est de præsenti. Alex. *cons.* 241. *Perspectis, n.* 6. *ver. quinimo,*

6 *lib.* 6. † Declara; quia verba de præterito, vel de futuro actum enunciant, *l. Lex hac scriptura. ff. de donat. l. Titia cum testamento. ff. de leg.* 2. sed quando sunt de præsenti, & non enunciant actum in futurum explicandum, neq; in præteritum explicatum, tunc sunt dispositiua, *l. quoniam indignum. C. de testam.* ita Alex. *cons.* 190. *Plura, n.*

7 31. *ver. fortius dico, lib.* 6. † Item verba enunciatiua, seu narratiua dicuntur esse illa, quæ sunt ad proœmium, vel præambulum; in quibus non sistit voluntas, sed transeunt, & non stant per se, & nõ sunt verba principalis dispositionis. Alex. *cons.* 82. *Viso processu, n.* 21. *ver. nam ostenditur. lib.* 3. Paris. *cons.* 127. *in fi. lib.* 1. *& cons.* 27. *n.* 34. *& seq.*

8 *li.* 3. † Item verba enunciatiua sunt illa, quæ sunt ipsum proœmiũ, & præambulum, & non sunt dispositiua, vel sunt illa, quæ non stant per se, & in eis non sistit voluntas, sed transeunt, & non consistit in eis verbum principale orationis, & dispositionis, sed verba dispositiua stant per se, & principaliter propter se. Ale. *cons.* 181. *Viso processu, n.* 3. *ver. nam verba enunciatiua, lib.* 7. Dicuntur verba enunciatiua, quando non sunt fundamentum priuilegii, & super eis enuncians principaliter non se fundat; ideo non disponunt, quando propter aliud sunt emissa in priuilegio. Aret. *cons.* 23. *n.* 8.

9 *ver. verum tamen.* † Extende; quia verba enunciatiua propter aliud emissa, vel demonstrationis causa emissa non probant etiam inter enunciantes Franc. Aret. *cons.* 13. *Viso diligenter, col. fi. ver. præterea*

10 *ista confessio.* † Verba enunciatiua incidenter prolata, & ad alium finem, seu propter aliud, non probant, *c. si Papa, de priuil. lib.* 6. *clem. fi sumus, de sent. ex com.* Alexand. *consil.* 94. *Repetitus, num.* 5. *ver. attento, quod, li.* 7. vbi, quod non ꝓbant quoad alios, secus quoad enũciates. Vide, *Confessio enunciatiua, & incidenter facta quando disponat, &c. Concl.* 652. Vide, *Instrumenta non probat. & quando secus. Concl.* 193. Vide, *Narratiua verba præsumptionem, & probationem inducunt. & quando secus. Conclus.* 5. Vide, *Relatum debet probari, & quando sufficiat sola relatio, &c. Conclus.* 128. † Declara; quia verba enunciatiua non probant inter alios, sed inter enunciantes probant. Alex. *cons.* 66. *Viso processu, col.* 2. *ver. nec obstat, si dicatur, lib.* 1. Castren. *cons.* 425. *in pr. lib.* 2. Bartol. *cons.* 123. *Factum sic se habet, num.* 3. *lib.* 1. Alexand. *cons.* 136. *Viso, num.* 31. *versic. item est verum. lib.* 1. *& cons.* 94. *num.* 5. *lib.* 7. † Et maxime in teste verba enũciatiua non probant, veluti si dicat, quod A. adulterauit, & cognouit Bertam vxorem Titii, non probat; quia ista verba, *vxorem Titii*, sunt enunciatiua. Bart. *cons.* 113. *Processum, num.* 5. *lib.* 1. vbi apost. in *ver. verba enunciatiua*, dat concordant. † Et ideo non nocet enunciatio facta enunciãti, & non extẽditur ad filios, & alias personas, quæ non fuerunt præsentes. Fulgos. *cons.* 5. *in fi. ver. pro quarta.* † Sed bene nocent hæredibus, & singularibus successioribus, sicut ipsis contrahentibus; plene Crauet. *consil.* 217. *num.* 7. apostill. ad Alexand. *consil.* 112. *lib.* 6. *in princip.* citat Socin. & Aretin. in pluribus consiliis, plenius Crauet. *cons.* 29. *in pr.* vbi alios citat. † Intelligas, dummodo probetur, quod ille, contra quem inducuntur verba enunciatiua, sit vniuersalis, vel singularis successor. Alexan. plene *cons.* 94. *Repetitus, num.* 3. *& seq. ver. productum est etiam, lib.* 7. vbi plene, quando, & qualiter verba enunciatiua probent, vt quis dicatur successor. † Et licet exhibeatur instrumentum, in quo narretur nutricem alienasse bona sui filii, & hæredis talis; non tamen probatur, quod sit, vel fuerit hæres ex illis verbis enunciatiuis, maxime quia in instrumento non est decretum iudicis, neq; alia solemnia, quę requiruntur in tali alienatione. Alexand. *d. cons.* 94. *num.* 3. *& sequ. ver. productum est etiam*, maxime *n.* 4. *lib* 7. † Extende maxime; quia ista est solemnitas extrinseca, quæ non præsumitur. Alexand. *d. consil.* 94. *nu.* 5. *ver. & attento quod li.* 7. † Extende; quia imo neque probant dicta verba enunciatiua etiam in instrumento antiquo prolata. Alex. *dict. cons.* 94. *num.* 6. *& seq. ver. nec obstat, si diceretur, lib.* 7. Vide infra *num.* 87. *ver. limita in probationibus instrumentorum antiquorum.* † Declara tamen; quia verba enunciatiua quandoq; inducunt dispositionẽ, quandoq; confessionem, & quandoque indicant, & multum refert, an probent propter dispositionem, vel confessionem. Bald. *cons.* 263. *Verba instrumenti procuræ, n.* 3. *& 4. lib.* 1. & differentiam vide infra *n.* 127. † Amplia; quia verba enunciatiua non probant, neque dispositiua contra absentes, neque pro absentibus. Petr. de Anch. *cons.* 34. *n.* 6. *ver. item quod si inter ipsos*, late Crau. *cons.* 370. *num.* 7. *ver. neq; ad rem*, allegat Castrens. in multis consiliis; quod tertiis non præiudicatur ex verbis enunciatiuis. Alex. *cons.* 74. *Viso puncto. num.* 13. *ver. nam ad hoc, lib.* 4. vbi idem in verbis narratiuis. † Et ideo non probant contra tertium, neque præiudicãt tertio. Alex. *cons.* 78. *In causa, & lite, num.* 3. *ver. nec ad hoc obstat, lib.* 7. † Restringe; quia bene verba enunciatiua tertio præiudicant quoad præsumptionem inducendam, ita quod si nihil doceatur in contrarium, statur verbis enunciatiuis. Crauet. *cons.* 911. *nu.* 15. allegat se ipsum *de antiq. tempo. par.* 1. *n.* 48. *& seq.* Natt. *cons.* 235. *nu.* 12. † Declara, vt plene per Crau. *cons.* 966. *n.* 16. vt verba enunciatiua tertio non noceant, nisi ille, qui enunciat, possit præiudicare tertio, prout in successore, vel alio simili casu. † Amplia; quia vbi necessaria esset scriptura ad actum enunciatum, verba enunciatiua inter præsentes nõ probãt; quia requiritur specialis scriptura. Bald. *consil.* 496. *n.* 3. *ver. est tamen aduertendum, lib.* 5. † Amplia; quia verba enunciatiua conditionaliter prolata non disponunt. *Conclus. prox. seq.* † Amplia; quia verba enunciatiua non probant, quando sunt conditionaliter emissa; quia nõ disponunt, veluti si dicatur, cum sit, quod vt dicitur, vel vt asseritur, quod talis fecerit &c. Bart. plene *cons.* 90. *Dilecto domino, n.* 7. *& 8. lib.* 1. † Amplia in inuestitura feudali; quia licet inuestiti narrent feudum fuisse suorum progenitorũ; tamen verba narratiua non ꝓbãt feudũ antiquum, vel paternum. Petr. de Anch. *consil.* 34. *n.* 5. *in fi. & n.* 6. *ver. non obstat, si dicatur.* † Extende, etiam si in inuestitura adsint verba, *& prout tenebant vestri maiores dicta feuda*; quia per hoc non probant verba narratiua, tanquam ambigua, de quibus Castr. *cons.* 462. *in pr. ver. nunc videndum est, lib.* 1. secus, si constaret ex inuestituris insertis, vt ibi per eum. † Extende, etiam si verba narratiua inuestituræ sint talia, super quibus se fundet concessio; quia quoad absentes non probant, secus quoad præsentes. Petr. de Anch. *d. cons.* 34. *numer.* 6. *ver. non obstat, si dicatur.* † Extende; quia si narretur feudum deolutum ob non petitam inuestituram, non nocet agnatis, qui non consenserunt, quando feudum erat antiquum. Castr. *cons.* 425. *in pr. lib.* 2. † Amplia; quia verba enunciatiua etiam per modum causæ non disponunt in contractibus, secus in vltimis voluntatibus,

& ita loquitur Bart. in l. *ex hac scriptura. v. venio ad secundum. ff. de donat.* prout ita declarat eundem Castrens. *cons.* 325. *Super secundo, nu-*
32 *mer. 2. & seq. ver. tertio videndum, lib. 1.* † Amplia; quia verba instrumenti captæ possessionis enunciatiua, *talem procuratorem*, nõ probant mandatum procuræ. Alexand. *cons.* 81. *Lecto, num. 10. ver. quia*
33 *non apparet, lib. 3.* † Amplia; quia in odiosis verba enunciatiua nun-
34 quam disponunt Dec. in *cap. per tuas, n. 30. de probat.* † Amplia; quia verba enunciatiua non probant, neq; præiudicant, quando sunt generalia; quia ad hoc, vt præiudicent, necesse est quod sint specifica. Crauet. qui multa allegat similia *cons.* 29. *n. 3.* & ideo is, qui enunciat exequutionem factam legitime, vel seruatis seruandis, vel vnionem cum solemnitatibus, vel appellatum, non sibi præ-
35 iudicat, nisi constet de enunciatis in specie. † Contrarium tenet Dec. *cons.* 20. *n. 5.* vbi, quod ampliatio procedit in prohibitis, prout si merita donatarii in genere enunciẽtur inter prohibitos donare, secus inter permissos; vel dic, quod ampliatio procedit in
36 requirentibus formam, prout solemnitas. † Amplia in verbis enunciatiuis, seu narratiuis sententiæ; quia operantur solum præsumptionem, quod iudex viderit ea, quæ narrat vidisse. Bald. *cons.* 293. *Præmissis duobus, lib. 1. in fi.* Castrens. *cons.* 19. *Supradicta exceptiones, in prin. lib. 1.* vbi, quod statur illis verbis, *quod vidit*, quando visio
37 potuit interuenisse. vide infra *num.* 41. † Declara tamen; quia talia verba sententiæ important relationem, vt sententia non dicatur incerta, quę se refert ad certum instrumentum, quando iudex di-
38 cit, *viso instrumento*. Bald. *d. cons.* 293. *in fi. lib. 1.* † Extende; quia bene verba sententiæ antiquę enunciatiua probant illud enunciatum propter præsumptionem, quæ est pro sententia, secus est in contractu. Alex. plene *cons.* 94. *Repetitus, num. 6. & seq. ver. nec obstat, lib.*
39 7. † Extende, vt imo verba sententiæ nihil probent, quod actus ille enunciatus interuenerit, prout est citatio, quãdo fuit lata ab-
* sente parte, quæ dicitur citata secundum magis * communem, de qua Alex. *cons.* 42. *Viso processu causæ, n. 3. li. 4.* secus si partib. præ-
40 sentibus. Zab. *cons.* 72. *circa fin.* † Restringe in sententia arbitratoris; quia cum non teneatur citare partem, nec seruare solemnitatem, sed solum se informare, & partes audire, statur suæ assertioni, & verbis narratiuis sententiæ, imo potest examinari, & probat circa gesta per se. Cuman. *cons.* 7. *Primum videndum, n. 7. ver. pro quo*
41 *facit.* † Amplia; quia verba enunciatiua iudicis in sententia, *visis, &c.* vel quod aliquis fuerit legitime impeditus, non probant. Zabar. *cons.* 72. *nu.* 16. *ver. videndum.* vbi, quod ea, quæ eodem die non potuerunt interuenire, non probantur ex assertione. Rom. *cons.* 157. *nu. 3.* vbi dicit tam in arbitro, quam in iudice, vide supra *n.* 36.
☞ Vide, *Instrumentum non probat quoad multa in instrumento descripta, &*
42 *quando secus. Conclu.* 242. † Extende in verbis enunciatiuis arbitri.
43 Rom. *d. cons.* 157. *n. 3.* † Restringe, nisi Notarius diceret, *de quibus e-*
44 *go fui rogatus.* Zabar. *d. cons.* 72. *n.* 16. † Contra restrictionem, quod neque credatur Notario circa enunciata, etiam si dicat, *se rogatum*, tenent multi in *authen. si quis in aliquo*, & citat plures Zabar. *d.*
45 *cons.* 72. *n.* 16. † Restringe, quando sententia fuit lata inter præsentes, & transiuit in iudicatum; tunc enim probantur enunciata in
46 ea quoad præsentes. Zab. *d. cons.* 72. *circa fi. ver. nisi constaret.* † Secus, quando sententia esset nulla, puta lata à prætẽso delegato; quia si non constat de delegatione, etiam quod in sententia lata præsentibus partibus dicatur, *visa delegatione*, etiam quod partes non appellauerint, nihil releuat; quia operantur quoad respicientia processum, & solemnitatem, non autem fundamentum iudicii.
47 Ang. Aret. *cons.* 6. *Dico sexto, n. 16. & seq. ver. non obstat tertium.* † Idẽ, si constaret de ciuitate, & pars fuit contumax; quia habetur pro
48 præsente. Card. Zab. *d. cons.* 72. *n.* 16. *ver. & idem dicendum.* † Amplia; quia verba laudi, vel sententiæ enunciatiua demonstratiue, & propter aliud non probant. Alex. *d. cons.* 46. *n.* 8. *ver. nam non obstat,*
49 *lib. 1.* † Amplia; quia confessio enunciatiua propter aliud, prout in teste confitente delictum super interrogatoriis non præiudicat, vt de delicto possit condemnari. Alex. in *l. 2. §. si ex publico*, in apo-
50 stil. ad Bart. *ff. de adult.* † Extende; quia verba enunciatiua nedum minoris cum iuramento, sed etiam maioris, imo Papæ, & Imperatoris enunciatiua propter aliud, prout si Papa enunciat aliquã Ecclesiam exemptam, non probant, quod sit exempta; secus si essent verba dispositiua. Bart. *cons.* 90. *Dilecto, nu.* 10. *ver. præterea iura-*
51 *mentum, lib. 1.* † Amplia; quia neq; verba enunciatiua Papæ de facto aheno probant in præiudicium tertii. Crau. *cons.* 498. *num.* 7.
52 allegat se ipsum *de antiq. temp. part. 1. n.* 44. † Amplia; quia in testibus verba enunciatiua non probant, apost. magna Matthes. *sing.*
53 79. *in fi.* † Amplia, quia verba enunciatiua instrumenti producti non probant contra producentem, sed solum dispositiue, ita Be-
☞ ro. *cons.* 170 *n. 2. & n. 7. lib. 2.* Vide, *Producens scripturam censetur fateri omnia contenta in scriptura producta, & quando secus. Concl.* 872. & 873.

† Contrarium Purpur. *cons.* 279. *nu.* 12. *lib. 1.* † Amplia; quia præstrumentum dotis promissæ, vel solutæ non probant matrinium, licet fiat mentio de dote ob matrimonium, quando egit disputari principaliter de matrimonio. Rom. *sing.* 451. *Nam, per instrumentum*, vbi apost. declarat, nisi quoad contrahentes, si fiat mentio, quod sit contractum, vel consummatum. Mat-
sil. *sing.* 79. *Nota, quod quotiescunq;*, vbi apost. magna multa allegat. † Contrarium Decian. *cons.* 32. *n.* 89. *ver. non obstat quod ad hoc*, vbi, quod dos hodie secundum * communem est necessaria ad matrimonium; quia nullus sine dote contrahit matrimonium. † Declara, vt plene Fel. in *c. illud, n. 4. de præsumpt. & prædicta*, vbi, quod probatur quoad enunciantes rem, quando fit narratio, quod fuit contractum matrimonium, alias secus, & ita etiam apost. ad Matthes. *d. singul.* 79. † Amplia; quia verba nunciatiua inter præsentes non probant, quando altera pars potest præiudicare, veluti in re capitulari, si aliqui de Capitulo liquid asserant. Bald. *cons.* 495. *in prin. lib.* 5. † Amplia; quia verba nunciatiua non probant inter præsentes, quando non fuerunt ad dem contractu, sed ex alio. Bald. *cons.* 496. *n. 3. ver. si autem vide.* 5. † Et ideo si fiat instrumentum venditionis, & vendens dicat casse fructus rei, seu rem venditam emptori protribus annis teritis, nõ poterit emptor conuenire titulo conductionis pro fructibus ante venditionẽ; quia licet illa verba probent ad enunciantes; non tamen quoad tertium, & maxime si mentio de pensione, sine qua locatio non valet. Alex. *in causa, & lite, n. 2. & seq. ver. nec obstat. si diceretur, lib. 6.* † Idem paret instrumentum, in quo Titius & Berta confitentur matrimonium inter eos præcessisse, in quo dotem confitentur illud matrimoniũ enunciatũ bene ꝓbatur quoadeos, secus ad alios. Alex. *d. cons.* 184. *nu. 3. ver. & ideo dicit Bald. lib. 6.* † Dic quia multiplicia sunt verba enunciatiua; quia aliqua sunt de terito, aliqua de præsenti, & aliqua de futuro, aliqua de præconiuncta cum præsenti, aliqua de præterito dudum, & de à præsenti. Bald. *cons.* 263 *Verba instrumenti procura. nu. 3. ver. alia. li.* 1. vbi late, quãdo verba sint dispositiua, & qñ enuncia & qualiter, & ad quem effectum probent. † Amplia; quæ verba narratiua, seu enunciatiua inter partes, quod bona fuit hæreditaria, non præiudicant, si deceatur de veritate in contrarium. Bal. *cons.* 291. *n. 4. & seq.* † Extende, etiam si is, qui enunciat bona hereditaria, sciebat esse propria; quia quoad dominium transiendum, vel præiudicandum in dominio non probant, nec iocto de veritate in contrarium Anch. *cons.* 291. *n. 4. & seq.* me *n.* 5. † Amplia; quia etiam verba enunciatiua inter partes, alias probant enunciatum propter se, quando illud enunciatum confert ad validitatem actus principalis, non tamen probatur inter easdem partes, quando de illo enunciato separatim ab validitate contingat principaliter disputari. Alex. *cons.* 21. *Visa cessit, n. 4. ver. pro hoc etiam*, vbi apost. in *ver. enunciato. lib.* 1. ponit nitos concord. Curt. Iun. *cons.* 93. *lib. 2.* & de * communi Curt. Iun. *cons.* 41. *n. 2.* Dec. *cons.* 359. *n.* 6. plene Purpur. *cons. pr. lib. 1.* Ruin. *cons* 167. *n. 25. lib. 1.* Alex. *cons.* 136. *Viso, n.* 10 & *n. non obstat. lib. 1. & cons.* 202. *Super causa, nu. 3 lib. 2.* † Extende, contingit disputari super enunciato principaliter, non pro verba enunciatiua etiam inter contrahentes. Alex. *cons.* 21. *n.* 4. sequitur Affl. *dec.* 83. *n.* 4. Bald. in *l. ad probationem, in fi. C. lex. cons.* 136. *n. 11. lib. 1.* Ant. de Butr. *c. illud, n. 4. in 4. not. ab* vbi Abb. *n.* 6. Fel. *n.* 3. Im. *n.* 3. Io. de An. *n.* 3. Crau. *cõs.* 199. *n.* 11. Dec. *c. per tuas, de probatio. n.* 38. Alex. *d. cons.* 202. *num.* 3. *lib.* 2. *cons.* 120. *n.* 19. *lib.* 3. Ias. *cons.* 81. *nu.* 2. *ver. quarto moueor, lib.* 1. Purpur. *cons.* 282. *in princip.* † Et quod ista sit regula, & communis * opi quod confessio per verba enunciatiua non probet inter eius partes, quando principaliter disputatur de enunciato, attesti Franc. Aret. *consil.* 13. *Viso diligenter, colu. fin. ver. est autem regula.* plene *cons.* 132. *Perlectis, n.* 23. *& seq. ver. tamen quando de illo enun. lib.* 5. vbi ponit plura exempla. † Extende, vt maxime procet quod confessio per verba enunciatiua non probent etiam in enunciantes super eo, super quo non possunt enunciantes di nere, prout quod non sit contractum matrimonium; quia nõ in facultate eorum dissoluere. Franc. Aret. *d. cons.* 13. *col. fi. ver.* * *sextum.* † Et declara extensionem, vt procedat, maxime quando contra enunciantes est præsumptio vrgens, & maior, sicut ei tra, quando præsumptio esset vrgentior pro confessione, ista Aret. *d. consil.* 13. *col. fi. ver. præterea ista confessio.* † Restringe, quan illud enunciatum importat dispositionẽ, & profertur ab eo, q potest, disponere super enunciato in sui præiudicium, vbi qu tanquam hæres contrahit. apost. ad Alex. *d. consil.* 21. *n.* 4 *in ver. enu ciato, lib.* 1. † Restringe in antiquis. Iacob. Put *allegat. ille cons. n.*

&c. 630. †Restringe; quia verba enunciatiua, quod quis sit meus, procurator, probant contra me etiam ad fauorem absentis, etiam si mandato procuræ principaliter agatur. Rom. *cons.* 63. *nu.* 2. † Restringe, quando concurrunt aliæ coniecturæ, & verisimilitudines, apost. ad Alex. *d. consil.* 21. *in ver. enunciato, lib.* 3. plene Grat. *cons.* 104. *n.* 4. *in fi. & seq. lib.* 1. Rui. *cons.* 167. *nu.* 24. *& seq. lib.* 1. † Restringe in enunciatis à Principe, maxime motu proprio. Ang. in *l. officiū, ver. salua. ff. de rei vend.* Soc. *cons.* 187. *n.* 7. *lib.* 2. Affl. *dec.* 305. *nu.* 14. Menoch. *cons.* 147. † Restringe, nisi verba sint enunciatiua, & assertiua eius, quod potuit tunc interuenire, apost. prædicta in *ver. enunciato, ad cons. Alex.* 21. *lib.* 1. vbi reprobat Rom. contrarium tenentē *cons.* 156. *colu.* 2. † Restringe; quia bene pariunt præsumptionem, quæ transfert onus probādi in aduersarium, etiam si agatur principaliter de enunciato. Crau. *de antiq. tēp. part.* 1. *n.* 58. *& in cons.* 600. *n.* 12. Ruin. *cons.* 141. *lib.* 5. *n.* 13. Soci. Iun. *cons.* 165. *n.* 7. *lib.* 1. † Restringe, vt per Paris. *cons.* 82. *n.* 76. *li.* 1. † Restringe, quando verba enunciatiua propter se, & non propter aliud sunt prolata. Crau. *consil.* 600. *nu.* 12. † Restringe, quando verba enunciatiua proferuntur super consanguinitate ab eo, qui vt consanguineus scire præsumitur. Ruin. *cons.* 141. *n* 10. Crau. *cons.* 600. *in fi.* vbi, quod informatus vere, vel præsumptiue non auditur, etiam si agatur principaliter de enunciato. † Contrarium tenet Ias. *consil.* 81. *lib.* 1. *per totum*, quod assertio, & enunciatiua consanguinitatis non noceat etiā hæredi enunciantis, etiam si lapsi sint 80. anni, vbi de * communi. † Declara; quia enunciatum, si est factum inter præsentes, & in iis, in quib. possunt disponere, illud probat, ēt si de illo enunciato contingat principaliter disputari, secus si ad fauorem absentis. Abb. *cons.* 85. *Videtur, col.* 2. *nu.* 2. *ver. nec obstat, lib.* 2. vbi, quod seruus acquisiuit pro domino absēte; ideo si de seruitute posteā agatur; non probatur. † Restringe fauore dotis, & in aliis casibus, in quibus verba enunciatiua probant. Bart. *cons.* 123. *lib.* 1. *circa fin.* & vide infra *n.* 135. *ver. limita.* † Amplia; quia verba legis, seu legislatoris. enunciatiua non disponunt, neq; probant Rom. *cons.* 191. *Spectabilis dominus, n.* 4. *&* 5. vbi apost. dicit esse regulam de hoc, quam limitat tribus modis, imo quatuor: primo, quādo factum proprium: secundo, quando factum prædecessoris: tertio, quādo sui, renūciato se fundat: quarto, quādo verba sunt geminata. † Extende; quia verba enunciatiua legis, vel statuti non inducunt ius super eo, quod narratur, vel enunciatur. Alex. *cons.* 82. *nu.* 22. *ver. sed. &* verba legis, *lib.* 3. † Extende; quia multo minus sumendum est argumentum à contrario sensu verborum enunciatiuorum, & narratiuorum. Alex. *cons.* 105. *nu.* 8. *lib.* 3. † Extende in verbis enunciatiuis Papæ in priuilegio propter aliud; quia non præiudicant tertio; quia non disponunt. Abb. *cons.* 9. *Firmiter puto, post med. ver. secundo videtur, lib.* 1. † Limita in probationibus instrumentorū antiquorum; quia verba enunciatiua fidem faciunt, vel saltem inducunt semiplenam probationem. Gem. *cons.* 117. *in pr. ver. secundo etiam per instrumenta.* plene Alex. *cons.* 12. *n.* 8. *lib.* 4. vbi dicit esse verum, quando sunt plura instrumenta; quia in antiquis probant confinia, supra *n* 18. † Extende; quia verba quantumcunq; enunciatiua in antiquis probant. Dec. *cons.* 42. *Et pro facultate, col.* 6. Ias. in *l. ex iis verbis in* 4. *limitat. C. de milit. testam.* Alex. *cons.* 6. *lib.* 1. *&* 74. *lib.* 4. *& cons.* 24. *lib.* 7. Abb. *cons.* 54. *num* 3. *ver. tertio probatur, lib.* 1. vbi plene Bero. *cons.* 87. *n.* 13. *& seq. lib.* 2 Grat. *cons.* 143. *num.* 10. *lib.* 2. † Et antiquum dicitur centum annorum, & vltra secundum * communem, de qua Ias. *cons.* 81. *nu.* 3. *lib.* 1. vbi reprobat Alex. qui contrarium tenuit tanquam contra * communem. † Contrariū, quod sufficiant 40. vel 60. anni, quando adsunt aliæ præsumptiones, vel quando agitur de plena probatione. Decian. *cons.* 32. *n.* 90. *& seq. lib.* 2. vbi citat plures ad hoc. † Ratio est; quia cum sit difficilis probatio, sufficit probatio præsumptiua. Bal. in *auth. quas actiones. col. fi. C. de sacros. Eccl. & in c.* 1. *§. vasallus. circa fi. ff. de feud. fuer. controuers.* imo coniecturæ tali casu habentur loco plenæ probationis Ang. in *l. si quis ex argentariis. §. fi. ff. de eden. & cons.* 218. *Visa narratione, col.* 5. Bart. in *l. in illa, in fi. ff. de verb. oblig.* vbi, quod in omnibus casibus, in quibus non potest haberi clara probatio, sufficit, quod iudex ex vehementi opinione informationem habeat, per tex. in *l. non omnes. §. à Barbaris. ff. de iudic.* & in hoc proposito, quod tempus dicatur antiquum. Vide, *Antiquitas habet multa priuilegia. Conclus.* 539. Vide, *Confinia qualiter probentur, & ex quibus. Conclus.* 700. Vide Mascardum *Concl.* 106. *Antiquum quomodo probetur per verba enunciatiua.* † Extende; quia imo sola fama in antiquis probat. Dec. *cōs.* 13. *& cō.* 36. *& cons.* 42. post Bald. in *l. proprietatis. C. de probatio.* Angelan. *l. at qui natura. §. cum me absente. ff. de neg. gest.* Alex. *consil.* 12. *lib.* 4. Curt. Sen. *cons.* 76. † Extende; quia etiam probant mandatum enunciatiuum. Vide, *Mandatum, Concl.* 32. † Restringe; quia vt verba enunciatiua instrumentorum antiquorum probent, requiritur, quod sint plura instrumenta, & non sufficeret vnum, etiam si esset enunciatio Principis in antiquis; quia nō sufficeret, ex quo non habet in hoc priuilegium, & maxime, quando esset super re, de qua non posset libere disponere. Rot. in *nouiss. part.* 1. *decis* 388. quæ allegat Achil. *dec.* 6. *de iure patron.* † Declara, vt confinia prouinciarum, & ciuitatum probentur ex libris, & instrumentis antiquis etiam inter alios propter difficultatem probationū. Gem. *cons.* 100. *colu.* 2. *circa med. ver. in quo quidem libro*, vbi loquitur de libro, & etiam ibi loquitur de transumpto antiquo. Abb. *cons.* 54. *n.* 3. *ver. tertio probatur, lib.* 1. vbi, quod probatio confinium ex verbis narratiuis in antiquis sumitur; quia agitur de modico pīudicio. † Restringe; quia verba enunciatiua non probant in instrumento antiquo, quod quis sit hæres, & maxime inter alios prolata, & quando instrumentum non habet sua solemnia, ita Alex. *cons.* 94. *Repetitus, n.* 5. *& seq. lib.* 7. vbi, quod non est mirum, si secus est in sēntia, pro qua præsumitur, supra *n.* 36. † Vide plene, quando probent verba enunciatiua in instrumentis antiquis. Alex. *cons.* 108. *n.* 4. *lib.* 1. † Limita, quando proferuntur verba in contractu inter præsentes super aliquo iure, in quo sit dare quasi possessorium illius iuris; quia cōstituunt illum, ad quē verba dirigūtur, possessorē illius iuris. Bart. in *l. ex hac scriptura, in fi. nu.* 16. *ver. ad vnum aduertas. ff. de donat.* sequitur Petr. Anch. *cons.* 2. *Vt tactum, in pr.* vbi, quod Commune Florentiæ probatur in quasi possessione exigendi onera ex verbis enunciatiuis. Alex. *cons.* 112. *Viso quodam, in prin. lib.* 6. vbi apost. in *ver. cum quo*, dat concordan. & loquitur in descriptione bonorum mobilium Titii, quæ Seius dicebat se tenere in depositum. † Extende in instrumento cautionis vsurarii; quia si enuncietur, quod fuit præstita Vicatio generali, probatur Vicariatus, donec constet de contrario. Bald. *cons.* 480. *Testator instituit, n.* 3. *ver. secundo quaritur, lib.* 1. Vide, *Instrumentum non probat quoad multa in instrumento descripta, & quando secus. Conclus.* 242. † Extende in verbis laudi enūciatiuis prolatis partibus præsentibus; quia probant inter partes præsentes. Ang. *cons.* 198. *Testator.* Ruin. *cons.* 128. *Factum, super quo, lib.* 2. Bald. *consil.* 511. *Quidam Prælatus, ad med. lib.* 5. Alex. *cons.* 112. *Viso quodam instrumento, in pr. lib.* 6. † Extende; quia vidētur communis regula, quod verba enunciatiua cōtractus probant inter contrahentes, *l. optimam. C. de contrahen. & commit. stipul.* maxime in iis, quæ possunt disponi ab ipsis partibus. Bart. o. in *authent. si quis in aliquo. C. de edendo. & in l. ex hac scriptura, ad fi. ff. de donatio.* Ias. latissime in *l. ex iis verbis. C. de milit testam.* † Declara hanc materiam; quia verba enunciatiua inter cōtrahentes, & eorum hæredes, & successores probant in iis, in quibus potuerunt disponere, alias secus: item quoad tertiū, licet bene possint verba narratiua prodesse tertio, vt probent aliquando plene, aliquando semiplene. Castr. *cons.* 139. *ver. iis non obstantibus, col.* 2. *lib.* 1. vbi, quod in antiquis vltra centum annos fama probat; quia præsumitur habuisse originem ab honestis personis, sed non probat factum antiquum contra tertium. † Declara; quia verba enunciatiua probant enunciatum de præterito inter partes, secus si enunciatum de præterito est inter tertios, ita Bart. *cons.* 90. *Dilecto domino, nu.* 7. *&* 8. *lib.* 1. † Extende in inuestitura, vel contractu; quia si bona enunciantur feudalia, talia p̄sumuntur. Alex. *cons.* 136. *Viso, in pr. ver. secundo ad probandū. lib.* 1. † Limita, qñ concurrunt ista, q̄ super enūciato fundatur intentio enunciantis, & illud enunciatum poterat esse, & cōcurrere tempore enunciationis, & ex illis enunciatis fit præiudicium, enunciantis, & enuncians est talis persona, q̄ pōt sibi p̄iudicare, tunc verba enunciatiua semper plenissime probant. Gem. *cons.* 103. *Pro responsione, n.* 10. *& seq. ver. pœnam solum. l. Publia. §. fi ff. depositi.* Bart. in *l. si forte. ff. de castr. pecul.* Dec. *cons.* 307. *nu.* 12. Guid. Pap. *sing* 373. *&* 377. Bauer. *sing.* 10. *v. instrumentum, n.* 11. Matthes. *sing.* 79. & ibi apost. quæ plures allegat, latissime Tiraq. in *l. si vnquam. C. de reuoc. donat. in ver. donatione largiuus, ver. tertia declaratio, n.* 87. *& plur. seq.* Alex. *cons.* 21. *lib.* 1. *& cons.* 136. *eod. lib.* Affl. *dec.* 83. Deci. in *c. per tuas, de probatio. & in cons.* 539. *n.* 6. vbi dicit * communē. * † Et quod verba enunciatiua instrumenti probent, quando illud enunciatum potuit interuenire tempore confecti instrumenti, Abb. *cons.* 18. *n.* 5. *col.* 3. *circa fi. ver. tertio facit, lib.* 2. vbi dicit * comm. * † Extende; quia ēt creditur Notario aliquid attestanti per verba enunciatiua circa ea, quæ potuerunt interuenire tempore actus gesti, ēt si alias non staretur eius dicto. Abb. *cons.* 33. *n.* 7. *lib.* 2. *ver. sed contrarium.* † Extende; quia, ppterea verba enunciatiua super valore rei probant; quia potuit æstimatio interuenire. Abb. *d. cōs.* 18. *n.* 5. *in fi. lib.* 2. † Extende idem in sententia enunciāte constare de mandato procuratoris; quia, pbat, ex quo mandatū potuit interuenire tempore sententiæ, & maxime, quando sentētia transiuit in iudicatum, & fuit lata partibus præsentibus. Abb. *d. cons.* 18. *n.* 5. *in fi. &* 6. *lib.* 2. † Extende, quia verba partium enunciatiua sem-

per probant circa enunciata, quãdo sunt necessaria pro actus validitate. Abb. *cons.* 33. *Quia quinq; colu. fi. in pr. ver. satis probatur, lib.* 2.
111 *& in c. illud, n.* 6. *de præsumptio.* † Extende; quia qui patitur describi aliquid in instrumento, super quo se fundant partes, præiudicat sibi. Bal. *cons.* 272. *In causa egregie, lib.* 5. vbi, quod si partes in compromisso fatentur aliquid debere vni parti, illa verba probant debi-
112 tum. † Et quod verba enunciatiua respiciẽtia essentiam actus inter præsentes habiles ad inducendum actum enunciatũ probẽt, alias non. Bald. *cons.* 496. *n.* 3. *ver. venio ad tertium, lib.* 5. Ant. de Butr.
113 *cons.* 32. *n.* 2. Abb. *cons* 33. *Quia quinq; colu. fin. in pr. lib.* 2. † Restringe; quia verba enunciatiua liberationis factæ à minore ad fauorem tutoris, quod fuerint facta computa, & reddita ratio, nõ probãt; quia non posset calculare, & disponere minor, & maxime, quãdo est de præterito, & actus geri non potuit tunc; quia non pro-
114 bant. Anch. *cons.* 330. *n.* 6. † Et quod inter absentes non probant, & inter eos, qui non possent disponere. Bart. in *l. ex hac scriptura. ff. de donatio.* Rom. *cons.* 156. † Limita; quia obligatio bonorum facta in fine instrumenti refertur etiam ad verba enunciatiua, in quib.
115 obligans bona narrauit se debitorem eius, cui fit instrumentum de alia re cum ista enunciatiua, quia dixit, cum sit, quod sit debitor verus in tãta summa, & Dec. *cons.* 539. *n.* 5. dicit, quod talia verba sunt dispositiua, vel transeunt in dispositionẽ, & obligatio ex-
116 tenditur ad ea. † Restringe; quia verba in fine instrumẽti, in quo cum iuramento quis promittit habere firma, rata, & grata omnia supradicta, & non contra facere, neque contrauenire aliqua, & quacunque de causa, non referuntur ad verba enunciatiua dicta cum verbo, *vt dicitur*, vel, *vt assertur*; quia non disponunt, neque probant etiam inter contrahentes. Bart. *cons.* 90. *Dilecto domino, n.*
117 6. *& seq. ver. insurgit dubium, lib.* 1. † Restringe, seu declara; quia verba enunciatiua dispositiua, item verba mere enunciatiua de præsenti de iis, quæ spectant ad enunciantes, bene probant, & disponunt inter enunciantes, & iurantes, sed verba enunciatiua de præterito circa factum alienum, & circa ea, de quibus contrahẽtes non potuissent disponere, & non potuerunt interuenire in actu celebrari contractus non probant, neq; disponunt, & clausula in fine, quod cum iuramento promisit omnia prædicta attendere, &c. non refertur ad ista. Bart. *cons.* 90. *n.* 7. *&* 8. *ver hoc idem videtur, lib.* 1. vbi, quod aliter dicendo implicaret contradictionem, & consensus extenderetur vltra cogitatum, & quatenus adsit error, iuramentum, & promissio nihil operatur, vt apostil. in *ver.*
118 *refutationem*, & in *ver. enunciatiue*, dat concord. † Limita, quando illud enunciatum est de substantia actus, vel habet actum qualificare; quia tunc probant verba enunciatiua, in tantum, quod enũncians non audiatur volens dicere contrarium. Bald. *cons.* 194. *In causa vertente, circa fi. ver. sexto præmitto, lib.* 1. & idem, quando importat causam, vel cõditionem, aut modum; quia semper dicitur respicere substantiam rei. Bero. *cons.* 87. *n.* 16. *& seq. lib.* 2. & Barbat. *cons.* 37. *n.* 4. *lib.* 3. vbi, quod verba expressiua qualitatum sunt dis-
119 positiua, allegat glos. in *c. vt circa, de cl. ctio in* 6. † Et ideo prorogatio compromissi inter prorogantes probat compromissum; quia enunciatum est ad validitatem prorogationis. Abb. *cons.* 33. *Quia*
120 *quinq; dubia. col. fi. in pr. li.* 2. † Declara; quia diuidens rem propriam ab eo emptam tanquam communem, & hæreditariam non sibi præiudicat, si doceat de veritate; quia contra verba enunciatiua, & confessionem expressam admittitur probatio in contrarium, & ostensa veritate non nocet. Anch. *cons.* 291. *Super pluribus n.* 4. *&*
121 *seq.* † Limita in verbis narratiuis instrumenti alienationis rei Ecclesiasticæ confirmatæ; quia si fiat mentio, quod semel, bis, & pluries fuit habitus tractatus, & repertum permutationem esse vtilem, talia verba inducunt præsumptionẽ, quod præcesserint plures tractatus, & quod fuerit vtilis virtute confirmationis subsequutæ. Bald. *cons.* 228. *In causa D. Guilielmi, lib.* 1. Vide, *Narratiua verba præsumptionem, & probationẽ inducunt, & quando secus. Concl.* 5. Vide,
122 *Papæ assertioni quando standum sit, vel non. Concl.* 62. † Declara, dũmodo in re capitulari maior pars Capituli sit præsẽs, alias secus. Bald.
123 *cons.* 496. *Quidam Prælatus, in pr. lib.* 5. † Limita; quia verba enunciatiua de præsenti prolata principaliter propter se, quando scilicet non terminantur ad aliud, nec respiciunt alium finem, nisi sese, & tunc talia verba disponunt, si talis est actus, qui possit tunc geri sola voluntate. Bald. *cons.* 263. *n.* 3. *v. verba autem, li.* 1. Paris. *cons.* 127. *in fi. lib.* 1. Affl. *dec.* 83. *n.* 2. *& per totam.* Bart. in *l. admonendi, n.* 32. *ff. de iureiur.* quem sequitur Crau. *de antiq. temp. part.* 1. *n.* 49. *& cons.* 911. *n.* 15. & sine dubio esse Crau. *cons.* 832. *n.* 2. *&* 3. *ver. quarto.* Bero. *cons.*
124 170. *li.* 2. *in pr.* † Extende etiam in vltima voluntate. Castr. *cõs.* 457.
125 *n.* 2. *v. præterea verba. lib.* 1 *& cons.* 325. *Super secundo, n.* 3. *lib.* 1. † Extende: quia dato, quod non disponant, quando sunt prolata propter se, & non propter aliud, bene probant. Castr. *d. cons.* 325. *n.* 3. *ver. ité*

patet expresse, lib. 1. vbi apost. citat Soc. *cons.* 228. *In causa, vers. ba, & cons.* 213. *ver. secunda conclusio, circa fi. eod. lib.* 2. † Declara; quando talia verba etiam vltra principale propositum probant contractu inter viuos inducunt confessionem inter contrahentes. Bald. *cons.* 263. *nu.* 3. *in fi. lib.* 1. † Differentia autem est, an enunciatiua inducant dispositionem, vel confessionem error in iure circa disposita nocet, sed solus error facti attenditur; confessione secus; quia error iuris, & error facti vitiat, & corrigitur, ne confessio noceat. Bald. *cons.* 263. *n.* 4. *ver. modo restat an* 1. & quia plus est disponere quam probare. Soc. Iun. *cons.* 67. *n.* *lib.* 4. supra *nu.* 19. † Restringe, quando talia verba sunt enunciatiua vltra principale propositum; quia tunc non disponunt, sed instrumentis indicatiua. Bald. *d. cons.* 263. *n.* 3. *lib.* 1. † Limita, vbi non simus in iis, quæ pendẽt à consensu partis, verba enunciatiua probant, plene Crau. *cons.* 866. *n.* 12. allegat Sign. Hom. *cons.* 167. *n.* & idem dicit Deci. *cons.* 539. *v. tertio respondetur, n.* 5. † Extende; probatur mandatum procuræ ex verbis enunciatiuis contentis nunciantem etiam ad fauorem absentium. Rom. *cons.* 63. *n.* mita; quia verba enunciatiua probant declarationem assen ut dispositiua etiam ad præiudicium tertii. Dec. *cons.* 55. *nu.* *in tali declaratione.* Sign. *cons.* 165 *n.* 37. & 38. Vide, *Declaratio debet fieri super dubio, alias non releuat. Concl.* 88. & *Concl.* mita, quando verba enunciatiua causam finalem indu magis probant. Crau. *cons.* 911. *num.* 15. & 16. plene Ias. *con lib.* 3. † Limita; quia verba excipientis non posse eligi quia à die litis contestatæ sunt lapsa tempora petendi forma statuti, licet sint enunciata propter aliud; tamẽ dicio, & per modum causæ probant litem contestatam fuisse, ita quod negans postea litera contestatam esse, sibi cauit. Bald. *cons.* 150. *Casus actualiter, nu.* 3. *ver. nec obstat, quod lib.* 2. † Limita, quando concurrunt aliæ coniecturæ. Gra 104. *num.* 5. *& seq. lib.* 1. *& cons.* 114. *nu.* 25. *& seq. eod. lib.* 1. vbi, minicula sunt, si fit reductio ad naturam rei ex verbis tiuis, si contrahentes conformant se cum statuto, & † Limita; quia fauore dotis verba enunciatiua plene *cons.* 123. *Factum sic se habet, num.* 2. *lib.* 1. sequitur Deci. *fantissime Doctor, in pr. &* n. 4. Alex. *cons.* 190. *num.* 28. *lib.* in *ver. dotis*, dat plures concord. Ias. *cons.* 91. *lib.* 3. n. 2. *ver. re dotis.* Deci. *cons.* 32. *num.* 89. *& seq. lib.* 2. Castr. *cons.* 92. Alex. *cons.* 99. *lib.* 7. Ruin. *cons.* 40. *lib.* 4. *num.* 5. Alexand. 190. *Plura, num.* 28. *ver. ad confirmationem, lib.* 6. vbi apostil. *tis*, dat concordant. plurimos. Vide, *Absenti non acquiritur, & do secus. Concl.* 38. *num.* 141. *& seq.* Vide, *Dos habet multa priuilegia. Concl.* 743. † Extende; quia talis confessio dotis per ba enunciatiua habet exequutionẽ, prout si dispositiue facta in instrumento habente exequutionem, *l.* 2. *C. de dot. prom* Ias. in *l. admonendi, n.* 157. *ver. circa primum. ff. de iureiur.* Alex. *col.* 5. *ver. quod istud sit verum, lib.* 2. Castr. *cons.* 92. *n.* 2. *lib.* 1. incip. *prædicta sententia* Ruin. *cons.* 34. *n.* 5. *lib.* 4. † Restringe, quando ver ba enunciatiua essent mariti absente vxore, puta quia dando cunias ad mercimoniam dixit esse vxoris suæ; quia non probat secundum Alex. *cons.* 38. *Consideratis iis, n.* 2. *in fi. & num.* 3. *ver. iam prætextu, lib.* 2. quia inter personas prohibitas. † Limita piæ causæ; quia verba testatoris prolata, quod non velle guineos suos succedere in sua hæreditate, sed potius, quod distribuerentur pauperibus, probant testamentum ad piam sam, etiam si talia verba fuerint dicta ad interrogationem *cons.* 221. *Videtur mihi, in prin. lib.* 3 allegat *l. Pamphilo § propositum leg.* 3. Abb. in *cap. fi. n.* 14. *v. sed si. quando, de succes. ab intest.* Alex. 190. *n.* 25. *lib.* 6. incipit, *Plura*, vbi plenissime probat quia fauore bertatis, fauore militis, & fauore dotis probant; ergo idem re piæ causæ, quæ æquiparatur, & maius priuilegium habet, *&* 25. *& seq.* Ias. *cons.* 131. *col.* 2. *lib.* 1. Affl. *dec.* 83. Decian. *cons.* 44. *lib.* 3. plene Ias. *cons.* 155. *n.* 2. *& seq. lib.* 4. vbi extendit, & limitat. *cons.* 11. *In causa, quæ vertitur, col.* 2. *ver. nec obstat, lib.* 1. vbi de * cõmu † Extende; quia etiam in contractu verba enunciatiua fauore p causæ probant. Alex. *d. cons.* 190. *n.* 27. *li.* 6. *cum seq.* † Extende in stamento militis; quia verba enunciatiua probant testamentum *l. ex hac scriptura. ff. de donatio.* Abb. in *d. c. fi. n.* 14. *v. sed si. quando, de succ. ab intest.* Abb. *cons.* 11. *col.* 2. *ver. nec obstat. li.* 1. vbi, quod fauore p causæ probatur testamẽtum ex verbis enunciatiis, & dicit * cõ munem. Alex. *cons.* 190. *n.* 26. *lib.* 6. † Declara; quia probant verba enunciatiua in vltima voluntate fauore piæ causæ, quando vo sunt de præterito, vel si de futuro sint prolata deliberate animo di ponendi, alias secus. Castr. *cons.* 137. *n.* 2. *lib.* 2. † Declara; quia verba enunciatiua probant fauore piæ causæ, vel dotis, vel geminatam ad

tamen a

tatiuen debet intelligi, quando eadem verba probarent, si essent emissa propter sese, alias si non probarent etiam in casu, in quo essent emissa propter se, nec probãt geminata, neq; fauore dotis,
143 vel piæ causæ, ita Alex. *d.cons.190.n.29.lib.6.* † Declara; quia verba enunciatiua probant fauore piæ causæ testamentum nedum cõ-
* fectum ex verbis enunciatiuis fauore piæ causæ secundum * cõmunem, sed imo dato, quod talia verba contra communem non probarent, nisi semiplene, bene sufficiunt ad substinendum te-
144 stamentum iam factum, Abb. *d.cons.11.col.2.ver.nec obstat,lib.1.* † Extende in testamento patris inter liberos; quia verba patris inter liberos, quod sic, vel sic testatus sit inter eos, probant testamentũ inter eos. Bald. *cons.179. Quando sapiens,lib.4.* vbi dicit ita tenere In-
* nocent. & * omnes Alex. *cons.190.n.26. lib.6.* † Restringe, qñ cõ-
145 staret de mente disponentis, vt quia voluit, quod Notarius roga-
* retur. Ias. *cons.155.n.4.lib.4.ver.tenendo istam partem.* vbi dicit * cõ-
146 munem † Limita, quando Princeps se fundat super verbis narra-
tiuis, vel enunciatiuis. Vide, *Narratiua verba Papæ, vel Principis quã-*
147 *do probent, vel non. Concl.4.* Vide, *Lex dubia non operatur effectus legis. id-*
circo vt lex allegari non potest. Conclus.273. † Limita; quia verba laudi e-
nunciatiua per modum causæ non probant actum enunciatum, tempore enunciationis non potuit interuenire. Alex. *cons.46.n.*
quinto quia, lib.1. vbi apost. allegat Corn. *cons.108. lib.2.* Crau.
148 *cons.217.n.7.* vbi citat Deci. & alios, & *cons.832 in pr.* vbi idem, qñ
nec causæ sint prolata, & *cons.866.n.11.* Corn. *cons.108. Placet mi-*
hi per tot. lib.2. Bart. in *l. si socer. §. Lucius. ff solut. matr.* Decian. *cons.50.*
149 *n.16.lib.1* Bero. *cons.87.n.16.lib.2.* Grat. *cons.114.n.19.li.1. & cons.143.*
n.11. & seq lib.2. Soc. Iu. *cons.67.n.11.lib.4.* vbi, quod probant, & dis-
150 ponunt saltem præsumptiue, donec contrarium probetur. † Extende idem, quãdo enunciatiua proferuntur per modum modi. Cra-
uet. *cons.217.n.7.* Bero. *cons.87.n.18.lib.2.* vbi, quod modus ad-
151 iectus venditioni debet omnino seruari, prout causa, & conditio.
† Declara, vt non procedat, quando causa demonstrationis, vel limitationis proferuntur, veluti si est dictum, *prout constat ex laudo*
lati, liberamus; quia sunt relatiua, non per modum causæ. Alex. *cõs.*
152 *4.n.8.v. nam non obstat, lib.1.* † Extende; quia enunciatiua per mo-
dum causæ in lege, contractu, & omni dispositione disponunt plene tam in reali, quam personali, plene Corn. *d.cons.108. per tot.*
153 *ibi.* † Restringe; quia verba enunciatiua per modum causæ bene inducunt dispositionem, sed solum ad actionem personalem in-
154 ducendam. Purpur. ita declarat *cons.282.n.3.lib.1.* † Restringe, qñ si disponerent, essent contra intentionem actus, in quo verba e-
nunciãtur. Purpur. *d.cons.282.n.3.ver.respondetur*, vbi exemplificat in eo, qui dedit in solutum bona pro debito mille scutorum; quia illa verba non probant debitum mille, si de eo principaliter agitur; quia actus dationis in solutum tendit ad extinguendum debitum; ideo contrarium effectum non debent operari verba
155 enunciatiua per modum causæ. † Restringe, qñ verba per modũ causæ proferuntur ab eo, qui nõ potest disponere eo modo, Pur-
156 pur. *cons.384.n.28.in fi.v. & quamuis.* † Restringe, quando verba e-
nunciatiua per modum causæ non terminantur tunc, sed expectant effectum post, vel ab alia scriptura. Purp. *d. cons.384.n.29.li.*
157 *1.* † Restringe; quia verba enunciatiua non probant, neq; aliquid operantur circa ea, quæ non potuerunt geri à partibus tempore
158 enunciationis. Castr. *cons.139. Pro declaratione col.2. ver. iis non obstã-*
tibus, lib.1. Zab. *cons.31.in pr. & cons.72.n.16.* † Idem in laudo, in quo arbiter enunciat, quod tertius, qui non compromisit, consensit laudo; quia sicuti non potest principaliter disponendo præiudica-
re tertio; qui non compromisit; ita nec enunciando. Castr. *consil.*
159 *139.n.4.ver eodem modo, lib.1.* quia ex quo tempore enunciationis non potest disponere contra tertium, non disponunt per præ-
160 dicta. † Limita; quia verba enunciatiua inducunt probationem inter contrahentes illius enunciati. Alex. *cons.184. In causa, & lite,*
n.3.lib.6. Grat. *cons.85.n.11. & cons.114.n.20.lib.1.* Bart. *cons.111.col.2.in*
161 *fi.ver. praterea hoc esse verum, lib.1.* † Limita, quando verba enunciatiua sunt in instrumento confecto cum decreto iudicis; quia præ-
sumitur pro decreto; & idem pro verbis enunciatiuis instrumẽti, & statur talibus verbis, maxime in antiquis. Bero. *cons.87.n.12.*
162 *lib.2.* † Limita, qñ verba narratiua sunt in instrumento eiusdem Notarii, qui est rogatus de intimatione appellationis, & narrat appellationem ex actis suis; quia probatur appellatio, & actus e-
nunciatus, si non agitur de magno præiudicio. Æg. *dec.15.* & ple-
nius *dec.58.* vbi hoc admittit simpliciter; secus si ex actis alterius, vbi dicit, quod Rota hoc tenet ex æquitate, & stylo: & stylus Ro-
tæ probatur *in dec.57. de rescript. in antiq. alias* 732. qui procedit in iu-
dicialibus, secus in extraiudicialib. Rota *in antiq. de fid. instrum. dec.*
163 *2.* licet Dyn. *in auth. si quis in aliquo. C. de ed.n.33.* dicat contrariũ sim-
pliciter. † Limita in verbis assertiuis; quia bene probant semper inter contrahentes, *l. optimam* vbi * omnes. *C. de contrahen. vel com-* *
mit. stipul. quia verba assertiua plus roboris habent, quam enunciatiua, & idem de verbis affirmatiuis. Crau. late *cons.832. in pr. ver.*
tertio verba, hic, vbi plures allegat, maxime Rui. *cons.148.n.7. circa fi.*
lib.4. & cons.103.n.9. & seq. lib.3. & Bart. *cons.111. Quæritur, n.2. colu.2.*
in fi. ver. praterea hoc esse verum, lib.1. † Declara, quando illud, quod 161
asseritur, potuit tunc interuenire; quia verba assertiua disponunt, apost. *ad cons. Alex.21.lib.1.* vbi reprobat Rom. contrarium tenentẽ
cons.156. & alia apost. *ad Rom. d. cons.156. in v. non probant*, Flori. de S.
Petro *cons.6.n.6.* † Limita; quia verba enunciatiua geminata dis- 162
ponunt, & probant. Alex. *cons.190.n.30.lib.6.* plenissime apost. *ad*
Rom. cons.191. Spectabilis Domine, n.4. in ver. non inducit, vbi citat infinitos, & Rom. clare *cons.65. Viso themate, n.5. & seq.* vbi dicit procedere tam in contractu, quam in vltima voluntate, plene Crauet.
cons.405. De illo quæritur, n.4. vbi citat plurimos, & *cons.434.n.11.* vbi idem, quando per plura instrumenta. Alex. *cons.125.nu.9.lib.4. &*
cons.190.n.30.li.6. plenissime Barbat. *cons.37.n.1. & seq li.3.* vbi multa. Ias. *cons.91.n.2.lib.3.ver.sexto.* Castr. *cons.151.col.2.in fi.ver.sexto.lib.*
1. Vide, *Geminatio actus maiorem firmitatem affert, & multa operatur.* ✠
Concl.28. † Extende, siue geminatio sit in eadem oratione, & scri- 163
ptura, siue in diuersa, licet magis, si sunt diuersa instrumẽta. Grat.
cons.104.n.6. & seq.lib.1. plenius Decian. *cons.32.n.91.in fi. & 92.ver.*
non obstat quoq; li.2. † Extende; quia verba geminata enunciatiua 164
nedum inducunt dispositionem, sed inducunt etiam certam scientiam, & clausulam Motus proprii. Decian. *cons.7.n.24. & seq. v.*
secundo probatur, lib.3. & dato, quod duo specialia non possint concurrere, saltem hoc erit quando sunt duplicata, vel quadruplica-
ta, vt idem Decian. *cons.42.n.30.li.1.* † Extende etiam in verbis te- 165
stiũ, ad effectum probandi; quia licet deponant de tractatu filiationis inter patrem & filium verbis; tamẽ quia de geminato tractatu, verba, quę deberẽt interpretari enunciatiue, in dubio sunt
dispositiua propter geminationem. Castr. *cons.151. Viso puncto. col.2.*
ver. sexto. lib.1. † Extende in verbis geminatis instrumentorum, vel 166
testamentorum, aut constitutionis, vel statuti. Rom. *cõs.65.p.5. &*
seq. vbi apost. *in ver. geminata.* † Limita ad liberandum; quia verba 167
enunciatiua ad liberandum faciunt dispositionem etiam in con-
tractu. Castr. *cons.325.nu.3.lib.1.* Grat. *cons.114.n.22. & seq.lib.1.* † Li- 168
mita; quia ad fauorem eius, qui excipit, disponunt. Grat. *cons.114.*
n.21.lib.1. † Limita, quando constat de mente contrahentium, ap- 169
ut ex procemio, vel alias. Rom. *d.cons.65.n.7. & seq.* vbi apost. allegat Crau. *de antiq. temp. par.1. num.* 92 & ratio; quia verba seruiunt
menti, non è contra. † Limita; quia verba enunciatiua, si sunt ex- 170
tranea prorsus ad materiam, de qua agitur, non probant, secus si conferunt, vel concurrunt ad disposita in contractu, ita Nat. *cons.*
333. & idem Grat. *cons.104.n.5.lib.1.* † Limita; quia verba enuncia- 171
tiua probant possessionem, & dominium, quando fuit facta solutio; quia solutio, & locatio probant dominium, & possessionem,
etiam contra tertium, quando fuit longa solutio, plene Crau. *con-*
sil.434.n.12. maxime si non constat de dominio alieno, vel tertii,
& *n. seq.* vbi late *cum seq.* vbi, quod liber Ecclesiæ probat solutionẽ.
† Extende multo magis, qñ extat recognitio, & solutio. Crau. *d.* 172
cons.434 n.4. & seq. Vide, *Narratiua verba præsumptionem, & proba-tio-* ✠
nem inducunt, & quando secus. Concl.5. † Limita; quia bene probatur 173
dominium rei inter contrahentes ex verbis enunciatiuis. Alexa.
cons.112. Viso quodam, in pr. lib.6. sequitur decisiue Crau. *cons.26. in pr.*
† Contrarium Bero. *cons.170. nu.4. & seq. lib.2.* † Extende etiam in 174
præiudiciũ tertii, quando interuenit solutio tãto tempore, quod 175
fuerit præscriptum. Crau. *cons.434.n.12. & seq.* † Limita; quia in i- 176
is, in quibus pactum nudum producit actionem, prout in dona-
tione, deposito, & omnibus contractibus, qui re ipsa perficiuntur cum solo consensu, verba narratiua, & enunciatiua, probant,
prout probant etiam delictum; quia re contrahitur, quando agitur ciuiliter. Castil. *cons.7. Visis prius, n.14 & 15.* † Limita, qñ verba 177
enunciatiua ad aliud relata verificãtur; quia relatum producitur, tunc plene probant ex se; non autem probatio refertur ad relatũ,
ita plene Dec. *cons.539. In inclita ciuitate, n.5. & seq. ver. secundo respon-*
deri potest. † Limita; quia quãdo sunt iurata verba enunciatiua dis- 178
ponunt. Grat. *cons.117.n.4.lib.1.* Soc. Iu. *cons.67.n.19.li.4.* † Limita; 179
quia licet verba enunciatiua non præiudicent tertio, secus est, si tertius est præsens enunciatis. Barbat. *cons.37. nu.3.lib.3.* † Limita; 180
quia licet verba enunciatiua non inducant dispositionem, bene inducunt probationẽ, ita Barbat. *d. cons.37.n.4.li.3.* Vide Mascard.
Concl.621. Enunciatiua verba emissa propter aliud regulariter an probent,
vbi ponit regulam negatiuam, quod non probant, ampliat
multis modis, limitat decem & nouem modis, vide eum.

Verba

Verba enunciatiua conditionaliter prolata non disponunt, & quando secus. Concl. 82.

1 REGVLA † est, quod verba narratiua, seu enunciatiua cõditionaliter prolata nõ disponunt, *l. si quis ita instituatur hæres si legitimus. ff. de hær. instit. cum gl.* vbi per illa verba, *si legitimus hæreditatem non vendicauerit, Titius hæres esto*, non est institutus legitimus, sed si legitimus vult hæreditatem, excludit substitutum; non quia ex
* testamento sit vocatus; sed quia defecit conditio, ita Alex. *consil.* 185. *Viso titulo, n.* 10. *ver. sed præmissis, lib.* 2. vbi de * communi, *& cons.* 199. *Viso præstanti, n.* 5. *ver. sed præmissis, lib.* 2. vide, *in ver. Ablatiui. Concl.*
☞ 32. *n.* 11. *& seq.* Vide supra, *Verba enunciatiua. Concl.* 81. *& quæ dicantur*
2 *dispositiua, vel non.* infra. *Verba dispositiua quæ dicantur.* 83. *Concl.* † Idẽ *in l. potest. ff. de vulg. & pupil. cum l. seq.* vbi habens plures filios institutos, si dicat, & si aliquis eorum decesserit, vltimo decedẽti substituit Titium, vltimus decedens non est substitutus, sed ab intestato succedit. Alex. *d. cons.* 185. *n.* 10. *ver. secundo lib.* 2. *& cons.* 199. *nu.*
3 6. *ver. secundo probatur, lib.* 2. † Idem *in l. generaliter, in pr. ver. cum enim ferendus. C. de instit. & substit. sub conditione fact.* vbi verba, *si filius meus decesserit sine liberis*, importãt, vt liberi capiant, vt à patre, non vt ab auo. Alex. *d. cons.* 185. *ver. tertio probatur, n.* 10. *li.* 2. *cum seq. & cons.* 199.
n. 6. *ver. quarto probatur, li.* 2. vbi plene ad hoc inducit illum text.
4 † Idem probatur *per l.* 1. *C. de pact.* prout inducit eam Alex. *dict. cons.*
185. *n.* 12. *ver. quarto, li.* 2. vbi conatur tueri quod faciat pro hac parte, & idem repetit *d. cons.* 199. *n.* 8. *ver. quinimo, eod. lib.* 2. † Idem pro-
5 bat *l. iubemus, ver. deniq; in retinenda. C. ad Trebell.* prout etiam inducit Alex. *d. cons.* 185. *n.* 16. *ver. quinto probatur, lib.* 2. & repetit *d. cons.* 199. *n.*
6 10. *ver. sexto probatur, lib.* 2. † Idẽ probat *l. ex facto. ff. ad Trebell.* quia institutus, *& si decesserit sine filiis. &c.* si habet filios post deportationem, filius aufert bona, quod nõ posset, si essent filii vocati. Alex.
7 *d. cons.* 185. *n.* 13. *ver. sexto probatur, lib.* 2. † Idem clare probatur in *l. ex facto etiam ff. de hæred. instit.* vbi nominatus in conditione nõ potest petere ex testamento. Alex. *d. cons.* 185. *n.* 13. *ver. septimo probatur, lib.*
8 2. † Idem probatur secundum Alex. *d. cons.* 185. *n.* 13. *ver. octauo*, per text. in *l. si filius familias. §. cum quis. ff. de leg.* 1. prout ibi illũ text. ad
9 hoc inducit. † Idem probat *l. Lucius. la seconda, cum glo. ibi ff. de hæred. instit.* quæ clare hoc dicit, & per auctoritates Doctorũ, in illa cõ-
* clus. communi, * & magis communi, quod filii positi in conditione non censentur vocati, plene Alex. *d. cons.* 185. *n.* 14. *& seq. ver.*
☞ *nono, lib.* 2. Vide, *Filij positi in conditione &c.* 369. † Contrariũ, quod
10 imo verba enunciatiua conditionaliter prolata disponant, prout si testator instituto filio substituit, *si decesserit sine filiis*; quia filii
11 excludunt substitutum *d. l. Lucius, la seconda. ff. de hæred. instit.* † Declara; quia filii excludunt substitutum; non quia sint vocati, nisi ab intestato, vt sit eis reseruatum ius legitimæ successionis ab inte-
12 stato; sed excluditur, quia conditio nõ est purificata. † Item, quia filii excludunt substitutũ, nõ è cõtra. Alex. *d. cons.* 185. *n.* 15. *insti. & seq.*
13 *ver. nec obstant, li.* 2. † Extende; quia illa verba, *& si decesserit sine filiis*, non videntur prolata, nisi fauore filiorum, & agnationis conseruandæ, igitur videntur operari; quia alia ratio assignari posse nõ
14 videtur. Alexa. *d. cons.* 185. *n.* 1. *ver. secundo probari, lib.* 2. † Declarat Alex. *d. cons* 185. *n.* 16. *ver. non obstat secundum, lib.* 2. quod satis verba operantur fauorem filiorum positorum in conditione, ex quo cõseruant ius legitimæ successionis, vt ipsi substituto præferantur.
15 † Extende per text. *in l. inter socerum. §. cum inter. ff. de pact. dotal.* per quem dos data filiæ cum conditione, *si decesserit sine filiis*, restituatur, & à contrario, si cum filiis, retineatur pro filiis; ergo disponũt ad fauorem filiorum, prout inducit hunc tex. Alex. *d. cons.* 185. *n.* 7.
16 *ver. decimo probari videtur, lib.* 2. † Declarat Alex. *d. cons.* 185. *n.* 20. *ver. decimo non obstat, li.* 2. vt operetur retentionem per modum exclusionis de iure communi, secundo, quod nõ restituat maritus, propter conditionem nõ purificatam; tertio dicit, illum text. habere
17 alium intellectũ, secundum quem probaret contrarium. † Extẽde ẽt ex *l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebell.* eo modo, quo inducit illum tex. Alex. *d. cons.* 185. *Viso titulo, nu* 8. *ver. vndecimo, lib.* 2. & sol-
18 uit *numer.* 20. *ver. vndecimo non obstat. ibidem.* † Extende per textum *in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Trebell.* vbi rogatus institutus, si decesserit sine filiis, restituat Titio, si decedat cum filiis naturalibus tantum, distinguitur secundum qualitatem personæ testantis, & instituti, ita Alexander *dict. consil.* 185. *num.* 8. *in fin.*
19 *ver. decimotertio videtur, lib.* 2. *& cons.* 199. *n.* 2. *ver. tertio, lib.* 2. † Declarat idem Alex. *d. cons.* 185. *nu.* 20. *ver. decimotertio non obstat. lib.* 2. vt agatur ibi nõ de fideicommisso, sed in quantum ex conditione excludatur substitutus; quia quandoque in parte, & ex affectione, quandoque in totum, & plenius *cons.* 199. *n.* 12. *in fi. & n.* 13. *ver. tertio non obstat. li.* 2. vbi, quod solum distinguitur, an nati sint ante de-
20 portationem, & succedunt, secus si post. † Extende per *l. pen. ff. de collat. dot.* vbi, si filia mea collationem dotis fecerit, eam infe-
conferendo censetur instituta, non conferendo nõ co
† Declarat Alex. *d. cons.* 199. *Viso præstanti, n.* 11. *ver. non obs*
2. vbi, quod verba enunciatiua cõditionaliter, ꝓpter aliud
non inducunt dispositionẽ, nisi sint prolata in aliquo antece
ti, vel consequenti, quod esset necessarium ad impiendum
quod est in conditione, & ita conciliat opiniones cõtrarias
cons. 126. *Visis, n.* 2. *& seq. ver. sed pro certo, l. b.* 5. † Si vero illud
tum non est necessarium ad illum actum, verba enunci
ditionalia supponentia aliquid non disponunt super supp
patet in mandato procuræ, in quo non est data facultas
endi; quia licet in releuatione, quam facit principalis, vide
uans ipsum procuratorem, & substituendos ab eo, non
data facultas substituendi; quia verba sunt enunciativa, &
situm non est necessarium ad validitatem mandati, ita
tiquis dec. 23. *Nota, quod si in procuratorio.* alias 346. quam
lex. *cons.* 17. *Visis, n.* 6. *ver. pro hoc bene facit lib.* 2. & iterum
sis, n. 4. *in fi. ver. secundo confirmo, lib.* 5. Crau. *cons.* 186. *n.* 3. *in fi.*
de in casu *l. vnum ex familia. §. fi. ff. de legat.* 2. inducẽdo, prout
cons. 199. *n.* 3. *ver. quarto probatur, lib.* 2. † Declarat Alex. *d.*
13. *ver. quarto non obstat, li.* 2. † Extende per *l. cum acutissimi. C.*
com. prout inducit Alex *cons.* 199. *n.* 4. *ver. quinto, lib.* 1. †
per eundem Alex. *d. cons.* 199 *n.* 13 *ver. non obstat quinto, lib.*
ta; quia verba enunciatiua conditionaliter prolata
positionem, *l. pen. ff. de colla. bono.* quod declarat Alex.
titulo, n. 16. *in fi. & n.* 17. *ver. non obstat tertio, lib.* 2. procede
quando aliquod antecedens, vel consequens necessario
plendum ad illud, quod in conditione est deductum, pro
ter dicat; *si filia mea dotem, quam ipsi dedi, conferat, hæredem*
cio; certe necessario disponitur super collatione; quia el
rium consequens, vel antecedens. Alex. *d. cons.* 199. *n.* 1.
stat, lib. 2. † Limita; quia si pater disponendo in testamento
filius meus me viuo decedat, instituo nepotem ex filio prædicto, cen
lius institutus. Bart. *in l. Gallus, in pr. ff. de liber. & posthum.* allegat
in l. ex facto. ff. ad Trebellia. vbi mater si instituat filium, & gra
restituẽdo Titio, si decesserit sine filiis, & filius deportan
sulam postea, & post deportationem filios suscipiat, non ex
ditur substitutus; secus si ante deportationẽ suscipiat
trarium tenet Alex. *d. cons.* 185. *n.* 17. *ver. nec obstat, quod non*
lus, lib. 2. vbi, quod communis * opinio est contra limitationem
& citat plurimos; quia filius non dicitur præteritus, ex
seruatur ius legitimæ successionis, & idem repetit *d. cons.* 199.
præstanti, n. 12. *ver. secundo non obstat, li.* 2. vbi etiam tollit, quod
nõ dicit, quod filius sit institutus, sed quod nõ pòt dicere
tum, & iterum Alex. *cons.* 219. *Viso testamento, n.* 2. *ver. tamen*
2. *cum seq. per totum.* vbi respondet ad omnia iura allegata
† Declara totam hanc materiam; quia si verba enunciativa
ditionaliter prolata sunt principaliter propter se, dispo
inducunt, si propter aliud, secus, ita Alex. *d. cons.* 185. *n.* 17.
non obstat, lib. 2. & ita dicit procedere text. *in l. vnum ex familia*
deleg. 2. *& l. Titia Seio liber. eod. tit.* † Declara, vt plenius
men. Concl. 76. † Limita; quia verba enunciatiua
prolata per ablatiuos absolutos, important contrariam
nem in casu cõtrario, & sic dispositionem, vt si dicatur,
substituo Titium, si filius meus decesserit sine filiis, vel
tib. filiis; quasi à contrario sensu, ex tãtibus ipsis; inducunt
fideicommissum, *l. fideicommissa. §. cum esset. ff. de leg.* 3. ita
d. cons. 185. *n.* 5. *ver. octauo, lib.* 2. † Declarat idem Alex.
18. *& 19. ver. octauo non obstat, lib.* 2. vt limitatio procedat,
verba conditionalia ablatiui dirigerẽtur in ipsos, vel
sitos in conditione, secus si ad alios, & propter alios
& idem dicit *cons.* 199. *n.* 14. *lib.* 2. † Secundo declarat, quando
ba conditionalia ablatiui absoluti important exequutionem
lem procedit limitatio, secus si importãt solam denomina
Alex. *d. cons.* 185. *n.* 19. *ver. præterea, lib.* 2. *& cons.* 199. *li.* 2. *in fi.* †
declarat Alex. *d. cons.* 185. *nu.* 19. *ver. item & tertio, lib.* 2. vt proce
contrario, quod si extant, non substituo aliquem, & sic
ponunt, & *d. cons.* 199. *in fi. lib.* 2. † Quarto ibidem Alex. dicit,
si sunt verba ablatiua absoluta, possunt disponere, secus
sunt ablatiua absoluta. † Extende limitationem; quia
positio statuti, & vltima voluntas à pari procedunt, sed in
verba enũciatiua conditionaliter per ablatiuos absolutos
ta disponunt, & fideicommissum inducunt, velut instituta
quod stantibus masculis fœmina non succedat, certe masculi
statuto vocantur. Alex. *d. cons.* 185. *n.* 6. *v. non fortificatur, lib.* 2. n.
ver. nono non obstat. vbi declarat, quando sunt ablatiui absoluti
lias secus. Vide *Conclusionem prox. praced.*

Verba

Verba dispositiua quæ dicantur. Concl. 83.

1 DISPOSITIONEM † inducit verbum, *volo*, & verbum, *nolo*; quia sunt verba dispositiua & dispositionem inducentia, imo dicuntur esse sons, & radix omnis dispositionis. Bald. *in auth. & qui iurat, n.17. C. de bonis auctor. iud. possid.* Ale. *cōs.*190. *Plura narrata, n.32.* 2 *quia verbum, volo*, vbi apost. *in ver. volo. lib.6.* Soc. *cons.86. li.3. per totum.* † Declara, vt plene p Menoch. *cas.* 496. vbi distinguit, quod sit verissimum, vbi ad sui essentiam verbo, *volo*, non expectat actū alterius voluntatis; quia in iis, in quib. volēs pōt libere disponere, eo ipso, quod dicit, sic volo, sic disponere dicitur. Ale. *cōs.*190. *n.32.* 3 *lib.6.* † Idem, si expectat actum alterius in iis, in quib. potest disponere, vt si dicat, volo hæredem meum teneri. Menoch. *d. cas.* 496. 4 *nu.2. ver. secundus casus.* † Idem in respicientibus solam voluntatem, vel desiderium; quia etiamsi dicat, *vellem*, disponit. Menoch. *d. cas.* 5 496. *n.55. & seq* † Restringe, qñ verbum, *volo*, adiicitur futuræ voluntati, puta, *volo eligere*, certe non operatur electionem; volo aliquid facere, certe enunciat, & non disponit. Menoch. *d. cas.* 496. *nu.18. ver. tertius casus*, vbi declarat ampliando, & limitando, & est distinctio Alex. *d. cons.*190. *n.31.* vbi ista omnia explicat melius, *lib.* 6 & ibi apost. dat. concord. Vide plenius, *Verba futuri temporis præsentium non includunt, neq; præsentis. Concl.116.* † Amplia; quia semper, quod verbum, *volo*, formatur ab infinitiuo semper disponit, vt de 7 præsenti, vt si dico, *volo Titium meum hæredem fore, vel esse*, ita Menoch. *d. cas.* 496. *n.16.* † Amplia; quia verba omnia de præsenti, quæ non enunciant actum de futuro, vel præterito, dicuntur dispositiua, 8 & disponere. Alex. plene *cons.*190. *n.31. lib.6.* † Extende; quia omnia verba, quę stant de per se, & emanant principaliter propter se, dicuntur dispositiua; sicuti in casu conuerso omnia verba dicuntur enūciatiua, quæ sunt propter aliud, prout præambulū, proœmium, & in quibus non sistit voluntas, ita Alex. *cons.*82. *Viso proces-* 9 *su. nu.21. lib.1.* sequitur Paris. *cons.*127. *in fi. lib.*1. Ias. *in l. ex iis verbis, in pr. C. de testam. milit.* & plenius Paris. *cons.*77. *nu.*34. *& sequ. lib.*3. plene Ancha. *dec.* 83. *in causa antiqua, n.*2. plene Bald. *cons.*263. *Verba instrumē-* 10 *ti. lib.*1. vbi, quomodo cognoscantur verba dispositiua ab enūciatiuis. † Amplia; quia verbum, *dispono*, vel *disposui*, proprie important dispositionem in vltima voluntate. §. *disponat. auth. de nu-* 11 *pt.* Amplia; quia verba prolata de præsenti principaliter propter sequa non terminātur ad aliud, nec respiciunt alium finem, nisi esse, dispositiua sunt, si talis est actus, qui possit tunc geri sola voluntate; si autem sunt vltra principale propositum, & quædā adiectio verborum, tunc non sunt dispositiua, sed mētis indicatiua, plene Bald. *cons.*263 *Verba instrumenti, lib.*1. *n.* 3. vbi pulchre, qñ in- 12 ducant confessionem, & probationem, vel non. † Amplia; quia verba omnia, etiam de præterito, & enunciatiue prolata, dicuntur dispositiua, qñ adsunt illa verba, quod contrahentes promiserunt omnia, & singula vera esse, &c. ita Barb. *cons* 37. *n.3. & seq. v.* 13 *certo est diligenter, lib.* 3. † Declara in hac materia, quod licet verba Iudicis dispositiua proferantur contraria, illa attenduntur, quæ proferuntur cum causæ cognitione, & inter citatos, non autem illa, quæ ante causę cognitionem fuerunt dicta, puta si iudex scribit, puta quod aliquis compellatur cedere iura; quia obligatus, & ille compareat coram iudice; quia causa cognita declarauit eū nō obligatum, quicquid ante sententiam dispositiue fuit ordinatū, attendi debet sola dispositiua sententiæ, ita Castr. *cons.*93. *In causa,* 14 *quæ vertitur, n.3. col.4. in pr. ver. nec obstant litteræ, lib.*2. † Limita; quia verba enunciatiua conditionaliter prolata non disponunt. Vide 15 *duas Concl. prox. præced.* † Limita; quia verba de præterito, vel de futuro non sunt dispositiua. Alex. *d. cons.*190. *Plura, n.*31. *ver. fortius di-* 16 *co, lib.*6. Vide, *Disponere, & ordinare quid importet. Concl.*482.

Verba in quibus sint necessaria vltra consensum. Concl. 84.

1 VERBA † sunt necessaria ad matrimonium spirituale; quia cōtrahitur per verba, *ca. cum inter, de elect.* Lap. *alleg.* 57. *n.*3. *ver. ité* 2 *matrimonium spirituale.* † Declara; quia hoc non procedit in voto; quia votum obligat spiritualiter, non a. sacramētaliter. Cald. *cons.* 3 462. *circa med. ver. nec obstat secundum eum. alias 5. de sponsa.* † Amplia in Baptismo; quia si baptizatur is, qui pōt loqui, requiruntur verba 4 ipsius baptizandi, *c. cum paruulis. de consecr. dist.* 4. † Amplia; quia ea, quæ sunt speciali nota digna, debent exprimi, Abb. *cōs.*114. *Attin-* 5 *gendo, in fi. li* 2. † Amplia; quia in matrimonio carnali requiruntur verba, & non sufficit consensus, qñ non pendebat tractatus matrimonii tempore, quo per solum consensum fuit cōtractū. Lap. *alleg.*57. *per totā*, vbi *in fi.* ita distinguit *n.*17. *v. venio ad tertium.* Cald. 6 *cons.*462. alias 5. *de sponsal. per tot.* † Extende; quia mandatū generale ad matrimoniū contrahendū non sufficit; quia requiritur spe- 7 ciale. Abb. *cons.*114. *in fi. lib.*2. † Amplia in Baptismo; quia in eo verba sunt de forma substantiali. Lap. *d. alleg.*57. *n.*10. Host. *in d. c. tua*, vbi ita tenet, *de sponsa.* Cald. *d. cōs.*462. alias 5. *de sponsa. in pr.* qui dicit, requiri verba de præsenti in matrimonio, sicuti ablutio exterior in Baptismo. † Extende, vt nedum requirantur verba Euangelica 8 data pro forma; *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus S.* sed et requirūtur verba ex parte leuantis, ad hoc, vt sit contracta cognatio spiritualis, vt per Host *in summa de matrimonio. §. qualiter contrahatur. ver. & nunquid.* Ioa. Andr. *in c.1. de cognat. spirituali in 6.* vbi, quod nec sufficit annuere, sed requiruntur verba, *volo*, licet reciter opiniones contrarias, sed hanc tenet Arch. quod requirantur verba, & non sufficiat leuatio, & intentio, *in d. c. cum paruulis. de consecrat. dist.* 4. & hanc veriorem comprobat multis rationibus Franch. *in d. c.1. de cognat. spirituali, n.2. lib.*6. † Contrariū tenet Vgo, 9 put recitat Arch. *d. c.1. de cognat. spirituali in 6.* † Declarat Gem *cons.* 10 110. *n.4. & 5. v. dum ego legi sextum*, vt prima opinio procedat, qñ nō interuenerunt signa, sed si signa interuenerupt, licet verba nō interuenerint, sit contracta cognatio spiritualis, nisi aliter probaretur dissensus. † Amplia in consensu curatoris ad conualidandum 11 contractum minoris; quia requiritur verbum *approbo, vel cōsentio*, nec sufficit tacitus consensus; ideo si se obligant minor, & curator sub nomine proprie insolidum, licet vnus videatur alteri cōsentire; non tamen sufficit tacitus consensus, neq; obligatio sub nomine proprio, non expresso, quod tanq̄ curator. Sign. *cons.*190. *per tot.* vbi late. † Amplia in auctoritate interponēda à tutore, vel 12 alio; quia debet fieri verbis expressis, & non sufficit tacita. Rom. *cons.* 413. *Quoad primum, nu.* 14. *v. quoad sextum*, vbi dicit * comm. & * apost. *in v. requirat*, citat Tiraq. *de legib. connub. gl.7. n.*1. Vide, *Consensus expressus requiritur multis casibus. Concl.*746. Vide, *Dispositio generalis non comprehendit multa, nisi fiat mētio specialis. Concl.*490. Vide, *Expresso indiuidua quando requiratur. Concl.*652. Vide, *Mandatum speciale requiritur multis casib. Cōcl.* 52. Vide, *Matrimonium requirit verba, & non sufficit tacitus consensus, & quando secus. Concl.*121. Vide, *Nota speciali digna. si non exprimuntur, non comprehendantur. Concl.* 68.

Verba debent aliquid operari, & non debent esse superflua, & quando secus. Concl. 85.

OPERARI † debēt aliquid verba, ne sint superflua, & ludibrio, 1 *c. si Papa, in pr. de priu. in 6.* Vide, *Statutum interpretari debet, vt aliquid operetur, etiam contra ius commune, & quando secus. Concluſ.*574. † Extende tam in verbis, quam in clausulis. Alex. *cons.* 118. *In casu,* 2 *nu.6. ver. tertio probatur, lib.*5. † Extende tam in verbis specialibus, 3 quam in generalibus, & vniuersalib. Cast. *cons.*193. *lib.*2. *in fi.* Ruin. *cons.*79. *n.*8. *lib.*2. † Extende etiam in minimo verbo. Rol. à Valle. 4 *d. cons.*61. *n.*18. *lib.*3. Becc. *cons.*21. *n.*25. Alex. *cons.* 216. *Nec arguendi nu.* 25. *in fin. ver. vnde dicit Bald. lib.*2. † Extende etiam in minima syllaba. 5 Roland. à Val. *d. cons.*61. *num.*19. *lib.*2. Becc. *cons.*21. *nu.* 25. † Amplia 6 in dispositione hominis; quia nullum verbū de bet esse superabundans, & sine ministerio operandi. Rol. *cons.*55. *n.*45. *& seq. lib.*3. Rom. *cons.*180. *Si admittimus, n.*4. *in fi. ver. secundo principaliter*, vbi apost. *in ver, operentur*, dat concord. *Alex. cons.*12. *Viso themate, n.*11. *lib.* 2. *& cons.*118. *in casu, n.*6. *ver. tertio probatur. lib.*5. vbi loquitur de vnico verbo, & clausula, *& cons.*9. *n.*2. *lib.*7. † Extende in instrumen- 7 tis; quia non debet eriam minimum verbum esse superfluum, & otiosum. Bald. *in rubr. C. de contrah. emptio.* Alex *cons.*117. *Visis, nu.*3. *ver. quia nedum. lib.*1. Ang. Aret. *cons.*9. *Videtur primo, n.*11. *& seq. ver. quoniā vnumquodque verbum.* Alex. *cons.*11. *Viso, ac vt oportet, n.*11. *li.*2. & iterum *cons* 36. *num.*5. *ver. secundo respondeo, eod. lib.*2. & tertio loco *cons.*150. *In causa, & lite, n.*6. *lib.*2. † Extende, vt per Tiraq. *de retract.* 8 *conuent. §.*1. *gl.*2. *n.*16. *in fin.* allegat Ias. *in l. ait prætor. §.*1. *ff. de iureiur.* qui allegat plura similia, & rursus *n.*22. vbi idem latius. † Extende 9 in contractu cessionis. Alex. *cons.*68. *Visis, n.*4. *li.*5. & contractu renunciationis. idem Alex. *cons.*133. *in fi. lib.*5. † Declara, vt per Fel. *in* 10 *c. qualiter, & quando, el primo, num.*25. *de accus.* † Declara, vt per Alex. 11 *cons.*214. *Ponderatis, n.*10. *& seq. ver. nec prædictis obstat, lib.* 6. quia sufficit, q̄ operentur in aliquo, vel possint operari quoquo modo, & saltem sufficit, quod sint posita ad fauorem vnius, & si nō possunt operari augmentum; quia non sint apta, non possunt operari diminutionem. † Amplia; quia in omni dispositione faciēda est 12 interpretatio, ne verba sint superflua. Rol. à Val. *cons.* 61. *Reiecta. n.* 14. *& seq. lib.*3. † Idem in sententiis. Rom. *cons.*180. *n.*5. vbi apost. *in* 13 *ver. sententiis*, citat plurimos. † Idem in inuestitura feudali. Castr. 14 *cons.*191. *n.*3. *& per tot. lib.*2. † Idem in priuilegiis. Rom. *d. cons.*180. *n.* 15 5. vbi apost. *in ver. priuilegiis.* † Idem in contractibus. Rom. *d. consil.* 16 180. *n.*5. vbi apost. *in ver. contractibus*, dat concord. † Idem in testa- 17 mentis. Rom. *d. cons.*180. *n.*5. vbi plena apost. *in ver. testamentis.* † Idē 18 in priuilegiis, & rescriptis. Ruin. *cons.*101. *num.*5. *& 6. lib.*1. quem refert, & sequitur Rol. à Val. *cons.*61. *num.*17. *lib.*3. † Idem in libellis. 19

Rom.

20 Rom.*d.cons.*180.*n.*5.*& cons.*245.*Ad primum*, *n.*4.† Idem in reuocatione priuilegii. Alex.*cons.*216.*n.*25.*in fi.lib.*2.† Extende incessione iurium, quæ habet verba denotantia cessionem factã; quia si adsunt verba de facienda cessione, ne sint superflua, declaratur promissio decedendo. Rom.*cons.*86.*n.*7.*&*8. vbi, quod verisimilis est iste sensus non obstante, quod posset dici cessio facta, quoad vti-
22 lia iura, facienda quoad directa.† Idẽ in iuramento. Rom.*d. cons.*
23 180.*n.*5. vbi apost.*in v. iuramento.*† Idem in decreto Senatus, vel
24 superioris loquitur Rol à Valle*d.cons.*61.*nu.*39.*& seq.lib.*3.† Idem in attestationib. Rom.*d.cons.*180.*n.*5. vbi apost.*in v. attestationibus.*
25 † Idem in renunciatione; quia licet appellatione iuris veniat ius commune; tamen qñ fuit renunciatum legũ, & iuris auxilio, cẽsetur renunciatum ẽt iuri municipali, ne illa verba, *legum, & iuris*, sint superflua. Rom.*d.cons*251.*Clarissime*, *n.*5. maxime *in v. vel quar-*
26 *to.*† Idem in dispositione, & statuto criminali. Alex.*cons.*110 *Stan-*
27 *te statuto*, *n.*3. *v. & vbicunq*; *lib.*4.† Idem in promissione de non molestando. Alex.*cons.*195.*Perspectis*, *nu.*2. *ver. secundo probatur*, *lib.*6. vbi, quod non solum clausula non debet in contractu esse superflua,
28 sed nec minimum verbum.† Idem in pacto de redimendo. Alex.
29 *cons.*9. *Attentis verbis*, *n.*2. *v. debent ergo dicta verba*, *lib.*7. † Amplia in legibus interpretandis. Rom.*cons.*295. *Donatio patris*, *col.*2. *ver. præ-*
30 *terea & ex quo*, vbi apost.*in ver. operandi.*† Et quod in lege syllaba nõ debeat esse superflua; imo dicto, *tanquam*, quæ importat improprietatem, non debeat abundare. Alex.*cons.*52. *Circa hanc*, *n.*22. *lib.*
31 4.† Amplia, vt procedat ẽt in clausula, quæ in fraudem insinuationis est posita, quod tot sint donationes, quot res; quia licet nõ operetur aliquid; tamen non debet esse superflua quoad detegẽ-
32 dam mentem. Alex.*cons.*21.*in fi.li.*3.† Amplia in statutis; quia verba potius sunt improprianda, vt operentur aliquid, quam quod sint superflua, & sine effectu. Rol. à Val.*cons.*62.*n.*31.*& seq. li.*3. ple-
33 ne Soc. Iu.*cons.*6.*n.*5. *& 6.li.*1.† Et dictio, *alius*, quæ importat similitudinem, includit maiora expressis ad euitandã superfluitatem.
34 Grat.*cons.*193.*n.*20.*lib.*2.† Et statutum, quod filia dotata non succedat, intelligi debet, non succedat dotanti, extenditur, qñ dicit dotata ab extraneo; qa nõ succedit alicui, ne verba sint superflua; quia extraneo non succedit. Rom.*d.cons.*495.*In casu*, *n.*2. vbi apost.
* 35 *in v. non dotantis*, dat concord. & dicit * comm.† Extendit ẽt in syllaba, & minimo verbo. Rol.*d.cons.*62.*nu.*33.*& seq.lib.*3. Ang. Aret.
*cons.*10. *Viso dicto statuto*, *n.*11. *& seq.* vbi, quod in dubio debent verba aliquid operari; quia in dubio statutũ debet aliquid addere iu-
36 ri communi.† Et procedit in qualibet dispositione, siue sit rescriptũ, siue vltima voluntas, siue cõtractus, siue alia dispositio. Ang.
Aret.*cons.*11. *In casu supradicto*, *n.*9. *& seq. v. igitur vnumquod*q;, plenius
37 *cons.*20. *Visis actis*, *n.*43. *& seq. in fi. v. secundo quod.*† Et vnumquodq; verbum in statuto debet operari. Alex.*cons.*220. *Ponderatis*, *n.*21. *v.*
38 *hoc ostendo*, *lib.*6.† Extende, ẽt si agatur de correctione iuris communis; quia potius corrigitur ius commune, quam quod verba
39 sint superflua. Crau.*cons.*92.*nu.*5.† Amplia; quia in tantum verba statuti debent aliquid operari vltra ius commune, & ẽt contra ius cõmune, ne sint frustratoria, vt sumatur ẽt argumentum à contrario sensu, qñ directe nihil operarentur, ẽt in pœnalibus, ẽt im-
40 propriando. Crau.*cons.*201.*n.*13.† Extende; quia statutum Triuisii reseruans legitimam ascendentib. & descendentib. vt aliquid operetur, referuat etiã contra ius commune legitimam matri in bonis filii, licet pater substituerit filio expresse pupillariter, vel exemplariter, quo casu mater esset exclusa à legitima. Castr. *consil.*
41 222. *Super primo*, *n.*4. *ver. super secundo lib.*2.† Amplia; quia verba debent aliquid operari, & ne sint superflua, intelligũtur secundum quid, licet alias sint simpliciter intelligenda. Vide supra, *Verba de-*
☞ *bent aliquid, &c. Concl.*85. & infra, *Verba sunt intelligenda simpliciter, &*
42 *non secundum quid, & quando secus. Concl.*92.† Amplia, seu extende
43 ẽt in materia odiosa, & stricta. Becc.*d.cons.*21.*n.*25.† Amplia; quia pactum, quod conductor animalis teneatur custodire, & teneatur de morte, nisi iudicio diuino acciderit, & tunc teneatur infra octo dies portare pellem animalis mortui, operatur, quod lapsis octo dieb. sit prœclusa probatio; quia pactum nihil operaretur. A-
44 lex.*cons.*158. *In causa, & lite*, *n.*6. *& seq.lib.*2.† Extende; quia si quis vendit cameram, seu angulare, dicitur vẽdidisse vtrumq;, ne verba sint superflua; quia dictio, seu, stat augmentatiue. Crau. *cõs.*105.
45 *n.*6.† Extende in eo, qui substituit, seu instituit hæredi suo; quia dicitur substituisse per fideicõmissum, & ẽt directe, ne verba sint
46 superflua.† Extende; quia si quis donat iura, quæ haberet ex fideicommisso, licet censeatur solũ donare iura de præsenti competẽtia, licet verbũ, *haberet*, habeat tractum successiuũ ad futura. Castr.
in l. cum stipulamur. ff. de verb. obligatio. secus est, si donat iura, quę haberet, seu habet, ne verba sint superflua, ex quo dictio, *seu*, stat au-
47 gmentatiue. Abb. *in ca. inter cæteras. de rescript.* vbi Moder.† Declara, nisi aliter cõstet de mẽte; quia ex quo stare põt declara-
dictio, *seu*, gl. *in l. decernimus. C. de Episc. aud.* Dec. 2. nu. 4. ubi
Alex. *cons.*22. *col.*2. *lib.*1. *hoc casu mentis est inhærendum.*† Am
licentia ex pacto data emphyteutæ, vt possit alienare, sine
ẽt irrequisito domino, vt aliquid operentur, plura similia
*de locat. concl.*3. *li.*3. & est communis * opinio. Iul. Clar.
tensis, *q.*13. *n.*9. Vide, *Expressio eius, quod tacite inest*, *nihil operatur. Concl.*
*cl.*657. Vide, *Duplex funiculus multa operatur, & altero cessante non*
*sat. Concl.*810.† Extende; quia pactũ factũ per conductorẽ
liorandũ operatur, quod pro modica deterioratione põt
vt aliquid operetur. Nat. *cons.*481. *n.*14. *& seq.* vbi ponit multa
pla.† Idem in pacto facto cõductori, de non expellendo de
locatione, vt aliquid operetur, non põt expelli, etsi domi-
lit pro vsu suo. Ang. *in l. adem. C. locat.* Dec. *cons.*292. *Ex pro vestra*
*2. & cons.*356. *In causa D. Mariæ, col. fi. & in ca. pastor alicui, col. 1. de*
ca. quæ in Ecclesiarum col. fi. de constit. Ang. Aret. *cons.*70. *Videtur*
*n.*30. *ver. nec obstat.*† Extende; quia emphyteuta, qui
solutum canonem, an possit expelli propria auctoritate
si extat pactum, quod possit expelli, vt aliquid operetur
bias opiniones, tũc expelli poterit etiam propria auctoritate
*in l.*2. *qu.*44. *C. de iur. emphyt. ver. & prædicta omnia.*† Extende
quis accipiat emphyteusim pro se, filiis, & descendẽtib.
quod non possit alienari sine licẽtia domini, alienatio
rit cũ licentia domini à contrario sensu; quia hoc
quid verba operẽtur, ita debent intelligi. Bart. *in l. qui Romæ*
uius. ff. de verb. oblig.† Contrarii Alex. *cons.*109. *Viso themate*
*li.*4. Dec. *cons.*110. *Vere, vt puto.* Vide, *Expressio eius, quod tacite*
*hil operatur. Concl.*657.† Extẽde in licentia data per testatorẽ
nãdi inter vocatos de familia; quia cũ hoc esset permissi
tur talis licẽtia, quod semel facta alienatione inter
rit sẽper alienari in quoscũq;, *l. pater. §. quindecim. ff. de leg.*
hibitio nõ durat post alienationẽ, ita Bald. *cons.*85. *Præmissis*
*li.*5.† Extende; quia procurator ad exigendũ nõ posset
buisse, & recepisse, secus est, qñ mãdatũ dicit *ad exigendum*
dum, ne verba, *ad confitendum*, sint superflua. Ang. Im. & Cæs.
si debitorem. ff. de noua. Fel. *in cap. si cautio, col. vlt. fin. de fid. instrum.*
*cons.*59. *n.*17. *li.*2. Castr. Bald. & Ias. & Alex. *in leg.*2. *§. fi. ff. soluto*
† Idem in legato facto ciuitati; quia durat cẽtũ annis,
si vero additur verbũ perpetuo, durat vltra centũ annos,
aliquid operentur. Vide, *Legata annua facta ciuitati*, *vel*
*diu durent. Concl.*86.† Idẽ in pacto redimendi; quia licet
ctũ, quod possit redimere quãdocũq; intelligitur vsq; ad
nos, vt tollatur infinitas; si tamen adsunt alia verba, *quandocun-*
& quocunq; *tẽpore*; qa ne verba sint superflua, intelligitur
annos. Tiraq. *de retract. conuent. §.*1. *gl.*2. *n.*14. *& seq.*† Idẽ
dato sup aliquo ei, qui prius habebat illud ab arbitriũ a
intelligitur de libero, vt verba aliquid operẽtur. Menoch.
*n.*35. *de arbit.*† Idem in pacto, quod nõ liceat
nũ ad dãmnũ habentis alia molendina; quia licet nõ
iure in consideratione dãnũ; quod venit ex pluralitate
norũ; quia minorẽ macinaturã faciẽt, sed intelligi debet
no ex regurgitatione; tamen ne sit pactũ superfluum,
etiã damnum ex multiplicatione molendinorũ. Castr.
*Notandum, ver. secunda ratione, lib.*2.† Idẽ in pacto facto
ri domus, ne possit expelli; quia intelligitur, etiamsi
lit pro se, vt verba aliquid operentur. Gabr. *de locat. concl.*
bi adde Nat. *cons.*481. *n.*14. *& seq.* vbi plura similia.† Idem
sitione, vel contractu generaliter loquente; quia si
numeretur species, tũc genus restringitur ad species
ne reddantur verba superflua, & essent superflua, si
ret suam generalitatem, Abb. *d. cons.*75. *Illud de iure. col. fi.*
Vide, *Generalis dispositio quando per specialem restringatur*, *vel*
*Concl.*32.† Idem in domino, qui põt verberare
tia, si promittat eũ nõ offendere, nõ poterit
vt verba operentur, ita Bart. *in q.*1. *Lucanæ ciuitatis, in pr. nu.*7. *p.*
mo probatur, & idem erit in marito, & similibus.† Idem
re instituente filium, & nepotes ex Seio, filio mortuo; quia
tur nepotes in stirpes, secus si diceret, *aque instituo*, ne illud
superfluum, censentur in viriles omnes. Alex. *cons.*55. *Perspectis*, *v.*
*lib.*4. vbi apost. citat Dec. *cons.*597. *nu.*9.† Idem in eo, qui
ad omnes casus fortuitos; quia si se obligat ad omnes
tuitos, censetur obligari etiam ad illos, qui culpa eius
titur, prouenerint, non tamen ex dolo, *leg. qui officio. §. fin. ff. de con-*
trah. empt. Alex. *cons.*84. *Ponderatis, n.*6. *ver. ex quo infero, lib.*6.† Idem
in priuilegio concesso; quia extenditur vltra ius commune
do alias nihil operaretur, Aretin. *in c.*1. *num.*5. *& sequent. de regulis*
vbi Abb. & Bero. *nu.*33. & Roman. *consil.*180. *num.*5.† Idem in

testate data à lege Notariis, vt rogẽt in solidum; quia si plures simul simpliciter rogent, censetur recessum à facultate legali in solidum, secus si concurrat facultas partium; quia plus operatur, & non receditur ab ea per rogitum simpliciter à pluribus factum. Alex. *cõs.93. Repetitus in causa, n.3. & seq. ver. nec obstat. si diceretur, lib.7.*

84 †Idem in prohibitione legali alienandi fideicommissum; quia si concurrat expressa prohibitio hominis, plus operatur. Alex. *d. cõs. 93. n.8. ver. sicut dicimus, lib.7.* † Idem in feudo, quod non potest alienari à feudatario sine licentia Domini, sed bene potest subinfeudari; quia si concurrat prohibitio hominis, ne possit alienari, vt aliquid operetur, non poterit etiam subinfeudari. Alex. *d. cons. 93. n.8. lib.7.* † Amplia in vltima voluntate; quia si testator legat alimenta, vel vsumfructum alicui, intelligitur ad vitam; si tamen testator adiecit verba, *quod legat ad vitam, vel donec, aut quousq; vixerit*, vt verba operentur aliquid, censentur tot legata, quot anni, & sic erunt annua legata. Cephal. *cons. 518. n.10. & seq.* † Amplia; quia ne verba sint superflua in lege, vel statuto copulata plura resoluũntur in singularitates. Rom. plene *cons. 104. Pater Reuerende, col.1. ver. ratrea, & aliter, & per totum*, vbi statutum, vel constitutio Florentina loquens de cessante, & fugiente, verificatur in cessante solo, ne verba, *de solo cessante*, sint superflua. † Idẽ dicit Castr. *cons. 43. n.2.* 85 vbi loquitur in substitutione facta pluribus impuberibus, si decesserint in pupillari ætate, & sine filiis; quia non copulantur sed sufficit, quod vel in pupillari, vel supra pupillarem sine filiis decesserint, ne verba sint superflua; quia sufficiebat dicere, *in pupillari*, quia nõ potest relinquere, & alia verba, *& sine filiis*, abundarent. Vide Socin. *Regula 7. Verba aliquid operari debent*, vbi ponit decem fallentias: prima est, quando non possunt operari ex sano intellectu; secunda, quando non possunt operari ex subiecta materia, tertia, ex impossibilitate; quarta, quando contra mentem, & ista quinta, quando ius commune sic disponit; sexta, qñ dispositio erat de iure eadem; septima, quando precedunt verba generalia, & sequitur species; octaua, quando stipulatio interuenit; nona, quando expressio abundat; decima, quando illud tamẽ inerat. 86 †Limita; quia satis operantur, si tollunt dubitationem, & magis declarant, Crau. *cons. 70. n.29. ver. & si dicatur.* † Limita; quia multo- 87 ties verba in legibus & statutis inculcantur ad maiorem expressionem, vt semel dictum, iterum per alia verba inculcata dicatur, & non plus operatur. Castr. *cons. 75. n.2. ver. frequenter autem, lib.2.* allegat *gl. in l. lecta. circa pr. ff. si cert. pet. in ver. inculcatio.* Vide, *Superflua verborum non admittitur in interpretatione, & quando secus. Concl. 895.* † 87 Limita; quia potius superflua verba admittũtur, quam quod iniquum inducatur. Crau. *d. cons. 70. n.29. ver. secũdo respondeo.* † Extende, quando sequeretur absurdum; quia potius superfluitas toleratur. Crauet. *d. cons. 70. n.29. ver. quinto respondeo.* † Extende; quando contra mentem disponentis operarẽtur, potius toleratur superfluitas. Crau. *d. cons. 70. in fi.* late Petr. Surd. *cons. 112. n.15. & 16.* † Extende, quia geminantur verba in cõtractu quãdoq; ex abundãti, vt ibi plenius caueatur. Crau. *d. cons. 70. n.29. ver. quarto.* † Limita; quia bene sufficit, quod verba etiam vniuersalia aliquid operentur in particulari. Rom. *cons. 180. n.5. ver. redeundo igitur*, vbi apost. *in ver. personarum*, qui loquitur maxime, qñ si vniuersaliter intelligerentur, resultaret absurdum. † Limita; quia quod dicitur, verba debent aliquid operari, intelligitur secundum naturam contractus, vel actus, vel secundũ naturam rei deductæ in cõtractu. Alex. *cons. 21. Viso compromisso, n.9. v. non obstat. lib.5.* vbi apost. *in ver. naturam* citat Alex. *cons. 129. lib.1.* † Limita, seu declara; quia hæc coniectura dicitur debilis, & infirma. Alciat. *in l.3. n.3. ff. de leg.1.* Mant. *deconiect. vlt. volunt. lib.3. tit.6. n.8. & li.8. tit.18. n.24. & lib.12. tit.17. n.39.* quia testatores multa adiiciũt, quæ abundant, & dubitationis tollendæ causa sunt adiecta, Ioan. Dilect. *de arte testandi, tit. de testam. ord. caut.11. in princ.* † Limita, vt non procedat, quando verba continẽt illud idem, quod tacite inerat eo modo; quia nihil operantur, sed sunt ad maiorem specificationẽ. Alex. *cons.32. Viso themate, n.5. lib.1.* Crau. *cons.25. n.31.* Rol. à Vall. *cons.56. n.29. lib.3.* Ruin. *cons.136. n.10. lib.3.* Tiraq. *de retract. conuentio. §.1. gl.2. n.28.* † Declara; quia magna est contentio in illa quæstione, quod legatum annuũ ciuitati factum durat solum centum annis, & procedit etiamsi sit dictum, quod legatum sit perpetuũ. Alex. *cons.60. lib.1.* cõtrarium *l. si in l.2. ff. sol. matr.* & vide, quia est vtraq; * cõmunis, vt supra *ver. Legata annua facta, &c. Concl.86.* † Limita, vt non procedat, quãdo resultaret intellectus, vel effectus contrarius iuri communi; quia tunc potius admittitur abundantia verborum. Alex. *d. cons.33. n.5. lib.1.* † Limita, quando causa demonstrationis ponuntur, non vt aliquid operentur. Crau. *cons.86. n.11.* † Idem, quãdo induceretur repugnantia dispositioni iuris in præiudiciũ tertii; quia tunc potius admittitur superfluitas verborum. Bero. *cons.134. n.18. & seq.*

max. *n.20. lib.2.* † Limita; quando quis indebite damnum pareretur, vel illicitum sequeretur, vel contra mentem disponentis fieret, quia tunc potius admittitur superfluitas. Crau. *cons.70. n.29.* 87
† Limita, qñ si verba aliquid operarentur; legatum, vel dispositio 88
redderetur inutilis, & sine effectu, pleneNatt. *cons.186. n.8.* vbi, q verba potius debẽt esse superflua, quã q legatarius oneretur, & legatum inutile reddatur. Vide, *Legatũ, & relictum quid sit, & an donatio sit legatũ. Concl.33.* † Contrarium Soc. Iu. *cons.173. n.7. lib.2.* vbi, 89
quod legatum non est onerosum, nisi legatarius accepret, & ideo potest cõtinere onus maius legato. Vide, *Superfluitas verborũ in interpretatione non admittitur. Concl.895.* Vide, *Superfluitas ne inducatur, multa prohibentur. Cõcl.894.* † Limita; quia verba posita ad exequu- 90
tionem dispositionis non ampliant disposita. Deci. *cons.413. Cõsuluit, n.7. in fi. & n.8. ver. & vlterius.* Vide, *Clausulæ exequutiuæ. Conc.312.*

Verba directa quæ dicantur. Concluſ. 86.

DICAS † generaliter, quod verba directa dicuntur ea, quę dirigũtur ad ipsum substitutũ, ita vt ipse propria auctoritate manu sua capiat. *l. eam. quam. & ibi gl. in ver. directa. C. de fideicom.* Bartol. *cons.70. Pater fecit, col.2. in fi. ver. dico in proposito, lib.2.* † Verba directa 2
sunt, *hæres esto, hæres sis*, & similia. Old. *cons.125. in pr.* Bald. *cons.196. n.1. & lib.4.* vbi, quod verbum, *hæres*, est voce, & potestate directissimum; & idem de verbo *sit*, vel *esto*. Sig. *cons.80. Factum sic præsupponitur, n.2.* Fulg. *cons.43. In primo præpositæ, in pr.* Sign. *cons.107. num.25.* communem * dicit Crass. *§. substitutio, q.5. n.2.* Castr. *cons.114. vol. fin.* * *lib.1. & cons.152. in pr. lib.2.* † Item verba, *nolo aliquem hæreditare, nisi de linea mea*; quia illud verbum *hæreditare*, est directum. Cuma. *cons.2. In hac quæstione, nu.8. ver. ad tertium.* † Item verba, *sit dominus. sit hæres*, 4
importãt idem, ne capiat de manu alterius; idem si dicat, *instituo, & substituo*; quia sunt verba directa semper. Sign. *cons.248. n.2. & 3.* † Item, *hæredem talem instituo in vita sua, & post eius obitum Capellã fieri, & construi iubeo de bonis meis.* Cald. *cons.338.* alias *9. de testa.* * & est cõ- 5 *
munis. Et quod verbum, *instituo*, sit directum, Fulg. *d. cons.43. in pr.* secundum * communem, Crass. *d. §. substitutio. q.5. in pr.* Castr. *cons.* * 6
114. col. fi. ver. vlterus posito, lib.1. Bart. *cõs.241. Pater filio. in pr. lib.1.* † Declara tamen; quia talia verba directa secundum naturam substitutionis efficiuntur communia, vt importent in pupillari directam, post pupillarem obliquam, & fideicommissariam substitutionẽ, fauore piæ causæ. Cald. *cons.338.* alias *9. de testa.* qui loquitur in pia causa; imo etiamsi verba directa ponãtur in substitutione, quæ non potest valere iure directo, obliquantur, vt sit fideicommissaria. Sign. *cons.80. in pr.* Vide, *Substitutio directa non obliquatur, & quando secus. Concl.782.* † Itẽ verbum, *instituo hæredem*, quandoq; sumitur pro substituo, vt si tẽstator dicat, *volo, quod bona mea veniãt ad tale monasterium, in quibus ipsum hæredem instituo. si filius meus decedat in pupillari ætate*; nam ex ordine cẽsetur primo institutus filius, & substitutum monasterium. Cald. *cons.345.* alias *16. de testa.* † Si tamẽ 8
filio decedenti quandocunq; pater instituat & substituat alium; erit directa substitutio propter verbũ, *instituo*, si in pupillari decedat filius hæres. Bal. *cons.484. per tot. li.2.* † Adde tamen, quod ver- 9
bum, *instituo*, omnino est directum. Cald. *cons.356.* alias *27. de testa. ver. vnde aduertendum, & cons.364.* alias *53. in pr. de testa.* & in tantum est directum, quod nullum verbum est magis directum, & ciuile. Bal. *cons.46. Verba institutionis, in pr. lib.1.* Imo verbum, *instituo*, est mere directum, expresse directum, & directissimum. Bald. *consil.484. Considerandum est, in fi. lib.2.* Ang. *cons.148. n.5.* † Declara secun- 10
do, quod licet verbum, *instituo*, sit directum de sui natura; tamẽ si applicetur secundæ institutioni, veluti; si quis instituat hæredem suum vniuersalẽ filium suum, & post illius obitum suum hæredẽ instituit N. & voluit valere iure testamenti, & codicillorum; quia si est substitutio, vel valet in vim codicillorum, vel si decedat primus institutus post pubertatem, tunc secũda institutio obliquatur, & valet in vim fideicommissi. Cald. *cons.364.* alias *35. de testam.* vbi pulchre loquitur. † Idẽ, si pater instituat filiũ, & post eius obi- 11
tum nepotes ex filio, quoad nepotes, verbum, *instituo*, importat substitutionẽ per fideicõmissum. Io. de An. *cõs.37. in pr.* † Declara; 12
quia inspecta mente testatoris, & ratione adiuncti verbi importat substitutionem. Bald. *cons.47. Casus talis est, d. Adriolus, in pr. lib.1.* Bald. *cõs.53. Instituo, circa med. ver. alio modo, lib.3.* vbi, quod largo modo importat substitutionem, licet ibi teneat contrarium. † Si ta- 13
men testator diceret, *filios meos instituo, & si contingat tẽpore mortis nõ habere filios, Seium hæredem instituo*, dicitur institutio, & non substitutio facta de Seio, quatenus testator haberet filios; & ideo Seius, qui obineret secũdum gradum, si extitissent filii, obtinet primũ gradum, ex quo non adfunt, & capiet propria auctoritate. Bald. *consil.186. Quia allegationes, numer.4. & 5. ver. item fortius est ponderandum, lib.1.* & sic importat institutionem ex ordinata cha-

ritate, quãdo sit in personam patris, & post illius mortem in personam filii. Bald. *cons.* 53. *lib.* 3. *in fi. & per tot.* verbum *habere* est directum, quando refertur ad vniuersitatem bonorum, videlicet ad dotem, hæreditatem, &c. alias est commune. Alex. *cons.* 168. Con-
f 15 *sideratis, n.* 4. *& lib.* 5. † *Moriatur*, est verbum directum, licet quandoq; mediante patre, obliquetur. Bald. *cons.* 38. *Super primo, circa fi. ver. circa quintum lib.* 2. & quod sit directum, idem Bald. *cons.* 150. *Factum sic se habet, n.* 2. *lib.* 4. vbi, quod tamen inducat substitutionem compendiosam ex coniecturis, non autem pupillarem, quando dictum est, *quandocunque moriatur*. Bald. *cons.* 151. *eod. lib.* 4. & quod sit directum, & conferat aliis verbis virtutẽ directam, idem Bald.
* *cons.* 451. *nu.* 2. *lib.* 5. & magis * communem, quod sit verbum directum. Crass. *in* §. *substitutio q.* 5. *n.* 8. Roma. *cons.* 158. *Circa articulum,*
* *in fi.* vbi apost. *in ver. dictum*, quæ dicit * communem. † Et quod sit
16 directum, & excludat matrem, quando pater voluit, quod quãdocunq; moriatur filius, bona & hæreditas per executores distribuantur pro anima, sit pupillaris. Bart. plene *cons.* 25. *in fin. & per*
17 *totum, lib.* 1. † Idem si dicatur, *moreretur*; quia est directũ. Bart. *cons.*
18 241. *Pater in filio, in pr. lib.* 1. † Declara; quia licet sit verbum directũ, non tamen semper; quia si ponatur in substitutione reciproca, quod vnus præmoriatur alteri, si sunt impuberes, est directum, si puberes, vel vnus pubes, & alius impubes, importabit fideicommissariam, quando non potest verificari directe & sic erit com-
19 mune, vel obliquũ. Capra *cõs.* 99. *n.* 3. *& seq.* † Et de verbis *accrescat, capiat, dominus esto, & reuertatur*, quod sint directa, Crass. *d.* §. *substi-*
20 *tutio, qu.* 5. *n.* 4. *& sequen.* † Et de verbo, *deueniat*, quod secundum aliquos sit directum, vel secundum alios sit commune. Roman.
21 *cons.* 130. *Viso test.amento in pr.* † Et quod verbum, *moriatur*, sit directum, sed non directum ciuile, declarat Castr. *cons.* 142. *Viso testamento, n.* 2. *lib.* 1. vbi allegat tenentes esse directum, & esse cõmune, & dicit, quod est directum, sed non ciuile; ideo resoluitur in verbum commune; quia paria sunt esse directum non ciuile, vel esse cõmune, & plenius *cons.* 152. *in pr. lib.* 2. dicit, quod non est verbum directum mere ciuile, prout *instituo, hæres sit*, sed est verbum mere consuetudinarium, de quo *in c. in de testam. in* 6. & ideo habet aliquando effectum verbi communis, & continere potest directam, & fideicommissariam substitutionem. Alex. *cons.* 165. *Circa præsentem, in pr. lib.* 5. vbi, quod est directum, non ciuile, quod importat idem, quod commune, & *cons.* 51. *n.* 5. *lib.* 7. vbi apostil. *in ver.*
22 *non est.* † Imo quod sit directum, etiam de iure ciuili, & Canonico, Rom. *cons.* 158. *Circa articulum, in fi. ver. tertio videndum*, vbi allegat text. *in auth. de incest. nup.* §. *pen.* ibi legitur, *etiam pater moritur, & in c.*
23 *si pater, de test.am. in* 6. † *Accipiat*, est verbum directum. Bald. *consil.* 120. *In facto proponitur, circa pr. ver. & videtur primo, lib.* 2. plenius Ang. *cons.* 97. *Viuian. n.* 3. vbi dicit procedere, etiamsi subintelligatur; quia executor ad distribuendum pauperibus, quandocũq; filius decedat, non potest distribuere, nisi accipiat; ergo est pupillaris.
24 † Et quod etiam sit commune, Crass. *d.* §. *substitutio, q.* 5. *n.* 3. † Decla-
25 ra, vt plene per Alex. *cons.* 12. *Attentis verbis, n.* 16. *ver. non obstat etiam, lib.* 3. quia est verbum directum, licet non ciuile, & substitutio facta per dictum verbũ, *accipiat*, siue sit expressum, siue subintellectum, prout in executore dato ad distribuendũ pauperibus, semper operatur, quod in pupillari est directa, substituta matre, existente in medio, & quæ mater excluditur, & licet tacita pupillaris non excludat matrẽ, intelligitur de ea, quæ est in vulgari simpli-
26 ci, secus in compendiosa, vel quando ad sunt coniecturę. † *Sit hæres* sunt duo verba directa; nam, *sit*, est verbum directissimum, *hæres*, etiam est voce, & significatione directissimum. Bald. *cons.* 196. *Su-*
27 *per eo, quod, n.* 1. *& 2. lib.* 4. † *Succedat*, est verbum magis aptum ad directam, quam ad fideicommissariam substitutionẽ. Bald. *cons.* 242. *Factum, super quo, lib.* 4. *in fin.* tamen secundum mentem testatoris quandoq; est directum, si iungatur verbis directis; quandoque commune, vel obliquum, si iungantur verbis communibus, vel obliquis. Bald. *cons.* 451. *Viso puncto. n.* 2. *v. & licet multa, lib.* 5. & quod sit verbum directum. Sig. *cons.* 80. *n.* 2. plenius *cõs.* 181. *in pr.* vbi *n.* 4.
28 *in fin.* quod ita iudicauit Collegium Mediolani. † Imo quod sit directum, quia vniuersalem successionem importat, sicut, *hæres esto*. Sign. *cons.* 107. *n.* 25. *& seq. & cons.* 189. *n.* 2. vbi plura, & Collegium
29 Mediol. ita iudicauit. † Imo commune aliquando & satis, quod
30 non directum mere ciuile. Castr. *cons.* 152. *in princ. lib.* 2. † Declara totam istam materiam verborũ directorum; quia aliqua sunt mere ciuilia, videlicet inducta à iure ciuili, prout, *instituo, hæres esto*, & ista nunquam obliquantur, neq; trahuntur ad fideicommissum, nisi adsint admixta verba communia, vel nisi adsit clausula codicillaris, vel nisi mens testatoris accõmodetur ex aliis: aliqua verba sunt directa, sed nõ mere ciuilia, prout *succedat, moriatur, habeat*, & ista si sunt, etiam de per se possunt importare substitutionẽ directam, & fideicommissariam, & sic tanquam habentia effectum verbi communis, obliquantur magis de facili, quam directum. re ciuilia, *l. verbis ciuilibus. ff. de vulg. & pupill.* ita plene Castr. *cons. Viso puncto*, quod est consilium decisuum *lib.* 2. & Alex. *d. cons. in pr. lib.* 5.

Verba obliqua quæ dicantur. Conclusio 87.

VERBA † obliqua generaliter dicuntur, quæ non dirigun-
ad substitutum, sed ad alium, ita quod substitutus debeat
alio petere, & de manu alterius capere, per text. *in l. tam. ff.*
ibi gl. of. super verb. directa. C. de fideicomm. Bartol. *d. cons.* 70. 2. *col.* 2. *in fin. ver. dico in proposito, lib.* 2. † Verba obliqua sunt, *rogo, mando*, & similia. Oldr. *cons.* 125. *n.* 2. † *Perueniat*, seu *perueniat*, est verbum obliquum, vel commune, secundum aliquos. Sign. *cons.*
n. 1. † *Restituat*, est verbum obliquum importans semper fideicommissariam substitutionẽ. Bald. *cons.* 36. *Omnis substitutio, lib.* 5. §. *substitutio. qu.* 5. *n.* 24. † *Distribuantur bona mea pauperibus*, sunt verba obliqua, Bald. *cons.* 120. *per totum, lib.* 2. *ver. in contrarium, & vide* 296. *Factum sic se habet, n.* 2. *ver. præterea quod sit fideicommissaria.* vbi, quod omne verbum, per quod quis tenetur capere de manu alterius, est obliquum. † Vide Castr. *cons.* 67. *col.* 2. *ver. Item* qui dicit, de sui natura verba *dentur, & distribuantur*, sunt obliqua, nisi adiiciantur directæ substitutioni; quia sunt directa. clusionem proxime sequentem, *n.* 35. † Declarat Ang. *uianus, n.* 3. quod sunt obliqua, sed quia executores nõ tribuere, quin accipiant prius, & verbum, *accipiat*, est compendiosa, per verbum *quandocunq;* est pupillaris. *Titius, n.* 2. *lib.* 7. *& cons.* 25. *n.* 2. *& cons.* 38. *in fin. & cons.* 6. sequitur Alex. *cons.* 11. *Alias consulti, in fin.* vbi citat & dicit magis * communem. † *Veniant*, seu *perueniat* verba fideicommissaria. Sign. *cons.* 66. *Factum tale est, n.* 2. *ad secundo*, & sic obliqua. Bart. *cons.* 22. *Homo, n.* 2. *lib.* 1. vbi casum *in l. hæredes.* §. *cum ita. ff. ad Trebell.* † Vel saltem sunt nia verba, *deueniat*, seu *perueniat*, idem Bart. *d. cons.* 22. *n.* 2. *lib.* *voluit. & mandauit*, sunt verba fideicommissaria, & obliqua *cons.* 42. *n.* 3. *in fi. ver. dentq. & si verba dicta substitutionis.* † Dicit per obliquum. Ang. *cons.* 97. *Viuianus. n.* 3. *ver. & pro hac* obliquum, Crass. *d.* §. *substitutio. q.* 5. *n.* 22. *& seq.* Castr. *lib.* 2. verbum *lego*, est obliquum. † Amplia; quia verba omnia sunt obliqua, quando agitur de excludẽda matre in medio, Bald. *d. cons.* 12. *circa principium, ver. & quia* Angel. *d. cons.* 97. *Viuianus, n.* 5. † Extende; quia omnino munia semper sunt obliqua, quando agitur de substitutione certa re, vel quantitate. Bald. *cons.* 464. *Incipiendo a prim. lib.* 2. † Declara, nisi adiiciantur substitutioni pupillari dato substituto vniuersali. Ang. *cons.* 148. *n.* 4. *vsq. in fin.* † quia omnia verba, quæ habẽt significatum, vt quis capiat nu alterius, semper sunt obliqua. Bald. *d. cons.* 296. *in fi. lib.* *n. cum præsuppono.* † Limita, quando verba obliqua sunt adiu situtioni directæ verbis claris. Crass. *d. q.* 5. *in fin.* Castr. *cons.* 2. *ver. breuiter, lib.* 2. Vide, *Substitutio pupillaris quando excluditur vel non. Conclus.* 820.

Verba communia quæ dicantur. Conclusio 88.

VERBA † communia generaliter dicuntur illa, quæ abso-
sonaliter sunt dicta, vt possint verificari, siue sui ipsius
piat de manu sua, siue de manu aliena. Bart. *d. cons.* 70. *Pater*
2. *in fi. ver. dico in proposito, lib.* 2. † Verba communia sunt *si* similia. Oldr. *cons.* 125. *n.* 2. & ista possunt importare substitutionem directam, & obliquam. Signor. *cons.* 80. *in pr.* Fulgos. *cons.* Bolog. *in addit. ad cons.* 10. *de Anan.* 46. *in pr.* Roma. *cons.* 58. *Visis tis, in princip.* vbi dicit * communem, & *cons.* 480. *n.* 5. & *cons. ligenter, in princip.* Alex. *cons.* 36. *Viso. n.* 2. *lib.* 3. vbi apost. *in ver. ma. & cõs.* 3. *Circa præmissam, in princ. lib.* 7. † Extende in tantum bum, *substituo*, esse cõmune, vt etiam si regat verba directa si dixit, *substituo hæredem vniuersalem Titium*, trahatur ad fideicommissum, quando aliter non potest valere. Fulgos. *cons.* 43. *n.* vero verbum, *substituo*, vel aliud verbũ commune, adiicitur bo directo, veluti si dicat, *substituo hæredem*, tunc erit directum. log. *in addit. ad cons.* 46. Io. de Anan. *in pr.* Bart. *cons.* 241. *Pater pr. lib.* 1. † Idem si adiiciatur dispositioni, quæ magis conuenit rectæ ratione personarum, & verborum; quia est directum. *d. cons.* 241. *n.* 2. *& n.* 5. *& 6.* vbi exemplificat *lib.* 1. † Idem si dicat *perueniat*, vel *deueniat*, eo ipso, assumit tunc naturam verbi directi Alex. *d. cons.* 36. *n.* 2. *lib.* 3. † Declara; quia si iungatur verbo dicto in diuersis dispositionib. seu ordinationibus, quia tunc retinet sua naturã, veluti si dictũ est, *substituo Titium, & illum liberum in* erit hæres directus, & etiã substitutus, ita Bolog. *in addit. ad cons.* de Anan.

23 sunt prolata. Bald. *d. cons.* 410. *in pr. ver. aut verba sunt prolata, lib.* 1. † Extende idem, quando imperfonaliter sunt prolata à cõtrahentibus; quia semper contra eum, pro quo proferuntur, sunt inter-

24 pretanda. Bart. in *d. l. veteribus, n.* 2. *& 3. ver. oppo. 10. ff. de pact.* † Amplia in consuetudine; quia consuetudo interpretatur cõtra eum, qui se fundat in ea, vel contra eum, qui cõsuetudinem introduxit. Si-

25 gnor. *cons.* 95. *nu.* 10. *ver. præterea ad idem.* † Amplia; quia vbicunque verba sunt deducta in pacto, & stipulatione, semper in dubio fit interpretatio, vt minor sit obligatio; ideo Commune Lucanum concedens præmiũ capienti bannitũ, intelligi debet de bannito tempore statuti facti, vt minus obligetur Commune. Angel. de

26 Perus. *cons.* 67. *Municipali lege, n.* 3. *ver. pro hoc quia.* † Amplia etiã procedere, quãdo cõstat, à quo sint verba prolata, à maiori ratione; quia semper ambiguitas interpretatur contra eũ, qui verba protulit ad alium obligandũ; ratio est; quia cum potuerit legẽ apertius dicere, contra eum fit interpretatio, si non aperte loquutus est, *l. veterib. ff. de pact.* vbi Bar. in princ. dicit, quod si constat, verba

27 fuisse prolata à venditore, contra eum fit interpretatio, & idẽ, si ab emptore, vt cõtra eum fiat interpretatio. † Amplia; quia propterea verba dubia venditionis, & pacti in vẽditione, vel datione in solutum interpretantur contra venditorem, vel dantem in solutũ, sic inducit text. in *d. l. veteribus, ff. de pact.* Dyn. *cons.* 1. *n.* 4. *in præterea etiam si verba.* Io. de Ana. *cons.* 98. *in fin.* † Amplia; quia verba dubia in calculis, si sunt vniuersalia, comprehendunt omnia quacunq; causa, & qui dicit aliquid non cõtineri, velle euacuatum, habet præsumptionẽ contra se; quia non referuantur, & in dubio contra eũ fit interpretatio. Fulgos. *cons.* 130. *Cæsar Neratius per tot.* maxime *n.* 2. *& 3.* † Amplia; quia qui se fundat in verbis, tractus dubiis, debet succũbere, quãdo maxime cessantibus verbis illis, super quibus se fundat, deberet succumbere. Alex. *cons.* 51. *Viso themate, n.* 3. *lib.* 3. *& cons.* 178. *In occurrenti, n.* 3. *ver. præterea, lib.* 3. *& cons.* 126. *Visis iis, n.* 8. *& 9. ver. quinto probatur, lib.* 5. & plenius *cons.* 140. *Circa primum, lib.* 5. *in princ.* & plenius *cons.* 9. *Attentis verbis, n.* 7. *ver. præterea, lib.* 7. † Et maxime, quando cõtra Ecclesiam, vel pro causam deducit verba contractus æquiuoca; quia in dubio pro Ecclesia, & pia causa fit interpretatio. Ang. Aret. *cons.* 41. *in nomine mate, n.* 23. *& seq. ver. præterea sumus.* † Declara tamẽ; quia verba contractus interpretari debent contra eum, qui se fundat in cõtractu; sed difficultas est, quis necessario debeat se fundare in contractu; nam qui habet intentionem fundatã in iure, illeum indiget, vt fundet se in cõtractu, sed ille, qui contra ius contra prætendit ex contractu. Alex. *d. cons.* 140. *n.* 6. *ver. & per prædicta, lib.* 5. † Declara; quia vbicunque constat de mente, qualiter contrahens, vel proferens intellexit; & tunc semper verba intelligitur secundum mentem in omni dispositione, & recedimus à regulis quæ cadunt sub præsumptionibus. Bald. *cons.* 410. *Verba dicunt, princ. lib.* 1. † Extende declarationẽ, vt procedat etiã, vbicunque interpretatio fieret, vel contra proferentẽ inclusiue vel exclusiue vitiaret dispositionẽ; quia tunc semper verba intelliguntur in dispositio non reddatur vitiata. Bart. in *d. l. veteribus, n.* 4. *ver. interpretatio, ff. de pact.* † Extende, quomodocunque sint verba dubia, vt quia habent duplicem sensum, semper fit interpretatio contra eum, qui se fundat in verbis dubiis. Alex. *d. cons.* 9. *n.* 3. *lib.* 7. Duplia in priuilegio; quia si verba possunt habere duplicẽ sensum in dubio contra eum, qui se fundat in verbis priuilegij, quando dubia non releuat, nisi concludat necessario. Alex. *cons.* 22. *Consideratis, per tot. lib.* 7. † Limita; quia verba generalia dirę-gnantia interpretantur contra conductorem, vt continentiores: nam qui conduxit vniuersitatem bonorum abbatiæ, vel alio, cum pacto, quod possit expellere particulares conductores quoscunque ad sui libitum, intelligitur finitis locationibus particularibus. Ias. *consil.* 45. *lib.* 3. † Limita, vt non procedat, quando ageretur de maiori, vel minori obligatione, non respectu personæ, sed respectu transmissionis pacti realis; quia verba interpretantur ad commodum eius, ad cuius fauorem sunt prolata, & cõtra proferentem ad commodum alterius, veluti si emphyteusim concedat feudum, vel emphyteusim Titio, & descendentes vsque ad tertiam generationem; quia intelligitur tertia generatio inclusa. Bald. *d. cons.* 375. *per tot. lib.* 4. & Cald. *consil.* 287. alias 9. *de locat.* Feder. de Sen. *cons.* 72. † Limita in vltimis voluntatibus, quibus latior fit interpretatio pro eo, ad cuius fauorẽ verba sunt prolata. Bald. *d. cons.* 410. *in princ. lib.* 1. Lancellot. Polyt. *in rubr. substitut. tit. de vulg. part.* 6. *nu.* 8. Vide, *Donatio qualiter interpretanda. Concl.* 626. † Limita, quando verba respiciunt materiam, quæ habuit ab vno plusquam ab alio ex contrahentibus specificari, plusquam à magis informato, prout sunt confinia, & seruitutes venditæ; quia semper verba ambigua interpretantur cõtra eum, qui specificauit, etiã si fauorẽ alterius possint importare. Bald. *cons.* 410. *ante med. ver. vel dic, quod quædam sunt, lib.* 1. † Contrarium videtur tenere Bald. *cons.* 15. *& 16. lib.* 5. vbi vult, quod si quis concedat alteri, quod possit fabricare pro manutenẽda cluía in terreno cõcedentis apud clusam, & vltra, non venit terrenũ cõcedentis non vnitũ petiæ terræ apud clusam, licet verba illa, *& vltra*, addita sionẽ faciant; quia intelligerentur contra eum, qui vult excedere ad fauorẽ. † Declara; quia si partes nõ conueniunt, de quo fierint, vt quia vnus de vno, alius de alio, nõ valeret cõtractus, staretur reo; idcirco si Stichũ quis promisit, & habet plures, fiet arbitrio iudicis, & qualiter debeat arbitrari, plene Rom. in *stipulatio ista. §. in stipulationib. n.* 10. *ff. de verb. obl.* vbi late & pulchre distinguit. † Declara; quia vbi constat de mente proferentis, semper attendimus mentẽ, vt verba intelligantur, vel ad fauorem, vel in odiũ proferentis, seu eius, pro quo sunt prolata, quando de mente constat; quia tunc non attenditur regula fundata super præsumptionibus. Bald. *d. cons.* 410. *in pr. lib.* 1. † Extẽde declarationem, vt procedat; quia verba dubia interpretãtur secundũ naturã contractus, siue sint prolata ab vno, siue ab alio; ideo si vẽditor prætendit posse cõpellere emptorẽ ad retrouendendũ, ex verbis dubiis debet succũbere: quia natura venditionis est libera, & qu

Vsque

vnis contrarium, debet habere verba clara, alias succumbit. Bald. 44 *cons.337. Et præmitto,n.3. & 4.v.verum illa verba,lib.3.* †Declara secundo, vt idem sit, quando dispositio redderetur vitiata ex interpretatione; quia verba sunt interpretanda tali modo, quod dispositio, super qua verba prolata esse dicuntur, non remaneat vitiata. Batt. 45 *in d. veteribus,n.4.ver.interpretatio.ff. de pact.* †Extende, vt idem sit, si interpretatio non posset conuenire dispositioni generali, & ambiguæ; quia debet fieri, vt conueniat. Bald. *d.cons.410.in princ.ver.aut non constat. lib.1.* Vide, *Interpretatio rei dubiæ à quo sit adhibenda. Concl. 229. & Concl.ibi proxim. seq.* †Limita in iis, quæ pendent à voluntate vnius; quia semper fit interpretatio verisimilis pro eo, qui loquitur, & ad ejus commodum, vt pinguius sibi ipsi consuluisse præsumatur. *l.Gallus. §.etiam.ff.de lib.& posthum.* vbi Socin. *nu.7.* distinguit, vel nomen hæredis exprimitur à concedente, intelligatur de non extraneo, sipt ofertur à recipiente, secus. Vide Concl.prox. præc.

Verba dubia interpretari debent, vt delictum excludant, vel minuant, & quando secus. Concl.107.

VERBA† quæ possunt importare delictum, & non delictum, debent interpretari, vt delictum excludant. Alex. *consil.70. lib.1.* vbi plenius *consil.74.n.4. lib.2.* plene Crauett. *consil.205.n.8. & seq.* 2 ‡ verba obligationis, vel contractus, quod habuit centum pro nunco societatis, non possunt mutuum importare, quando adest promissio soluendi aliquid pro trafico, sed est societas, ne vsura inducatur. Alex. *consil.191. Visa scriptura, lib.2. per tot.* maxime *in fin.* †Et verba etiam, *ex certa scientia*, si possunt referri ad licita, & illicita, 3 semper ad licita referuntur. Vide, *Confirmatio statutorum laicorum. Concl.709.* †Et verba, quæ possunt importare iniuriam, & non iniuriam, in bonum sensum sunt capienda. Vide, *Iniuriosa verba quando in.& n.Concluf.159.* †Extende; quia etiam per diuinationem, & disiunctionem fit interpretatio ad excludendum delictum. Alexand. 6 *Consil.70. nu.1. lib.1.* †Amplia; quia verba, quæ possunt importare delictum maius, & minus, debent intelligi de delicto minori. Bal. *cons.259. Verba inquisitionis, in princ. ver. secundo non procedit, lib.1.* vbi, quia verba prolata, *Dagli al traditore*, id est, *percute proditorem*, sic est dictum homicidium, non importat mandatum ad homicidium, sed ad pugnum, & minus delictum. Rol.à Vall. *consil.1. num.37. lib.3.* 7 Crauet. *consil.6.n.69.* Vide, *Confessio dubia potest declarari. Concl.672.* †‡ Amplia etiam in mandante; quia qui mandat accommodari instrumentum, intelligitur dare mandatum ad licita, vt accommodetur cum suis clausulis solitis, & consuetis, non autem, vt committatur falsitas. Alex. *consil.89. Viso themate, n.13. & seq. ver. sed Bart. re-* 8 *spondendum, lib.3.* †Amplia; quia confessio facta per reum ad inquisitionem contra eum formatam, per quam confitentur contenta omnia esse vera, non extenditur ad ea delicta, quæ sunt juris, puta 9 quod sit famosus; quia confessio eorum, q̃ sonant in jus non præjudicant. Ang. *consi.403. Formata fuit.* Vide, *Confessio dubia, &c. Concl.* 672. †Amplia; quia verba prolata, *Io mi vendicaro, ouero ne faro vendetta*, id est, *ego me vindicabo, aut faciam vindictam*, debent intelligi de vindicta juris, & sic in beniginorem partem. Alex. *consi.188. Viso pro-* 10 *cessu, ver. & etiam dum testis, lib.7.* †Amplia in verbis depositionum testium & super negatiua non coarctata examinatorum; quia semper debent interpretari, vt excusetur falsitas secundum * communem, de qua Clar. *in §. falsum, nu.13. in fin.* Vide, *Testes à depositione fal-* 11 *sa multipliciter saluantur. Concl.251.* †Amplia; quia in dubio dolus, & fraus non præsumitur. Vide, *Dolus non præsumitur, & quando secus. Concl.573.* Vide, *Fraus non præsumitur, & quando secus. Concl.* 478. †Et interpretatio fieri debet, vt dolus absit; ideo vt non adsit falsitas, q̃ à dolo prouenit. Crauet. *consil.145.n.2.* Simon de Præt. *consil.82. in* 13 *fin.* Vide, *Interpretatio, &c. Concl.330.* †Vide contrarium in multis; quia testis, qui falsum deposuit, absq; eo, quod probetur, quod pecunia, vel aliter fuerit corruptus, præsumitur ex corruptela, & do- 14 lo falsum deposuisse secundum * communem. Socin. *consil.40. n.9. lib.2.* Clar. *in § falsum, num.17.* licet *nu.18. in fin.* hoc declaret verum, quando falsitas est nocibilis, alias pœna extraordinaria puniri debeat. †Amplia; quia verba, q̃ important necessario delictum, vel captionem, in dubio sumi debent, vt minus delictum, & minorem iniquitatem, vel minorem captionem importent. Rom. *consil.340. Plura sunt in prin. ver. quod euidenter ostendo*, vbi, quod potius ex læsione præsumitur contractus læsiuus, q̃ simulatus; quia in dubio, vt 15 valeat. †Extende; quia si in vtraque interpretatione agitur, vt delictum excludatur; tunc attenditur illa interpretatio, quæ habet præsumptiones vrgentiores. Alex. *consil.179. Visis, in princ. ver. tamen* 16 *contra hoc contrarium, & n.3. cum seq. ver. ad quæ respondeo, lib.7.* †Amplia nedum in verbis, sed etiam in facto dubio, vt præsumatur factum tempore permisso, & licito, ne incidat in pœnam, vt in correctione erroris facta à Notario. Alex. *consil.70. Viso processu, n.4. & seq. lib.1.* †In probatione ambigua in dubio, quod non sit filius, q̃ 17 quod sit filius ex delicto conceptus, & sic spurius. Alex. *cons.74. Vi-* 18 *so processu, n.3. ver. nam in dubio, lib.2.* †Amplia; quia mandatum semper ad licita in dubio intelligitur. Vide, *Mandatum semper, &c. Con-* 19 *cl.37.* †Limita; quia delictum in dubio præsumitur ad fauorem delinquentis, quando venit absoluendus à simulatione, vel alio delicto. Rom. *cons.304.n.2. in fin. ver. nec refragatur*, vbi apost. *in ver. singu-* 20 *laris*, dat plures concord. †Limita; quia multi sunt casus, in quibus in dubio præsumitur delictum, vide Marsil. *in l.1. §. diuus. num.31. & seq. ff. ad Leg. Cornel. de sicar.* Vide, *Delictum vnicum quando in pluribus lo-* 21 *cis posit puniri, vel non. Concl.170.* †Extende; quia si dubium est, an vulnus sit mortale, & vulneratus sit mortuus, præsumitur ex illo vulnere, nisi probetur contrarium, quod ex mala cura, pl. ne Boer. *dec.323. nu.8. ver. tertio casu*, & plenius *nu.24. ver. sed quando medici*, vbi, quod statur affirmantibus vulnus mortale esse. Marsi. *in l.1. §. diuus.* 22 *n.39. ff. de sicar.* †Contrarium tamen vide per Marsil. *d.l.1. §. diuus. nu.* 23 *39. ff. de sicar.* & clarius Boer. *d. decis.323. n.20. in fin.* vbi, quod sufficit, quod res sit dubia facto mortui pro reo. †Extende; quia consilium non obligat ad malum alias facturo datum; tamen in dubio debet probare consulens, quod esset facturus sine consilio, alias tenetur consulens de homicidio. Felin. *in c. sicut dignum, n.12. ver. tertia* 24 *conclusio, de homicid.* †Contrarium apostilla ibi ad Felin. qui alias ex præsumptione condemnaretur de homicidio pœna ordinaria, q̃ esse non debet. Vide, *Interpretatio rei dubiæ qualiter facienda. Conc.339.* Vide, *Præsumitur bonum in dubio. Concl.616.*

Verba clara non admittunt controuersiam. Concl.108.

VERBA† clara non admittunt interpretationem, neque voluntatis conjecturam, *l. licet Imperator. ff. de leg.1.* Soc. *consil.13. n.38. lib.1.* Rol.à Vall. *consil.79. num.55. lib.3.* †Et quod vbi sunt verba clara, non relinquatur locus interpretationi. Abb. *consil.97. Viso instru-* 2 *mento, num.1. ver. & primo quia, lib.2.*

Verbum idem quandoque stat proprie, & improprie, & quando. Concl.109.

UNVM† & idem verbum ad plures terminos applicatur, quan- 1 doq; proprie, & improprie, *l.2. ff. de offic. procons.* vbi glos. *in ver. manumitti*, tam liberos, quam seruos; quia quoad liberos est improprie, quoad seruos proprie. Rom. *consil.480. In casu, n.6. ver. nec* 2 *est incongruum*, vbi apostill. *in ver. suadet*, citat Tiraq. *de vtroq; retract. tit.1. §.1. glos.8. n.22.* †Extende; quia verba, *instituo N. filium meum, & post eius obitum illius filios*, importat directam institutionem in filio, & substitutionem in nepotibus. Jo. de An. *consil.37. Viso puncto,* 3 *in princ.* †E conuerso, si testator substituat sibi, & filio hæredi; quia simul verum esse non potest verbum, *Substituo*, q̃ est comune, quoad testatorem importat directam institutionem, videl. si filiꝰ hæres non erit, quoad filium importat fideicommissariam; quia verbum commune est verbum, *Substituo*. Rom. late *consi.480. In casu, n.5. ver.* 4 *possumus etiam*, vbi dicit non esse incongruum. †Amplia; quia vniuersale tollitur pro particulari, & plurale pro singulari, & econtra. Bart. *consil.57. Annacellus, in princ. lib.1.* †Amplia; quia eadem dictio 5 distributiua quandoq; in eadem dispositione operatur quoad aliquos tm̃ ad tollendum absurdum, & cessante absurdo opatur quoad oēs, prout si pater habens plures filios, quorum aliqui sunt puberes, aliqui impuberes, si substituit hoc modo: *Et si aliquis ex filijs meis decesserit in pupillari ætate, vel alias quandocunq;, superuiuentes substi-* 6 *tuo*, verbum, *Si aliquis in pupillari*, continet solos pupillos, in secunda substitutione fideicommissaria continet oēs. Sign. plene *consil.188. n.* 7 *ver. item est aduertendum.* †Amplia; qa vnum & idem verbum applicatum diuersæ qualitati diuersam facit, & recipit interpretationem. Rom. plene *consil.516. In casu, p̃ostea, n.7 ver. sexto quia*, vbi, q̃ legatum vsusfructus omnium bonorum vxori relictus importat alimenta instituto filio; si v. extraneus est institutus importat plenum vsumfructum. †Amplia; quia imo quandoq; verbum, *imputare*, sumitur p̃ conferre, vt sensus sit magis p̃rius. Castr. *consil.145. Visis,* 7 *col.1. in fin. ver. si vero, cum seq. lib.1.* †Et dictio, *etiam*, cuius natura est 8 ampliare, quandoq; sumitur p̃ copula, q̃ coniungit. Alex. *cons.116. Animaduersis, n.15. lib.2.* †Et non est absurdum, q̃ vna dictio ſter p̃ alia. Alex. *d. cons.116. n.16. ve. nec enim lib.2. l. iubemus nulli. §. æconomus. in* 9 *ver. imo*, & ibi gl. *C. de sacrof. Eccl.* †Et dictio, *maxime*, q̃ est implicatiua, quandoque stat pro taxatiua. Alex. *d. consil.116. n.16. lib.2.* †Et dic- 10 tio, *etiam*, quandoq; importat taxatiuam tm̃. Alex. *d. consi.116. n.14.* 11 *ver. si enim statutum, lib.2.* †Et dictio copulatiua stat pro disjuncta, & 12 è conuerso disjuncta stat p̃ conjuncta ex præsumpta mente. Alex.

*consil.98.Visis ijs,n.8.ver.denique,lib.5.*vbi apost. *in ver.disiunctiua*, citat Alex. *consil.22.nu.5.lib.1.* Vide, *Terminus respiciens plura determinabilia omnia æqualiter terminare debet, & quando secus. Conclus.53.* Vide infra, *Verba pluralia quando singularitatem importent, & è converso. Concl.119.*

Verba impropriantur, ne pereat dispositio, & multis aliis casibus. Concl.110.

1 VERBA †trahuntur ad extraneum intellectum, si aliter res sal-
2 ua esse non posset. Petr. Anchar. *consil.65.n.8.*†Et idem, quando non conueniunt naturæ, & qualitati actus, vel contractus. Ro-
☞ man. *consil.509. Circa propositam, num.7. & seq.* Vide, *Mens & ratio attendenda plus, quam verba Concl.199.*†Amplia; quia verbum, *Indulgemus*, exponitur, videlicet indultum ostendimus, glos. *in cap. & si*
4 *Christius, in fin. de iureiurand.* Jo. de Imol. *consil.99. in princ.*†Extende; quia licet tutor legitimus à lege sit tutor, & solam administrationem conferat judex; si tamen tutelam illi decernit, exponitur, tutelæ administrationem. Jo. de Imol. *d. consil.99. in princ.* ita Bart. *in l.*
5 *legitimos, n.5. ff. de admin. tut.*†Extende; quia si judex legitimum tutorem à lege datum tutorem dat, exponi debet, declarat, Jo. de Im. *d. consil.99. in princ.* vbi, quod secundum subiectam materiam ver-
6 ba impropriantur, vt actus va eat. † Amplia; quia verba impropriantur, & extenduntur in sententiis, & laudis, vt aliquid operentur, quando alias essent sine operatione. Rom. *consil.14. Idem de iure,*
7 *in princ.* vbi apost. *in ver. impropriari.*†Extende idem in verbis & dispositionibus partium, & contrahentium. Roman. *d. consil.14. in fin.*
8 †Extende in statutis; quia verba impropriantur, & extenduntur, vt non sint superflua. Rom. *d. consil.16.n.5. ver. tertium autem*, vbi apo-
9 still. *in ver. operaretur.*†Amplia; quia verba impropriantur, vt saluetur dispositio ēt in contractibus, & odiosis; & ideo si fiat contractus nomine talis societatis hæredum, & successorum; quia non transit ad hæredes societas, intelligitur factus contractus nomine personali sociorum. Abb. *consil.86. Visis capitulis, nu.5. ver. præterea &*
10 *nōbtanter, lib.2.*†Amplia; quia magis etiam extensio permittitur, vt
11 verba aliquid operentur. Rom. *d. consil.14. per tot.*†Amplia; quia si pater faciat renunciari per filiam doti maternæ, q̄ transfunditur in filios masculos, si postea instituto filio masculo substituit eidem decedenti sine fil is in dote ma ris eādem filiam, quæ doti renunciauit, licet amplius non sit dos in ess ntia; tamen verba impropriantur, vt intelligantur de quantitate, quæ ascendat ad dotem,
12 ne actus sit frustratorius, *l. quoties. ff. de rebus dub.* gl. *in l. puto. ff. famil. herciſc.* Abb. *consil.32. lib.2.*†Amplia; quia si iudex prorogat terminum jam finitum, verbum, *prorogatio*, sumitur pro noua concessione, quando potest judex vtrunque facere, *l.1.§. veteres.* vbi Dd. *ff. de*
13 *acquire. poſſ.*†Amplia; quia vt saluetur intentio disponentis, vna di-
14 ctio ponitur pro alia, *l. eas causas. ff. de cond. & demonst. cum ibi not.*†Extende; quia q̄ dicitur de vna dictione, vt pro alia deseruiat, idem erit; quia vnus casus ponitur pro altero, q̄n aliter stare non potest
15 Castr. *consil.159. Super primo, n.3. ver. nam interdum, lib.1.*†Et copulatiua sumitur pro disjunctiua, & è contra, vt verba deseruiant menti
16 testatoris. Alex. *consil.130. Attentis verbis, in fin. n.8. ver. præterea, lib.2.*† Amplia; quia verba impropriantur fauore Ecclesiæ, ideo rescriptum ad fauorem Ecclesiæ, quod bona alienata restituantur, licet alienatio referatur ad dominium translatum, & respiciat petitorium; tamen fauore Ecclesiæ important possessorium. Alex. *consil.*
98. *Visis, n.4. & seq. lib.1.* allegat Innoc. *in c. Episc. de rebus Eccl. non alien.*
17 †Extende; quia verba, ad ius, & proprietatem Ecclesiæ, exponun-
☞ tur, ad possessionem. Alex. *d. consil.98. num.5. lib.5.* Vide *in ver. Pertinere, vel spectare quid importet. Conclusio.324.*†Amplia; quia vt deseruiatur menti præsumptæ disponentis, verba exponuntur in contrarium sensum, vt dictio copulatiua importet disjunctam, & disjunctiua importet conjunctam. Alex. *d. consil.98. num.8. ver. denique, lib.5.* vbi apostill. *in ver. disiunctiua.* Vide, *Mens & ratio attendenda, &c. Concl.199.* Vide Conclusionem proxime sequentem.

Verba impropriantur secundum subiectam materiam. Concl.111.

1 DARE †importat dominium transferre secundum propriam interpretationem, sed quando constat, quod non fuit tradita possessio rei, non potest importare translationem dominii. Socin.
2 *consil.93. Circa primum, n.2. ver. præterea, lib.1.*†*Concedo*, licet importet translationem dominii; tamen secundum subiectam materiam
3 hoc non importat. Socin. *consil.93. n.4. lib.1.*†*Vendidit*, exponitur lo-
4 cauit secundum subjectam materiam. Socin. *consil.93. n.3. lib.1.*†Et generaliter verba solent quandoque impropriari secundum subjectam materiam, & restringi. Bart. *in l. Quintus. §. argento. ff. de aur. &*
argen. legat. Alex. *consil.5. lib.4.*†Amplia; q̄a verba quæ non possistare, prout cantant, impropriantur secundum naturam contractus, vt valeat contractus, vel actus. Abb. *consil.68. Visis capitulis, n.9. in fin. v. non obstat. lib.2.* Vide Concl. px. præc. Vide, *Verba secundum subiectam materiam intelliguntur. Concl.95.* Vide, *Verba vniuersalia secundum subiectam materiam restringuntur. Concl.132.*†Amplia; quia verba priuilegii si sunt improprianda, vt priuilegium sit reale, &c. iam, vt sit personale, magis admittenda est impropriatio illa, quæ inseruit naturæ actus, q̄ alia; ideo si priuilegium prima facie est personale; quia directum personæ, potius impropriatur verbum, quod substineatur natura priuilegii, quam quod destruatur. Alex. *d. consil.*
86. *In causa dationum, col.2. in ver. nec obstat, si dicatur. lib.1.* [illegible]

Verba quandoque impropriantur, ne importent privationem ipso iure. Concl.112.

VERBA †priuationem inducentia, videlicet aliquem esse priuandum, important, vt non sit priuatus ipso iure, sed tamen quandoque exponitur priuandum, videlicet priuatum iudicium. Hostien. *in c. inter dilectos, de excess. Prælatorum, in ver. amouendum.*
† Amplia; quia impropriantur, ne actus reddatur nullus. Vide *Verba impropriantur, ne pereat dispositio, & multis casibus. Concl.110.* &
de, *Facta multa tenent, quæ fieri de nouo prohibentur. Concl.12.*

Verba præsentis temporis exponuntur quandoque de præterito, vel futuro. Concl.113.

VERBA †præsentis temporis exponuntur quandoque de præterito, vt intellectus deseruiat menti, *c. concupiscentiam, 32. quæstione, de constit.* Gemin. *consil.122. num.2. in fin. ver. nec mirum*, vbi tenetur in verbis sententiæ. †Et verbum, *Est*, quod denotat tempus præsens, importat etiam præteritum, *l. verbum erit. ff. de verbor. signific. med. vsq; in fin.*† Amplia; quia verba præsentis temporis, quæ que futurum important. Gemin. *consil.122. nu.3. ver. pro qua fat.* maxime, quando sunt verba Subiunctiui modi præsentis temporis; quia futurum optatiui modi important. Sign. *consil. in fundamento Fulgosii, in fin.* Vide infra, *Verba Subiunctiui modi licet præsentis important futurum. Concl.155.* †Amplia multis modis Conclusione proxime seq. † Limita; quia regulariter verba de præsenti non concludunt futurum; ideo vendens, vel alienans aliquid cum suibus sibi competentibus non includit iura de futuro, puta quæ de vendita rei poterunt competere, puta ratione vsusfructus consolidati per mortem, vel ratione fideicommissi purificandi, ita Rom. *consil.*
503. *Diligenter, num.11. cum seq. ver. quarto videndum.* Alex. *consil.170. subiectus verbis, in princ. lib.5. & consil.25. Consideratis, num.4. ver. tertio cunque, lib.7.*† Hanc regulam ponit incertus author post Regut. Socin. *Regul.1. Verba præsentis temporis ad futura non porrigantur*, qui restringit quinque modis: Primo, quando testator grauat hæredem vt soluat debita Titii; quia etiam debita in diem comprehendit item in statuto, quod bonis positis ad cridas præiudicetur creditoribus; quia etiam si fint in diem, continentur: tertio, quod non posset aliter verificari: Quarto in promissione reciproca: Quinto in priuilegio, vt ibi, quem videas.†Extende; quia secundum priam significationem verba præsentis, & præteriti non trahuntur ad futura; quia si quando toleratur, est improprie, & non debet trahi ad consequentiam, vel extendi. Bart. *consil.52. Non videtur*, quod est Andreæ de Monte Ubiano.†Extende; quia imo verba ne vllo tempore prolata intelliguntur de præsenti, & non de preterito, vel futuro regulariter. Alex. *d. consil.170. num.3. ver. quamlib.5.* vbi apostill. *in ver. præsentis*, citat *decis. Tholos.190.* Corn. *consil. col. fin. lib.1.* Brun. *consil.55.*†Restringe, quando dispositio vitiatur si futura non comprehenderentur. Alex *d. consil.170. num.3. ver. quando alias, lib.5.* Vide plenius, *Dispositio generalis loquens de præsenti quando trahatur ad futura. Concl.491.*

Verba legis de præterito quando includant futura, & non. Concl.114.

REGVLAM †facias, quod verba legis, siue statuti de præterito non præsenti important futurum tempus; quia semper loquitur ne vllo tempore prolata intelliguntur de præsenti, & non de preterito, vel futuro regulariter. Alex. *d. consil.170. num.3. ver. quamlib.5.* vbi apostill. *in ver. præsentis*, citat *decis. Tholos.190.* Corn. *consil. col. fin. lib.1.* Brun. *consil.55.*†Restringe, quando dispositio vitiatur si futura non comprehenderentur. Alex *d. consil.170. num.3. ver. quando alias, lib.5.* Vide plenius, *Dispositio generalis loquens de præsenti quando trahatur ad futura. Concl.491.*

lex, & eius natura est futura respicere. Bart. *in l. si ita, n.2. ff. de aur. & arg. leg.* Castr. *consil.315. Super eo, quod quæritur, per tot.* maxime *n.3. ver. fin. & num.7. lib.1.*†Extende; quia verba legis, etiam si non sint vniuersalis, loquentia de præterito includunt futurum tempus, si non est in præiudicium alterius, neq; tollit ius tertio, Castr. *consil.*
315. *Super eo, q. quæritur, per tot.* vbi late, quod constitutio ad fauorem Hospitalis S. Mariæ de Horto, quod testamenta facta à mente

Marcha

Martij,& citra sine solemnitate, ꝓpter mortalitatem,valeant, in-
cludit tempus futurum in lege, secus in contractu , vel inter priua-
ros,*lib.*1. maxime *n.*3.*& seq.* † Restringe, quando lex contineret re-
missionem delictorum ; quia nunquam trahitur ad futura. Bart.*d.l.*
*si ita ff.de aur.& argent.legat.num.*2. allegat *l.cum lex.ff.de legibus.* Castr.
*consil.*315.*num.*5.*lib.*1.† Amplia ; quia verba legis, vel statuti, per quæ
quis non inducitur ad delinquendum , sed potius tollitur materia
delinquendi, vel occurritur malitiis,& fraudibus, licet sint de præ-
terito ; tamen extenduntur ad futura. Gemin.*consil.*18.*n.*2.*ver.sed ad*
primum. Vide, *Lex noua distinguitur per legem antiquam, & quando secus.*
*Conclus.*259.† Amplia ; quia verba dubia de præterito, vel futuro in
lege, vel statuto in dubio applicantur ad futurum potius, quam ad
præteritum. Gemin.*consil.*18.*in fin.ver.& per præmissa.*† Ampl 4 ; quia
verba de præterito, videlicet præteriti plusquamperfecti prolata à
testatore, quando sunt Subjunctiui modi, futurum important ; ideo
si testator legat Titio centum , dum stetit in studio, & si compleuisset studium , eadem centum legat eiusdem Titii patri singu-
lo anno , illa verba, *Si compleuisset*, de futuro intelliguntur, non de
præterito ; ideo quandocunq; compleuerit post mortem testato-
ris, vel ante, centum debentur patri. Fulg.*consil.* 28. *Testator in testa-*
mento.† Amplia ; quia verba præsentis,& præteriti imperfecti sim-
pliciter prolata non important futurum , prout si quis legat pecu-
nias, quas haberet super monte, restringitur legatum ad temp⁹ te-
stamenti ; quia verbum , *haberet* , est præsentis optatiui & præteriti
imperfecti subjunctiui ; ideo futurum non includit ; si tamen di-
xit testator , quod legabat pecunias , quas habet, vel haberet super
monte, &c. tunc includit futuras pecunias , ne sit frustratorie ad-
ditum, *vel haberet*, ita Castr. *in l.cum stipulamur.ff.de v.r.oblig.* & quod
verbum *haberet* possit includere futura. Bart.*in l.1.an* 7.*quæst.ff.de iu-*
risdicti.† Restringe igitur ; quia in dispositione hominis verba de
præterito , prout in legato facto de pecuniis, quas habuit , non in-
cludunt futuram.† Restringe ; quia in priuilegio concesso sup nul-
litate alienationum factarum habet locum solum in ꝓteritis , non
in futuris. Ang. Aret. *consil.*72.*in casu supradicto,n.*12.*& seq.ver.secundo*
ad hæc aduertendum.† Declarat idem Ang. Aret. *d.consil.*72.*n.*42.*&* 43.
Hinc obstat, quod dicitur, non procedere, quando constaret per alia
verba priuilegii de contrario. Vide, *Lex noua trahitur ad futura, &*
quando ad præterita. Concl. 264.† Limita ; quia verba *habuisse , & rece-*
pisse, in confessione licet sint præteriti plusquamperfecti, & deno-
tent tempus præcedens confessionem ; tamen non ꝓbant actum,
vel habitionem ante confessionem , sed referuntur ad temp⁹ con-
fessionis. Card. Zabar. *consil.*14. *Statuto Trigesti, in prin.* Vide, *Confessio*
*de recepto non probat veram numerationem. Concil.*655. † Imo si postilla
verba, *confessus habuisse centum*, adsint verba, *quæ sibi data fuerunt*, licet
verba sint de præterito , important modicum tempus ante confes-
sionem , & sic ꝓteritum circa contractum in dubio, nisi aliter con-
stet. Alex. *consil.*2.*Ex narratu,n.*18.*in fin.& n.*19.*ver.quia illa verba ap-*
*posita, lib.*5.† Extende ; quia si sunt verba instrumenti, *pro residuo dotis*
promissæ, licet verbum, *promissæ*, sit temporis præteriti ; tamen quan-
do aliter non constat de promissione præcedenti, intelligitur tunc
promissæ in instrumento. Alex. *consil.*178.*Viso processu,n.*4.*ver.& illa*
*verba instrumenti, lib.*7. vbi apostill. *in ver.tunc* citat pro vtraq; parte,
& confirmat Alex. *consil.*179.*in princ.cod.lib.*7.† Sic etiam si sint verba in instrumento, *quod Titius habuit, & recepit à Sempronio*, intelligi-
tur verbum, *habuit*, non de præterito , sed de præsenti in contractu ;
quia sunt verba Notarii , qui non potest rogari de iis , quæ non vi-
dit, neque audiuit, communem * dicit Alex. *d.consil.*179.*n.*4 *lib.*7.*&*
*nu.*5. vbi, quod alias Notarius falsum committeret, & delinqueret
in officio. Alex. *consil.*77.*nu.*10.*lib.*6.† Sic verba instrumenti, *Soluit,*
& numerauit , licet sint de præterito , intelliguntur in contractu, &
sic de præsenti, adeo, quod si probaretur contrarium , instrumen-
tum esset falsum. Alex. *d.consil.*179.*n.*5.*ver.& bene ad propositum, cum*
*seq.lib.*7.† Sic verba instrumenti, *dedit, vendidit, tradidit*, non probant
traditionem rei, nisi sint dicta in conspectu rei. Alex. *d.consil.*79.*n.*3.
*ver.ideo quando Notarius, lib.*7. vbi, quod sunt verba Notarii , & ideo
referuntur ad tempus celebrati instrumenti ; quia potuit interue-
nire traditio in conspectu rei, & si non interuenit, operantur licen-
tiam accipiendi propria auctoritate.

Verba hominis de præsenti, vel præterito quando non comprehendant futura, vel non. Concl. 115.

VERBA† hominis de præsenti, vel præterito, si sunt extensiua,
prout verbum, *potest*, trahuntur ad futura. Bart. *l.si ita,nu* 3.*ff.de*
aur.& argent.legat.† Idem in verbo, *tunc*, quia importat futurum, &
tempus mortis testatoris, *l.tutoribus.ff.de testam.tutel.*† Idem in ver-
bo, *talis casus*, applicato conditioni extituræ. Bart. *in d.l.tutoribus,n.*1.
ff.de testam.tutel. Roland. à Vall. *consil.*39.*n.*14.*lib.*4.† Amplia, vt pro- 4
cedat etiam in verbis non extensiuis ; quia in iis , quæ dependent à
mera voluntate defuncti, trahuntur ad futura. Bart. *d.l.si ita, num.*3.
ver.aut est aliud. ff. de aur. & argent.legat. † Extende etiam in iis, quæ 5
non dependent à mera voluntate defuncti, quando variatio consi-
stit circa eandem rem, vel quæ habetur loco eiusdem rei ex dispo-
tione testatoris Bart *d.l.si ita.n.*3.*ver.si vero.ff.de aur.& arg.legat.*† Ex- 6
tende, etiam si variatio sit circa res separatas, quando agitur de mo-
dico præiudicio. Bart. vbi supra.† Amplia ; quia prohibitus petere 7
per verba vniuersalia aliquid ex quacunq; causa, prohibetur etiam
de futuro. Dec. *consil.*69.*n.*4.*ver.imo quod fortius.* Anchar. Regien.
*quæst.*69.*in fin.lib.*1.† Amplia ; quia quando dispositio esset inutilis, 8
vt quia aliter non posset verificari in præteritis , vel præsentibus ,
extenditur ad futura. Dd. vbi Bart. *in l.qui Romæ.*§.*duo fratres, in* 6.*qu.*
ff.de verb. obligat.† Amplia ; quando verba sunt præteriti imperfecti 9
Subjunctiui ; quia important futurum. Bartol. *in l.Quintus.* §.*idem*
scribit,& in l.cum quidam ff.de aur.& arg.legat. Paril. *consil.*162.*n.*13.*lib.*
2. Ruin. *consil.*39.*n.*4.*lib.*5. late Corn. *consil.*34.*n.*5.*lib.*3.*& consil.* 192.
*num.*3.*lib.*2. plenissime Bursat. *cons.*89.*num.*43.*& seq.lib.*1.† Limita, 10
quando verba non sunt extensiua, & proferuntur in iis, q̃ non pen-
dent à mera voluntate defuncti, & variatio consistit circa res sepa-
ratas ; quia verba præteriti temporis , vel præsentis nunquam tra-
huntur ad futura, si agitur de magno præiudicio, ita Bart. *d.l.si ita,n.*
3.*ver.aut tractatur de magno. ff. de aur. & argent.legat.*† Restringe, nisi 11
adsit dictio, *Tunc*, quia tempus futurum , & mortis testatoris im-
portat, *d.l.tutoribus.ff.de testam.tutel.* Bart. *d.l.si ita.ff.de aur.& arg.legat.*
*nu.*3.† Restringe, quando ageretur de accessionibus primarum re- 12
rum. Bart. vbi supra *n.*3.† Restringe, quando verba conferuntur in 13
tempus conditionis futuræ ; quia tunc omnia , quæ ex die dispo-
tionis vsq; in tempus existentis conditionis contingunt, compre-
hendunt, *l.quod sponsa*, vbi Bart.& Bald. *C.de donat.ante nu. pr.* Crauet.
*consil.*11.*n.*9. Socin. *in l.cognatis,n.*30.*ver.quarta & vltima con. l.ssio.ff.de*
rebus dub. Rol. à Vall. *consil.*70.*n.*10.*lib.*3.† Idem, si talis conditio in- 14
sit juris ministerio, vt in eo, qui renunciat successioni alicuius, quia
intelligitur, si successio deferri contigerit , & sic verba de præsenti
trahuntur ad futurum. Imol. *in l.qui superstitu, col.*2.*ff. de acquirir. hæ-*
red. sequitur Capic. *decis.*159.*num.*14.† Limita ; quia verba præteriti 15
temporis in stipulatione non possunt referri ad præsens tempus ;
ideo si dicatur, quod promisit , non intelligitur per stipulationem
de præsenti. Bart. *consil.*155 *Facti contingentia, num* 2.*lib.*1.*v.r.& hoc est*
propter verbum. † Limita in testamentis ; qa verba de præterito non 16
important futurum regulariter , nisi quando dispositio non vale-
ret. Alexan. *consil.*170.*Inspectis verbis, in princ.& per tot.lib.*5.† Infertur, 17
quod participia præteriti temporis formata , quod præmortui, &
præmortuorum filii in stirpes succedant , debent intelligi de tem-
pore præterito, vel saltem donec testator vixerit, non post. Alex. *d.*
*consil.*170.*in princ.& per tot. lib.*5. vbi pater iure prælegari relinque-
bat G.& A. ejus filiis æqualiter, seu præmortui ex eis, seu præmor-
tuorum eorum liberis in stirpem talem possessionem , important
vulgarem substitutionem, non fideicommissariam, vt si vnus præ-
moriatur testatori , vel ambo filii viuente testatore , filii in stirpes
sint legatarii æqualiter, non autem potest inferri, q̃ filii habeant le-
gatum, & post eos eorum liberi.† Limita ; quia verba de præterito 18
non comprehendunt futura , quando sunt prolata ab homine in
contractu, vel in testamento, secus si à lege. Castr. *consil.* 315.*n.*3.*lib.*1.
Vide Concl. prox. præced. † Declara totam istam materiam ; quia 19
in dispositione hominis, & testamentis, & quacumque fauorabili
materia verba de præterito, vel præsenti non includunt futura, nisi
tractaretur de euentu futuro ; qa tunc trahitur dispositio loquens
de præterito, vel præsenti ad futura. Vide infr. *Verba Subjunctiui mo-*
di licet de præterito, important futurum. Concl. 155. † Legatum factum 20
filiis suis comprehendit solos filios natos , non etiam posthumos,
quando refertur ad præsens ; si vero legatum respiceret futurum e-
euentum , puta post mortem alterius filii mei habeant legatum ;
tunc etiam posthumi comprehenduntur. Alex. *consil.*37.*Viso thema-*
*te, in fin.n.*19.*ver.vltimo non obstat.lib.*6. vbi, quod ita procedit text. *in*
*l.qui filiabus.ff.de leg.*1. sicque latior fit interpretatio verborum respi-
cientium futurum euentum. † Extende ; quia filiorum appellatio- 21
ne in odiosis non veniunt nepotes. in fauorabilibus veniunt , in a-
liis materiis veniunt magis de facili positi in conditionis euentum
futurum, *l.Lucius.ff.de hæred.instit.* quem ita declarat Alex. *d.consil.*37.
*n.*8.*ver.confirmatur, lib.*6.& plenius *n.*15.*ver.septimo non obstat.* Vide,

Lex quamuis dura seruari debet, & vbi est casus legis, non ad-
mittitur alia inuestigatio. Concl.
262.

Verba futuri temporis non includunt præteritum, neque præsens de sui natura, & quando secus. Concl. 116.

1 PRIVILEGIVM †concessum per Sedem Apostolicam Regi Franciæ, vt percipiat fructus omnium beneficiorum vacantium in antea, p primo anno, non comprehendit beneficium vacans pri⁹, quam priuilegium concederetur, licet etiam tempore concessionis priuilegii vacet. Oldrad. *consil.* 310. *in prima.n.*1. & 2. Vide, *Mandatum ad aliquid faciendum non probat factum fuisse, & quid operetur. Concl.*

2 49. †In contrarium videtur facere gl. *in clem. cum ei, quem, in ver. notitia, de concess. præb.* quæ vult, quod Papa concedens beneficium primo vacaturum comprehendit beneficium vacans tempore concessionis; quia verum est, quod si vacat tempore datæ, vacabit etiam tempore concessionis, ita Alex. *consil.* 95. *Requisitus, n.*9. *ver. non*

3 *obstat etiam, lib.*7. †Amplia, quia verba futuri temporis non habent consensum ad confirmandum actum de præsenti. Alex. *consil.* 77. *In*

4 *causa accusationis, n.*3. *lib.*1. †Et ideo promissio de mutuando non facit mutuum esse factum. Christoph. Castill. *consil.* 4. *Illustrissime Princ-*

☞ *eps, n.*10. Vide, *Aliud est venditio, aliud promissio de vendendo. cum multis*

5 *exemplis similibus. Concl.*310. †Et promissio de tenendo in feudum non facit feudum, sed obligat ad feudum constitutum. Castillio. *d.*

6 *consil.*4. *n.*9. †Et promittens aliquid facere non inducit factum, sed bene obligationē de non faciendo contrarium. Vide, *Promittens aliquid facere censetur promittere, quod contrarium non faciet. Concl.* 909.

7 †Amplia in dictis testium de futura venditione simulata, quia non applicantur venditioni præteritę, vt possit dici simulata. Castr. *con-*

8 *sil.* 173. *Præsupposito ijs, in princ. lib.* 2. †Limita; quia verbum futuri temporis, prout verbum, *Erit*, importat etiam præteritum tem-

9 pus, *l. verbum erit. ff. de ver. signif.* Fulg. *consil.*28. *n.*2. *ver. sic, & è contra.*† Limita; quia bene valet legatum factum sub certa conditione, si illa conditio erat impleta tempore legati ignorante testatore; quia non cadit in hoc subreptio; secus si esset dispositio ad instantiam partis, ꝙ daretur aliquid pro maritanda filia talis; quia si est maritata, nihil debetur. Alex. *consil.* 95. *Requisitus, n.*8. *& seq. ver. non obstant*

☞ *supra allegata. lib.*7. Vide, *Dispositio loquens de futuro quando habeat locum in præteritis, vel præsentibus. Concl.* 492. †Limita; quia verba, *volo*

10 *adire*, licet verba sint futuri temporis, & non importent additionem; secus si deliberate proferuntur, siue probetur ex præcedentibus, vt si fuit datus terminus ad deliberandum, & in termino di-

☞ cit, *volo adire*. Bart. *in l. gerit. n.*10 *ff. de acquir. hæred.* Vide, *Aditio hæredi-*

11 *tatis ex quibus inducatur. Concl.*190. † Idem, quando ex instantiis constat, quod deliberate vult adire, vt si dicit, *volo adire pro certo*, vel dicit, *volo esse hæres*, item si ab alio interrogatus respondet, *volo adire hæreditatem*, ita Bart. *d. l. gerit. n.*10. *ver. ex instantibus. ff. de acquiren.*

12 *hæred.* †Idem ex sequentibus, vt si concurrat taciturnitas post dicta verba per tres menses, vel alius actus tacitus, vel expressus. Bart. *d.*

13 *l. erit. n.*10. *in fin. ff. de acquir. hæred.* †Extende; quia ex verbis, *volo repudiare*, inducitur repudiatio hæreditatis; quia à pari procedunt.

14 Bart. *d. l. gerit. n.*10 *ff. de acquir hæred.* vbi apost *in ver. probatur.* †Extende in vltima voluntate; quia verba, *volo instituere hæredem causam piam*, habent vim institutionis; quia licet verbum, *volo*, habeat dependentiam à futuro; quia vltima voluntas pariter pendet à futuro, importat dispositionem. Castr. *consil.* 457. *Visis & examinatis, lib.*

*2. n.*2. *ver. nam verbum*, vbi apostil. citat Socin. *consil.*249. *ver. tertia re-*

*sponsio, in fin. lib.*2. & ibi dicit multo magis, quando verba substantiua, prout, *volo, quod causa pia sit mihi hæres*, vel, *volo causam piam mihi*

15 *esse hæredem.* †Declarat tamen Castr. *consil.*137. *col.*1. *ver. item secundo, lib.*2. vt prædicta procedant in vltima voluntate, quando dixit deli-

16 berate, quod volebat facere talem hæredem, alias secus. †Extende igitur in societate; quia solo consensu perficitur; quia verbum, *volo*, disponit. Castr. *d. consil.*395. *col. penult. in princ. ver. nec obstat. lib.*2.

17 †Restringe tamen; quia si enunciatiue dicat quis, *volo adire*, vel *facere aliquid*, quia verba sunt de futuro, regulariter non disponunt, nisi aliunde constet; quia sunt verba primi motus animi. Bart. *d. l.*

18 *gerit, num.*10. *in princ. & in fin. de acquir. hæred.* †Restringe; quia nunquam verba de futuro conditionalia disponunt, veluti si quis dicat, *volo adire, quatenus hæreditas ad me spectet.* Anch. *consil.*440. *In quæ-*

19 *stione, n.*5. *ver. item dictam dominam.* †Declara totam hanc materiam; quia verbum, *volo*, non disponit in iis, quæ dependent à facto; secus in iis, quæ dependent à mera voluntate, vel solo consensu; & ideo venditio, quæ à solo consensu pendet, dicitur perfecta, si dicat, *volo vendere*, & emptor, *volo emere*, quia exponitur volens vendo, & volens emo. Castr. *consil.*395. *In causa, quæ vertitur, col. penult ver. nec*

*obstat, quod sed unda depositione, lib.*2. vbi apostill. adducit Alex. *in l.*2. §.

☞ *si quis ita. ff. de ver. obligat.* Jas. *in l.*1. *C. de summa Trinit.* Vide supra, *Verba dispositiua quæ dicantur. Concl.* 83. Vide, *Velle aliquid quando importet futuro, vel de præsenti. Concl.*40. Vide, *Contractus quando dicatur nec-*

*tus. Concl.*981. Vide, dictio, *volo*, quid importet. *Concl.*399. †Limita; quia verba futuri temporis trahuntur ad præsentia, & præterita quæ expectant effectum futurum; ideo si Papa concedit Clero facultatem testandi de fructibus Ecclesiæ, vel ei, qui est damnatus & intestabilis, confirmatur testamentum iam factum; quia exspectat effectum futurum in morte testantis; secus in iis, quæ iam effectum sortita sunt. Alexand. plene *consil.* 95. *Requisitus, n.*1. *ver. non obstant. lib.*7.

Verba masculini generis comprehendunt fœminum & quando non. Concl. 117.

STATVTVM †præbens præmium capienti rebellem habet locum etiam in eo, qui ceperit fœminam rebellem; quia in materia indifferenti etiam odiosa masculinum concipit fœmininum. Ruin.

*consil.*376. *Dicit statutum, lib.*2. †Amplia in casu contrario; quia statutum, p̄hibens aliquem minorem posse contrahere sine certa solemnitate comprehendit tam masculum, q̄ fœminam, etiam si verba videantur concepta in masculino genere. Bald. *consil.*108. *Domina Ioanna, n.*6. *ver. quinto sit videndum, lib.*3. †Extende in substitutionibus; quia si substitutio fiat masculis, & fœminis, & dicatur, q̄ prædicti decederent, comprehenduntur masculi, & fœminæ, quia regulariter masculinum concipit fœmininum. Corn. *consil.* 55. *cœpit posset, nu.*8. *lib.*3. †Extende in statuto, q̄ maritus lucretur totam dotis, si mulier decedat sine filiis; qa verificatur in fœmina. Fulg. *consil.*63. *n.*2. *& consil.*203. *in pr.*† Amplia; quia fratris germani tione venit soror in materia fauorabili; secus in materia odiosa, vel exorbitanti, nisi constet de mente, vt quia statuentes quando fuerunt loquuti de fratribus maribus; quia tunc credo quod si simpliciter loquuntur de fratribus, intelliguntur de mulis, & de sororibus. Alex. *consil.*85. *Animaduersis, per tot. lib.*4. †Limita nisi constet de mente verisimili, quod non debeant fœminæ comprehendi, vt quia ex præcedentibus testator aliter senserit. Corn. *consil.*146. *n.*8. *& seq. lib.*2. †Extende, quando materia esset differens; quæ non conueniret ita fœminis, sicut masculis. Fulg. *consil. ad. fin. ver. sed mihi.* Vide, *Fratres acquirentes ex industria communi debent*

☞ *quæsita communiter diuidere, & qualiter. Concl.*452. Vide, *Statutum concipit fœmininum, & quando secus. Concl.*101.

Verba singularia quando pluralitatem continent. Concl. 118.

VERBA †singularia in institutionibus, & substitutionibus trahuntur ad pluralitatem, si pluralitas occurreret, *l. ex duobus. ff. de hæred. instit. cum ibi not.* Fed. de Sen. *consil.*42. *Testator*, vbi, q̄ supra instituit posthumum, & plures nati sint, omnes censentur instituti, ad hoc, ne testamentum ex pteritione sit nullum, & hoc in materia fauorabili. †Amplia; qa verba singularia non excludunt pluralitatem, qñ non adest dictio taxativa. Oldr. *consil.*128. *n.*6. *non enim semper.*† Nec dictio taxativa presumi debet, vt si dico te habere oculum; non tamen nego, quin habeas duos. Oldr. *consil.*187. *n.*1. *ver. sed ad hoc respondetur.* † Limita; quia in substitutione facta filio posthumo, si decesserit in pupillari, verba singularia non trahuntur ad pluralitatem, vt si duo nati sint posthumi, ad ambos extenditur; quia imo nulla est, tanq̄ odiosa, & contra mentem verisimilem. Feder. de Sen. *d. consil.*42. allegat *l. singulis. ff. de vulg. & pupil.* †Extende; quia verba singularia in substitutione facta pupillariter pluribus filiabus non trahuntur ad pluralitatem; quia si testator habet instituit singulariter cuicunque decedenti in pupillari, erit disputandum pupillaris vnicuique; si vero pluralia essent verba, puta *& dictis filiabus meis*, substitutio erit tunc collectiua; ideo verba singularia non trahuntur ad pluralitatem propter differentiam. Baldus *cons.* 190. *Præmittendum est, p tot. lib.*3. †Contrarium videtur tenere mentis exemplis, q̄ ponit Fulg. *consil.*47. *Ser Michael*, vbi, quod si testator legauit, q̄ si eius consanguineus voluerit emere aliquam possessionem testatoris vendendam, p̄feratur, licet verbum, *aliquam*, sit singulare; tñ comprehendit omnes possessiones venales, seu q̄ vendentur; qa est verbum distributiuum. †Idem in banno, si quis portauerit arma, non dubium, q̄ omnibus portantib⁹ loquatur bannum. Fulg. *d. consil.*47. *col.*2. *in princ.* †Idem, si testator legat, si quis filia ipsi nascatur, habeat mille iure institutionis, si no nascantur, non habebunt. Fulgos. *d. consil.*47. *in princ.* †Idem in præmio promisso, si quis primo ingressus fuerit castrum, pluribus eodem tempore ingressis oēs habebunt præmium. Fulg. *d. cons.*47. *in pr.*† Declara; qa licet verba pluralia accipiantur quandoq; p̄ singulari, & è contra; tamen negari non potest, quin sermo sit vitiosus; quia impropriatio, quæ fit, semper vitiat sermonem. Signorol. *consil.*155. *numer.*16. †Limita

11 †Limita in expectatiuis conceſſis de beneficio ad collationem cuiuſcunque perſonæ; quia non capient beneficium ad collationem
12 plurium ſimul. Bald. *conſil.* 242. *Factum eſt tale, lib.*3. †Limita; quia
13 regulariter verba ſingularia important ſingularitatem; quia iſte proprius ſignificatus verbi ſingularis. †In termino aſſignato, ſi verba loquuntur de termino in ſingulari, intelligitur de vnico, & ſic de vnica dilatione. Bart. *in extrauag. ad reprimendum, in v termino.*
14 †Clauſula in fine poſita, quod poſſint alienari bona, non obſtante ſubſtitutione, denotat, quod ſi ſunt plures ſubſtitutiones, refertur ad proximam, non ad plures, & ſic declarat verbum ſingulare mentem fuiſſe ſingularem. Alex. *conſil.* 226. *Ponderatis, n.* 8. *lib.* 6. *ver. ſexto*
15 *probatur.* †Idem in eo, qui habuit plures ſententias contra ſe ab eodem iudice diuerſis diebus, quia ſi appellatio dicit, quod iudex tulit iniquam ſententiam contra eum, & ſic in ſingulari, non poterit appellatio inſeruire, niſi pro vna ſententia. Alex. *d. conſil.* 226. *num.* 8. *lib.* 6. Vide Concluſionem proxime ſequentem.

Verba pluralia quando ſingularitatem importent, & è conuerſo. Concl. 119.

1 VERBA †pluralia, licet pluralitatem importent, quandoque tamen ſumuntur pro ſignificatione ſingulari, *l. in conditione. ff. de*
2 *inſt. fart.* Cum. *conſil.* 13. *Titius inſtituit, in princ.* Vide, *Latinitas falſa vitanda, & ſupplenda, & quando vitiet diſpoſitionem, vel non. Concl.* 21. †Et ideo conditio iniuncta hæredi, *Si ſine filijs deceſſerit, reſtituat, &c.* verificatur, ſi decedat cum vno filio, vel vna filia. Baldus *conſil.* 158.
quia non verificarentur. Jas. *in l.* 1. *n.* 24. *ff. de leg.* 1. plene Jas. *in l. Titia.* §. *si. n.* 3. *ff. de ver. oblig.* Vide clausula, *omnia, & singula*, quid operetur. *Concluſ.* 296. † Et verba vniuersalia geminata in dispositione 2
hominis non patiuntur restrictionem. Surd. *consil.* 10. *n.* 28 *& consil.* 73. *n.* 66. Rol. à Vall. *consil.* 55. *n.* 46. *& seq. lib.* 3. Vide, *Verba vniuersalia omnia includunt. Concl.* 121. *n.* 67. † Et verba vniuersalia negatiua non 3
possunt pati restrictionem; quia falsa redderetur propositio. Crau. *consil.* 242. *n.* 5. *& seq. ver. secundo principaliter.* † Et generaliter verba v- 4
niuersalia, vel generalia non patiuntur restrictionem, nisi doceatur de causa, per quam restrictio fieri debeat. Becc. *consil.* 14. *num.* 14. *cum seq.* Vide, *Verba vniuersalia. Concl.* 121. *supra allegata. nu.* 16. *& seq.* † 5
Amplia; quia statutum etiam contra ius commune, q̃ quilibet cuiusuis conditionis non patitur restrictionem ad ius commune, neque ad habiles; quia sunt verba vniuersalia geminata, & posita ad ampliandum; ergo non debent, neq; possunt pati restrictionem. Alex. *consil.* 35. *Viso themate, nu.* 8. *& seq. ver. exemplum poni, lib.* 6. † Ex- 6
tende in statuto, q̃ quicunq; occiderit quouis modo vel causa, siue qualitercunq; occidatur, non restringitur ad homicidium ex dolo, neq; excludit homicidium ex causa defensionis, vel in rixa, prout in rixa ius commune distinguit, Alex. *d. consil.* 35. *n.* 9. *ver. & idem dicit in statuto, lib.* 6. † Extende in dictione, *vnicuique*, quæ est vniuersalis, & 7
geminata, & non patitur restrictionem de habilitate habito respectu ad inhabilitates inductas de iure ciuili. Alex. *d. consil.* 35. *n.* 5. *v. ponderandum lib.* 6. vbi apost. *in ver. habilitate*, dat conc. † Declarat ea- 8
dem apost. ad Alex. *in ver. habilitate*, vt non sit simpliciter vera conclusio, allegat Jas. *in l.* 2. §. 2. *ff. qui satisd. cog.* Dec. *in l. fin. ff. de Reg. Iur.*
† Amplia multo magis, vt idem sit, quando verba vniuersalia sunt 9
negatiua, videlicet nullus post annum audiatur, sed lapso anno vnicuique liceat; quia ista sunt verba vniuersalia præcisa geminata,

quæ

quæ non possunt pati restrictionem. Alex. *d. consil. 35. n. 9. & 10. ver. cum ergo in proposito, lib. 6.* Vide, *Negatiua plus negat, quam affirmatiua affirmet. Concl. 26.*

Verba vniuersalia restringuntur secundum iuris dispositionem de illa materia loquentem. Concl. 127.

1 VERBA † vniuersalia licet omnia includant; tamen restringuntur secundum dispositionem iuris de illa materia loquentis, & secundum exceptionem iuris in illa materia. Gem. *consil. 131. n. 5.*
2 *& 6. ver. nec obstat clausula.* † Amplia; quia si emphyteutæ sit factum pactum, quod possit rem emphyteuticam alienare, intelligitur de consensu dominii, propter naturam emphyteusis. Cuman. *consil. 11.*
3 *Emphyteuta inuestitus, n. 2. ver. non obstat.* † Extende; quia licet appellatione filiorum, & liberorum veniant masculi, & fœminæ; si in extat statutum, quod stantibus masculis fœminæ non succedant, & aliquis stipuletur emphyteusim pro se, & filiis, seu liberis, intelligitur de masculis secundum statutū, vt se conformet. Anch. *cons. 125.*
4 *Visis, & diligenter, n. 11. & seq.* † Amplia; quia concessa emphyteusi duobus. q̃ transeat de vno in alterū, licet dicatur postea, q̃ libet possit disponere, intelligitur secundū præmissa, dummodo jus accrescendi non tollatur. Bald. *consil. 452. Hæredi habenti, in fin. lib. 5.* †
5 Amplia; quia verba testatoris generalia habentia relationem ad consuetudinem loci non extenduntur ad bona extra locum, sed solum ad bona loci, in quo viget consuetudo. Anchar. *consil. 163.*
6 *Visis diligenter, n. 5. & seq.* vbi late. † Amplia in verbis judicis, statuti, & contrahentium; quia quantumcunq; generalia sint, restringuntur ad intellectum juris communis de illa materia loquentis. An-
☞ char. *d. consil. 163. n. 5.* Vide, *Interpretatio rei dubiæ qualiter facienda. Concl. 330.* Vide, *Statutum interpretationem passiuam recipit à iure communi extensiue, & quando intensiue. Concl. 575.* Vide, *Testator in dubio censetur se conformare potius cum statuto, quam cum iure communi, & quando secus. Concl. 137.*

Verba vniuersalia restringuntur, ne ius tertii tollatur. Concl. 128.

1 VERBA † vniuersalia restringuntur, ne tollatur ius tertii. Oldr. *consil. 268. per tot.* maxime *n. 5. ver. nunc ad rationes,* vbi dicit hoc procedere, etiam si verba hoc non patiantur, allegat *c. paratus. 23. q.*
2 *1.* † Amplia; quia ne quis damnum indebite patiatur, verba generalia restringuntur ad iuris dispositionem. Anchar. *consil. 361. Visa*
3 *plena, in princ.* † Amplia, quia verba vniuersalia restringuntur, ne tollant gratiam habentē priorem datam secundum *omnes. Ægi. Bellam. *consil. 33. num. 15. ver. prima responsio,* vbi dicit à majori in verbis indefinitis; quia minus operantur verba indefinita respectu indefinitatis, quam verba vniuersalia respectu vniuersitatis.

Verba vniuersalia in fine posita restringuntur, vt tollatur absurdum, & iuris correctio. Concl. 129.

1 VERBA † vniuersalia, & generalia in fine posita, quæ ad omnia præcedentia referuntur, & omnia præcedentia comprehendunt, restringuntur ad tollendum absurdum. Oldrad. *consil. 452. Fa-*
2 *ctum tale est, Dominus Clemens, ver. secundo quæritur.* † Amplia, quod clausula generalis in fine posita per verba vniuersalia, & distributiua, quæ omnia præcedentia complectitur, restringi debet, & non trahitur, nisi ad aliqua. si læderetur rectitudo juris, siue intentionis, aut recti sermonis. Oldrad. *consi. 152. ver. in contrarium multa tra-*
3 *hunt.* † Amplia, vt procedat, q̃si ex verbis vniuersalibus sequeretur correctio juris communis; quia fit restrictio maxime, q̃n verba sunt vniuersalia, & generalia; nam ex quo possunt habere duplicem significatum, restringuntur ad sensum iuris communis, glos. *in extrag. ad reprimendum in §. quæ omnia & singula, in ver. vt præmitti-*
4 *tur.* † Amplia; quia statutum puniens consanguineos declinantes iurisdictionem secularem non comprehendit clericos, quantumcunq; verba sint generalia, & vniuersalia, ex mente; quia non volumus, nisi quod possumus iuste, & quia aliter non valeret; quia
5 esset contra ius Canonicum. Lap. *allegat. 30. nu. 7. ver. septimo.* † Amplia; quia verba generalia restringuntur, ne sequatur absonus in-
☞ tellectus. Abb. *consi. 97. Viso instrumento in fin. lib. 2.* Vide Conclusionem ibi proximè sequentem. Vide plenius, *Clausula in fine posita qualiter referatur ad præcedentia, vel non.*

Verba vniuersalia restringuntur ad absurdum vitandum. Concl. 130.

ORATIO, vel † dictio quantumcunq; vniuersalis restringitur ad euitandum absurditatem, gl. & ibi tex. *in l. mutes omnes. ff. de satisd. cogan.* vbi Castr. *n. 4. ver. nota hic gloss.* vbi, quod si statutum dicat quod quælibet sententia arbitri mandetur exequtioni, intelligitur de valida. † Amplia, quia verba generalia statuti, vel alterius dispositionis restringi debent, ne contineant illicita; ideo statutum
q̃ non possit res alienari in non subditum, non jubet Ecclesiam, quia esset contra libertatem Ecclesiæ, & illicitum. Abb. *consi. 97. causa Catharinæ, col. pen. ver. & præsertim, lib. 2.* † Extende; quia verba generalia restringuntur, vt non contineant impossibilia. *c. noui. sent. excomm.* Abb. *consil. 111. col. pen. ver. & præsertim.* Vide Concl. proxime præcedentem. Vide, *Absurditas vitanda in omni dispositione. Concl. 66.* Vide, *Absurdum quid sit, & quando dicatur. Concl. 65.* Vide, *Casta odiosa, & ambitiosa quæ dicantur. Concl. 606.*

Verba vniuersalia restringuntur ad habiles, & quando secus. Concl. 131.

SI † pater exhæredat filium, qui presbyter sit, vel fiat, potest cum tutis aliis filiis dicat, *& si omnes filij mei decesserint sine filijs legitimis & naturalibus, substituo N.* non censetur filium exhæredare si presbyterum habilitasse; quia non est habilis ad filios; sine existentia non potest impedire substitutum. Rom. *consil. 4. visa, n. 8. & seq. ver. & si omnes filij.* † Amplia; quia verba quantumcunque generalia, & vniuersalia restringuntur ad modos proportionabiles materiæ, de qua fit dispositio; ideo verba quoquomodo debent intelligi, vt supra. Crauett. *consil. 256. n. 8. ver. pro quo.* Vide plenius, *Dispositio omnis intelligitur de habili, & quando secus. cl. 505.* Vide, *Habilitas requiritur in omni dispositione. Concl. 2.*

Verba vniuersalia restringuntur secundum subiectam materiam. Concl. 132.

VERBA † vniuersalia restringuntur secundum subiectam materiam. Gemin. *consil. 29. n. 3. in fin. ver. nec obstant.* † Amplia, q̃ verba vniuersalia ad modos proportionabiles subiectæ materiæ, in qua expressio fit, sunt intelligenda. Gemin. *d. consil. 29. infin. ver. nam dictio quoquomodo.* † Amplia; quia verba generalia renunciationis restringuntur salua ratione recti sermonis ad casum, de quo agitur, & sic secundum subiectam materiam. Jo. de Imol. *consil. 9. In casu præmisso, per tot.* † Amplia; quia verba generalia statuti non
catorum restringuntur secundum subiectam materiam, vt dignoscunt causas ex bono, & æquo, non extendatur iurisdictio ad causas de apicibus, & pœnales, & rigorosas. Jo. de Imol. *consil. 4. per tot.* † Amplia; quia verba indefinite prolata, quæ possent intelligere subreptionem, vel obreptionem, restringuntur secundum subiectam materiam ad euitandam subreptionem, vel obreptionem. Jo. de Im. *consil. 132. In causa Taurin. n. 6.* † Amplia in libello, quo quis narrat quasi dominium; quia licet ad publicianam remittatur; tamen secundum subjectam materiam importat vtile dominium. Castr. *d. consil. 445. In causa, quæ vertitur, lib. 1. n. 3.* Com. *in 18. lib. 3.* † Amplia; quia potius impropriantur verba, quam rerum natura, & sic verba secundum materiam subiectam intelligantur, etiam si adsit iuramentum. Crauett. *consil. 245. n. 6.* † Amplia in mutum, vt potius verba remaneant infructuosa, & superflua, q̃ quod contra naturam actus interpretentur. Craue. *consil. 732. n. 23.* † Amplia in transactione, conuentione, renunciatione, & aliis contractibus de certa re celebratis; quia clausula generalis restringitur, & specificata, si salua ratione recti sermonis potest ita restringi, q̃ *certa,* vbi Bartol. *C. de transact.* † Amplia; quia verba vniuersalia restringuntur ad subiectam materiam in tantum, quod si vendo iam vniuersaliter omnia bona mea, quæ habeo in tali loco cum omnibus iuribus, & pertinentiis, & ibi habeo domum, in qua ego pedagium, vel prędium, in quo habeo furcas ad suspendendum homines, non venit ius pedagii, nec iurisdictio; quia materiæ diuersa, ita Alex. *in l. 3. n. 24. & 25. ff. de acquir. poss.* Jacob. *in l. imperium in 1. lect. ff. de iurisd. omn. iud. n. 43. ver. quæro.* † Limita, quando effectus superfluus; quia non restringuntur. Vide, *Superfluitas. Concl. 85.* Vide supra, de supra, *Verba debent aliquid operari, &c. Concl. 85.* Vide, *Transactio* verba generalia quando restringatur, vel non. *Concl. 356.* Vide supra, *Verba secundum subiectam materiam sunt intelligenda. Concl. 95.* Vide supra, *Verba impropriantur secundum subiectam materiam. Concl. 111.*

Verba generalia de toto restringuntur ad partem ex verisimili mente, & quando secus. Concl. 133.

1 VERBA †generalia habilia comprehendere totum ex magnitudine rei, restringuntur ad partem ex verisimili mente. Oldr. 2 *consil.159.ver.circa tertium*, licet in illo casu ipse teneat contrarium.† Et Princeps concedendo jus aquæ ducendę non intelligitur de toto aquæductu principali, sed de parte, *l. eos, qui aquæ. C. de aquaduct. lib.11.*† Limita, nisi qualitas personarum faceret rem alias magnam judicari modicam; quia attenditur qualitas disponentium, ita Oldr. & est casus, pro quo consuluit, *d. consil. 159. ver. circa tertium*, vbi vult consensum generalem alienandi præstitum per Regem Carolum de toto Principatu Achajæ intelligi propter qualitatem personarum. Vide, *Mens & ratio attendenda plus, quam verba. Concl. 199.* Vide, *Verba secundum mentem & rationem sunt intelligenda. Concl. 94.* Vide infra, *Verba generalia secundum conditionem personæ, ad quam referuntur, sunt intelligenda. Concl. 137.*

Verba generalia, & indefinita restringuntur, ne actus pereat. Concl. 134.

1 VERBA †generalia, & indefinita restringuntur, ne actus pereat. Fulg. *consil. 28. in fin.*† Amplia; quia legatum factum Titio demanso, si voluerit soluere omnia legata testatoris, restringitur ad legata valida, & debita, ne reddatur inutile, vt quia plus importaret soluendum, quam legatum, & verba generalia, & vniuersalia restringuntur, ne pereat legatum, & dispositio. Castr. *consil. 50. per tot. lib. 2.* Vide, *Actus validus in dubio interpretari debet. Concl. 136.* Vide, *Dispositio omnis intelligitur de actu valido. Concl. 504.* Vide, *Verba dubia intelligenda, vt actus valeat. Concl. 99.* Vide, *Præsumitur pro validitate actus multis casibus. Concl. 619.*

Verba vniuersalia, & generalia restringuntur secundum potestatem, & qualitatem loquentis. Concl. 135.

1 VERBA † vniuersalia restringuntur, & limitantur secundum naturam, & potestatem loquentis, & non vltra. Gemin. *consil. 36. n. 7. ver. nam verba vniuersalia, & n. 8.* vbi loquitur in Papa concedente dominium rerum infidelium capientibus, & occupantibus, vt intelligatur de bonis, quæ fuerunt fidelium; quia alias non potest auferre ab eis dominium, *& consil. 20. in princ.* vbi, quod testator legando matri suæ, vt determinet, an pecuniæ datæ sint vsurariæ, intelligitur de vsura facti, non iuris; quia non est in potestate laici hoc declarare, an sit vsura, vel non, *& consil. 67. n. 3. ver. primo obstat*, vbi, quod statutum laicorum disponens super retractu iuris patronatus *non* intelligitur de Ecclesiastico; quia deficit potestas in statuente, *& consil. 77. num. 2.* vbi dispositio intelligi debet secundum 2 potestatem disponentis. † Amplia; quia verba vniuersalia restringuntur, & ampliantur secundum qualitatem personæ, seu personarum disponentium. Oldr. *consil. 159. ver. circa tertium*, vbi, q̃ consensus generaliter præstitus per Regem Carolum super alienatione Regni Achajæ, vel Principat⁹ Achajæ intelligitur de toto Prin- 3 cipatu propter qualitatem Regis Caroli. † Amplia; qa concedens salvum conductum indistincte, & generaliter intelligitur concessisse restrictiue in suo territorio, vbi potest prohibere, non in alieno, ita Castill. *consil. 12. In facto supponitur, quod se. me. n. 2. & seq. ver. & si* 4 *verba.* † Extende; quia si quis promittat habere licere simpliciter, id extenditur etiam ad factum alienum ita generaliter pronunciatum; tamen quia factum alienum non potest promitti, illa verba generalia intelliguntur, & restringuntur ad factum proprium ꝓmittentis, *l. habere licere, in princ. ff. de ver. oblig.* Castill. *d. consil. 12. n. 2. & seq.* vbi ponit plura exempla. † Amplia; quia Papa concedens amplum priuilegium per verba vniuersalia Abbati, vt possit omnia, q̃ potest Episcopus ordinarius, non extenditur ad ea, quæ sunt ordinis; quia esset dare tertiam speciem ordinis inter Episcopum, & Sacerdotem, quod est prohibitum ab Apostolis, & esset decolorare Ecclesiam vniuersalem, & Papa non posset. Ant. de Butr. *cons. 19.* 5 *n. 5. & seq. ver. in contrarium.* Vide, *Actus omnes humani pendent à tribus, voluntate, potestate, & ordine. Concl. 127.*

Verba vniuersalia restringuntur secundum honestatem, Concl. 136.

1 VERBA † vniuersalia priuilegii debent restringi, vt salua sit honestas concedentis, vt talia comprehendant, q̃ honeste fieri possunt. Ant. de Butr. *consil. 19. n. 7. ver. in dubio*, vbi loquitur in concessione generali facta Abbati, vt posset omnia, quæ Episcopus, & ordinarius; quia restringi debet quoad ea, quæ sunt iurisdictionis, non a. ordinis, ne vilescat dignitas Episcopalis; qa honestum non esset. Vide, *Potentia, & potestas multiplex, de qua intelligatur. Concl. 460.*

Verba generalia secundum conditionem personæ, ad quam referuntur, sunt intelligenda. Concl. 137.

VERBA †generalia debent intelligi secundum conditionem p- 1 sonæ, ad quam referuntur, *c. 1. de vsu pallij.* Fulg. *consi. 27. Proposita quæstione, per tot.*† Amplia, vt si mandatur prouideri alicui de plebania, vel prioratu, ex quo ista sunt nomina generalia, q̃ applicantur ad regularia, & secularia beneficia, debent verba intelligi de regulari, si persona prouidenda est regularis; si v. secularis est, debent verba intelligi de seculari prioratu. Cald. *consil. 293. n. 2. ver. item verba generalia*, alias 1. *de rerum permut.*† Amplia, vt idem sit in casu con- 3 uerso; quia valet argumentum de re ad personam, & è contra; qa si mandatur ꝓuideri Titio Clerico de regulari beneficio, licet non sit facta mentio, quod Titius sit regularis; tamen tacite id videtur intelligi. Cald. *d. consil. 293. circa fin. ver. nam si mandatur*, alias 1. *de rer. permut.*† Amplia; quia si Papa Episcopatui concedit parochiam al- 4 terius Episcopatus liberam, & cum juribus & pertinentiis, intelligitur non solum de pertinentiis accessoriis parochiæ, sed etiam secundum qualitatem personæ cui fit concessio, vt habeat Cathedraticum, & jurisdictionem, ac alia jura Episcopalia competentia in aliis parochiis. Cald. *d. consil. 325.* alias 6. *de donat.* Vide, Clausula, *cum* [illegible] *iuribus, & pertinentijs*, quid importet. *Concl. 308.* †Declarat tñ Cal- 5 der. ibi *d. consil. 325.* alias 6. *de donat. in fin. ver. impugnatio d. consil.* vt ꝓcedat solum, si sumus in dispositione juris comunis; secus in concessione, quæ respiciat præjudicium tertii.† Amplia; quia legatum 6 factum mulieri nuptę de vestib⁹ nigris intelligitur secundum qualitatem personæ, cui legatur, vt intelligatur de vestibus pannacii obscuri, ex quo viuit marit⁹, legataria, ne inducatur malum omen, vt videatur vidua esse. Fulgos. *consil. 27. Proposita quæstione*, vbi multa exempla ponit.† Vide Fel. *in c. causam, quæ, de rescript.* vbi infinita si- 7 milia ponit.† Amplia; quia obsequium personæ injunctum intel- 8 ligitur secundum qualitatem ipsius; ideo si fiat edictum, ꝙ omnes armati compareant, intelligitur, vt balestrarii cum balestris, & alii cum solitis armis. Fulg. *d. consil. 37. n. 3. & seq.*† Amplia in tantum, vt 9 si contra pietatem, vel mores honestæ personæ verba intelligerentur, onus tanquam contra bonos mores posset reiici. Fulg. *d. consil. 27. circa fin.*† Amplia; qa statutum, & dispositio habens relationem 10 ad personas intelligi debet secundum earum personarum conditionem. Roman. *consil. 32. Visa municipali, n. 9. ver. quinto illud idem*, vbi apost. *in ver. persona*, dat plurimos concord. Vide, *Verba dubia secundum naturam rei intelligenda. Concl. 96.*

Verba generalia restringuntur ad petita. Conclus. 138.

VERBA †generalia, & vniuersalia super absolutione, vel aliqua 1 petitione restringuntur ad petita, & vltra petita non se extendunt. Oldr. *consil. 184. Pater sancte, n. 9. ver. nititur etiam electus.*† Am- 2 plia; quia verba vniuersalia in priuilegio restringuntur ad narrata, & petita, maxime, qñ materia est odiosa, & restringibilis. Anto. de Butr. *consil. 19. n. 5. ver. in contrarium.*† Extende; qa idem est in trans- 3 actione; quia verba generalia restringi debent ad narrata, si recta ratione recti sermonis possunt restringi, *l. si de certa. C. de transact.* Ant. de Butr. *d. consil. 19. n. 5. ver. in contrarium.*† Extende in sententia, 4 q̃ in dubio restringitur ad petita, Ant. de Butr. *d. consil. 19. n. 5. ver. in contrarium.* † Extende in omni responsione; quia restringitur ad 5 quæsita, & interrogata, & est generale, quod ad declarationem verborum generalium præcedentia inseruiunt. Ant. de Butr. *d. consil. 19. n. 5. ver. in contrarium.* Vide, *Responsio secundum petitionem, & interrogationem est intelligenda. Concl. 273.*

Verba vniuersalia indefinita restringuntur ad causam. Concl. 139.

SI †lata est sententia pro Titio contra Mæuium super multis, de 1 quibus pendet lis inter eos, si dum agunt de vna sola differentia & condemnatus offert velle stare sententiæ contra se latæ, debet intelligi quoad illam differentiam tm̃, non quoad omnia; qa causa restringit verbum indefinitum. Castr. *d. consil. 151. Super primo, in pr. lib. 2.*†Extende; qa dictum simplex restringitur ad causam dicendi, 2 *l. cancellauerat. ff. de ijs, quæ in testam. delen.* Castr. *d. consi. 151. col. 2. ver. item dictum simplex, lib. 2.*† Extende; qa regula est, quod limitata causa li- 3 mitatum ꝓducit effectum. Vide, *Dispositio limitata non extenditur, & quando secus. Concl. 494.*† Amplia, qa imo verba vniuersalia, & gene- 4 ralia restringuntur ad causã, & ad casus habentes eandẽ rationẽ, plene Crau. *cons. 256. n. 7. & seq.* vbi plura similia cumulat de verbis,

in

in omnibus, & per omnia, & quoquo modo, & similia. Vide Concl. prox. sequentem. Vide, *Causa regulat actum, & quomodo. Concl.* 136. Vide, *Transactio per verba generalia quando restringatur. Concl.* 356. Vide, *Effectus à causa regulatur. Concl.* 49.

Verba vniuersalia, vel generalia restringũtur ex specificatione speciali præcedenti, vel subsequenti. Concl. 140.

1 VERBA†generalia, & vniuersalia subsequentia post enumerationem, seu dispositionem restrictam ad certas species, & loca restringuntur ex præcedentibus, nisi aliter appareat de mente testantis. Oldr. *consil.* 8. *Quidam paterfamilias, per tot.* vbi, q̃ legatum de creditis, seu bonis certorum locorum restringitur ad loca expressa, licet testator postea in subsequentibus generalia verba apposuerit; quia restringuntur. Vide infra, *Verba ampliatiua præcedentium restringuntur ad ea, quæ sunt eiusdem generis. Concl.* 145. †Extende; quia si testator legat certam pecuniam pro funere, & aliis, ac postea legat oẽm pecuniã alteri, debet intelligi extracta prius speciali pecunia legata; quia per enumerationem p̃cedentem specialem derogatur
3 generi sequenti. Affl. *dec.* 45. & ibi Urs. *in addit.* †Extende, vt procedat, ẽt si subsequentia sint magis generalia; q̃a non includunt maiora expressis, siue sit materia stricta, siue materia fauorabilis. Gemin. *d. cons.* 65. *n.* 4. *ver. nec obstat si dicatur.* †Amplia vt idẽ sit, q̃n post verba generalia apta comprehendere diuersa subjecta junguntur species restrictiuæ generalitatis verborum; quia dispositio præcedens restringitur ad species subsequentes. Gem. *consil.* 65. *n.* 4. *v. modo succedit regula.* Alex. *consil.* 76. *Viso themate, in* 2. *subscr. n.* 12. *lib.* 4. *ver. nec huic sententiæ, cum seq.* pleniss. Alex. *in subscript. d. consil. n.* 19. vbi, q̃ generalitas restringi debet ad species expressas. Paris. *consil.* 102. *n.* 10.
5 *lib.* 1. Vide, *Liberatio generalis ex certa causa non comprehendit aliam causam, &c. Concl.* 326. †Extende, in tñ generalitatem restringi per species expressas post generalitatem ad casus similes casibus specialibus, vt si casus speciales sunt cepti, & pendentes, non fiat extensio ad casus similes futuri non cepti, neq; pendentes. Alex. *d. consil.* 76. *Viso themate, n.* 19. *lib.* 4. *in subscript. Alex. quæ incipit, Quia per supradicta.*
6 †Declara hanc extensionem, vt procedat, q̃n verba generalia respiciunt vnam personam, & specialia aliam personam; quia tunc procedit, vt debeat fieri restrictio, vt loquitur Alex. secus si verba generalia sunt circa alia; quia per expressionem specierum non tollitur virtus generalitatis verborum, vt exemplificat Dec. *consil.* 51. *in*
7 *princ. & consil.* 69. *n.* 10. †Idem in mandato procuræ ad certam causam contra Titium, & generaliter in omni alia causa; q̃a intelligi-
8 tur contra Titium, non a. contra alium. Dec. *cons.* 502. *n.* 9. †Ideo rescriptum impetratum contra Episcopum, & quosdam laicos non comprehendit Clericos, propter dictionem restrictiuam de laicis
9 disponentem. Gem. *d. consil.* 65. *nu.* 4. *ver. modo succedit.* †Idem in contractu, & obligatione; quia licet verba generalia præcedant; si tñ specificantur post genus aliquæ species, illud gen⁹ censetur restrictum ad species, alias illa specificatio esset superflua, ita Abb. *cons.* 75.
10 *Illud de iure, col. fin. n.* 5. *lib.* 2. Vide supra, *Verba debent aliquid operari, & non debent esse superflua, & quando secus. Concl.* 85. †Idem; q̃a legatum de omni marmore licet comprehendat marmor sculptum, & non sculptum; tñ si dicatur, *lego omne marmor, & duas statuas*, non venit sculptum vltra duas statuas, *l. si hæres meus. §.* 1. *ff. de leg.* 3. Gem. *cons.* 65.
11 *n.* 4. *ver. ad idem.* †Amplia; q̃a statutum disponens generaliter, non posse alienari in forensem, alias contractus sit nullus, restringitur, q̃ alienatio non possit fieri p̃ contractum, secus p̃ vltimam voluntatem; q̃a specificatio specierum restringit generalem dispositio-
12 nem. Bald. *consil.* 358. *Quidam Lucanus, n.* 2. *ver. & probatur hoc, lib.* 1. † Amplia, & seu extende in casu conuerso, quia si certa species præmittitur, postea sequatur genus indefinitum, restringitur ad illam speciem præcedentem, *l. fin. §. cui dulcia. ff. de vino, trit. & oleo legato*, vbi si testator legat vinum Græcum, & omnia dulcia, intelligitur le-
13 gare omnia dulcia potabilia, sicut vinum. †Sic Episcopus, q̃ donat villam, & omnia, q̃ ibi habet, censetur omnia donare, q̃ respiciunt temporalia, non spiritualia. Alex. *consil.* 248. *n.* 203. *ver. secundo. lib.* 6.
14 †Declara, vt p̃cedat ampliatio, q̃n illud genus est adjectiuum neutraliter positum; secus, si genus subsequens esset substantiuum, & ratio est; quia adiectiua verba requirunt substantiam, seu substantiuum, à quo pendeant, & cum neutraliter ponitur, debet restringi ad substantiuum præcedens, ita declarat Alex. *consil.* 248. *Ponderatis, n.* 2. *ver. secundo principaliter, iunct. n.* 13. *ver. non obstat secundum, lib.* 6.
15 †Restringe; q̃a non habet locum ampliatio, q̃n si fieret restrictio, dispositio redderetur inutilis, & nihil operaretur. Alex. *cons.* 284. *in fin. ver. potest insuper responderi, lib.* 6. vbi dicit, quod maritus, q̃ multa donaria dederat sponsæ absenti, & postea eidem legauit dotes suas, & omnia donaria, q̃ secum portauit, non intelligitur de omnibus mentis propriis vxoris, prout de dote, q̃ præcedit, sed de donatis marito, ratio est; q̃a alias redderetur legatũ inutile quoad donatis secus quoad dotem, q̃ potest legari, & legatum est vtile; q̃a licet stabilib⁹, debetur statim, q̃ non deberetur, nisi post annum, & amplia; quia vbicunq; species absolute posita sequitur genus, sequitur genus restringitur. Bald. *consil.* 485. *Statuto ciuitatis, n.* 2. *ver. quia species, lib.* 1. Vide, *Generalis dispositio quando per specialem restringatur. vel non. Concl.* 32. †Amplia, in renunciatione facta p̃ filiam ex veracausa; q̃a licet subiiciatur clausula, *& ex quocunq; alio iure, titulo, vel causa*; tñ non extenditur cessio, nisi ad specificata, & ad accessoria. Bal. *consil.* 37. *Quoniam re melius, nu.* 1. *in fin. ver. & si bene aduertatur. lib.* 2. †Amplia; quia si est compromissum in quatuor arbitros cum facultate, q̃ tres possint laudare, poterunt tres laudare, quarto non requisito, non obstante, q̃ generaliter fuerit dictum, q̃ sint loco iudicis, & sex officialium mercantiæ Florentiæ, qui non possint pronunciare absentibus duobus, nisi facta fuerit requisitio; quia per verba generalia non receditur à speciali prouisione facta in aliena dispositione. Abb. *consil.* 33. *Quia quinq;, n.* 5. *col.* 3. *ver. ad secundam partem, lib.* 2. †Limita, q̃n post generalem dispositionem subsequitur specificatio specierum p̃ modum exempli. Sign. *d. cons.* 70. *n.* 2. *ver. præterea non esset absurdum.* †Limita; q̃a generalis dispositio non restringitur ex subsequentibus speciebus specificatis, q̃n specificatio fit p̃ verba implicatiua, put est dictio, *etiam*, secus si simpliciter species enunciarentur. Gem. *consil.* 65. *n.* 7. *ver. restat respondere*, & idem tenet Bald. *consil.* 329. *Casus talis est, in fin. ver. contrarium.* Vide, *Generi per speciem derogatur, & quando, & qualiter procedat. n.* 36. †Extende limitationem, siue sim⁹ in materia fauorabili, siue odiosa. Gem. *d. consil.* 65. *n.* 8. *ver. sed dictio, etiam.* †Extende limitationem, vt procedat, quando verba sequentia sunt enunciatiua non restringunt. Bald. *consil.* 305. *Verba Principis. n.* 2. *ver. modo dicit* 1. †Extende, quando verba subsequentia specialia tendunt in norem eiusdem personæ, pro quo genus est enunciatum; quinus non restringitur. Bald. *consil.* 329 *in fin. ver. contrarium, idem* tende, q̃n verba specialia subsequentia sequuntur genus, non per modum copulæ, sed per modum amplationis, puta p̃ verbum, *&c amplius*, seu, *& amplius*, vel *etiam*; quia non restringunt. Bald. *cons.* 329. *in fin. ver. in contrarium, lib.* 1. †Extende; quia q̃n aliquis concedit in genere, subsequens specificatio specierum non restringit; quia in dubio ad majorem euidentiam species videntur exprimi. Sign. Hom. *consil.* 70. *In quæstione vertente, n.* 11. *in fin. & seq. n. idem tra hoc priuilegium.* †Limita; quia licet verba generalia præcedentia restringantur ad causam sequentem expressam, illud procedit, q̃ causa exprimitur per modum restrictionis, secus si per viam copulæ; exemplum; renunciat quis generaliter omni iuri sibi competenti in bonis expressis, si subiungatur, occasione hæreditatis incompetentis, restringitur generalis cessio; si vero per viam copulæ, puta, *& occasione hæreditatis, &c.* non restringitur, ita Sign. *cons. n.* 11. *in fin. ver. venio ad quartum.* Vide, *Clausula in fine posita quando referatur ad omnia præcedentia, vel non. Concl.* 291. Vide *Conclusionem proximè sequentem, & Conclusionem proximè præcedentem.* Vide plura. *Transactio per verba generalia quando restringatur. Concl.* 356.

Verba generalia restringuntur ex præcedentibus, vel subsequentibus. Concl. 141.

VERBA†generalia subsequentia restrictionem recipiunt ex cedentibus; & ideo concessio facta, exceptis regalibus, non inducit concessionem regalium ex verbis generalibus subsequentibus. Oldr. *consil.* 121. *ver. ad tertiam q. n.* 14. †Et verba procuratoris respectu certorum locorum, vel negotiorum quantumcunq; generalia, restringuntur ex designatione ad loca, & negotia in præcedentibus dicta. Oldr. *consil.* 130. *Omni prolixitate, n.* 2. *in fin. & n.* 3. *ver. vna quia translata.* †Et recognoscens habere in feudum abbi scopo Uticensi quicquid habet in illa ciuitate, exceptis duabus terris, non censetur recognoscere jurisdictionem, q̃ habet in dictis mibus, dictæ ciuitatis; quia sermo generalis præcedens ex sequenti exceptione rerum corporalium restringitur ad corporalia, & non comprehendit incorporalia. Oldr. *consil.* 133. *Factum tale est, par* vbi mouetur ẽt aliis rationibus, ppter generalitatem obscuram, & quia non est expressa causa. †Et Comes concedens certam partem omnium bonorum confiscandorum quomodocunque, & quotercunque per verba vniuersalia Castellano suo, qui teneatur adcaualcatas occurrentes pro bonis confiscandis, non censetur concedere bona confiscanda ex crimine læsæ maiestatis, & in quibus Castellanus non tenetur ad caualcatam; quia secundum rationem & mentem restringuntur, & maxime si in subsequentibus est dictum de bonis, q̃ ad vtilitatem Com. confiscabuntur; quia restringitur

tota dispositio ex sequentibus verbis prædictis. Oldrad. *cons.* 148.
3 *Factū tale est, quidā Comes*, maxime *num.* 5. *ver. tertia ratio.* † Amplia; quia præcedentia verba declarant sequentia, & restringunt ea; quia talia sunt subiecta, qualia sunt prædicata; & ideo si scriptura præcedens ex causa delegationis alteri factæ per creditorē inducit liberationem debitoris, sequens scriptura liberationis, quod fuerit facta satisfactio, debet intelligi de satisfactione præcedenti per viam delegationis. Bald. *cons.* 265. *Creditor in libris, per totum li.* 1.
6 † Extende; quia si occasione obligationis, vel cōcordiæ super hereditate quis se obligat ad omnia onera, quocunq; modo, & causa imponenda pro Titio, licet verba sint latissima; quia tamen ex præcedēti dispositione loquente de hereditate, restringuntur ad
7 onera hereditaria. Bald. *cons.* 181. *Posito sine præiudicio, lib.* 4. † Amplia in casu contrario; quia verba generalia, & vniuersalia præcedētia restringuntur, & declarantur ex subsequētibus. Abb. *cons.* 75. *Illud*
8 *dicere, colu. fin. ver. nunc restat respondere, lib.* 2. † Extende, quia verba generalia præcedentia restringuntur ex specificatione speciem post gen⁹, alias specificatio esset frustratoria. Abb. *d. cons.* 75. *colum.*
9 *fin. n.* 5. *lib.* 2. Vide *Conclusionem proxime præced.* Vide, *Clausula in principio posita quando referatur ad sequentia, vel non. Concluſ.* 289. Vide in-
10 *fra. Verba præcedentia non minus restringunt, quam subsequētia. Concluſ.* 143. Vide, *Subiecta sunt talia, qualia prædicata. Concluſ.* 716. † Amplia; quia verba Instrumenti, & alterius dispositionis dubia recipiunt interpretationem ex præcedentibus, & sequentibus, *l. si seruus plu-*
11 *mum §. fin. ff. de leg.* 1. † Declara, vt sit vera ampliatio, quando regulariter sunt verba dubia, secus si sunt clara, inspecta propria significatione. Alexa. *cons.* 167. *Visis, & ponderatis, in princ. lib.* 7.

Verba vniuersalia & generalia restringuntur ex mente, & ratione. Concl. 142.

1 VERBA † vniuersalia, & generalia, & quantumcunq; prægnātia restringuntur à causa expressa, & à ratione, à qua prouenit; ideo si Princeps concedat Castellano suo in recognitionē laboris etiam partem omnium bonorū qualitercunque ad Principem spectāntium confiscandorum per verba vniuersalia, & generalia, propter laborem Castellani, qui tenetur ad causalcatas faciēdum, non veniūt bona confiscata propter crimen læsæ maiestatis contra Principē, in quibus Castellanus non tenetur ad causalcatā. Oldrad. *cons.* 148. *Factum tale est, quidam Comes*, qui in fine dicit, verba generalia restringi, & ciuiliter intelligi *in ver. ad alia autem argu-*
2 *menta.* Vide, *Dispositio generalis &c. Concluſ.* 488. † Et quod verba generalia, quæ omnia comprehenderent, restringantur, vt non cōprehendant ea, in quibus militat diuersa ratio, plene Crauet. *cons.*
3 4 *3. in fin.* † Et similiter, vt seruetur mens disponentis, & ne sequatur absurdum, Castrens. *cons.* 258. *Si bene consideretur, num.* 2. *lib.* 1. † Ex verisimilitudine quandoque restringuntur verba generalia. Oldrad. *cons.* 159. *ver. circa tertium*, licet ibi in illo casu ipse teneat con-
5 trarium. † Ex potestate restringuntur verba; quia non extenditur generalis dispositio, nisi ad ea, quę iuste possumus. Lap. *alleg.* 39. *n.*
6 7 *7. ver. septimo.* †. Ex expressione præcedentium verba generalia & vniuersalia restringuntur, *l. si de certa. C. de transactio.* ideo verba de præsenti præcedentia restringunt verba sequentia vniuersalia, vt ius de futuro non comprehendant. Dec. *cons.* 502. *Ex duobus consiliis*
7 *num.* 8. *in fin. ver. venio ad secundum*, apostil. *ad Bart, cons.* 21. *Visa prima*
8 *lex fin. in ver. omnem*, vbi etiam Bartol. hoc dicit. † Ideo constituens procuratorem contra Titium in tali causa, & generaliter in omni alia causa intelligitur contra Titium. Dec. *d. cons.* 502. *n.* 9. Vide
9 *Conclusionem proximę præcedētem.* † Idem in prouisione facta de beneficio per obitum Titii vacante, seu alio quouis modo; quia illa clausula, *alio quouis modo*, bene ampliat, & comprehendit omnem modum vacādi, sed restringitur ex eadem persona expressa. Rota
10 *in antiq. decis.* 14. *de rescript.* alias 483. *& in nou. cod. tit. decis.* 1. alias 28. Ægid. *decis.* 610. Cassād. *super reg.* 29. † Idē multo magis, si agatur de
11 vacaturo. *d. decis* 1. *in nou. de rescript. ver. & ad rationes*, vbi apposui cōcordant. † Idem si plures modi exprimuntur ex pluribus personis cum dicta clausula, *& alio quouis modo*; quia intelligitur ex personis
12 expressis. Ægid. *d. decis.* 610. † Idē; quia verba, *quoquo modo*, licet sint ampliatiua; tamē restringuntur ad ea, quæ sunt eiusdem generis, Ruin. *cons.* 98. *Viso themate, num.* 5. & declarat *num.* 11. *& num.* 15. non procedere in prohibitiuis quocunq; modo, quæ pendēt ab eadē
13 dispositione. † Idē in laudo, quod fiat generalis quietatio ex quacunq; causa; quia intelligitur occasione bonorum paternorum, de quibus agitur; quia semper fit restrictio ad terminos præmissos. Corne. *cons.* 52. *In hac consultatione, num.* 12. *& seq. lib.* 2. † Idem in statuto, vel constitutione; quia verba quantumcunque generalia restringuntur, ne quis damnū patiatur, & secundum iuris dis-

positionem. Anchar. *d. cons.* 361. *in princ.* vbi, quod cōstitutio prohibens diebus festiuis in honorē Dei fieri contractus non impedit appellationis instrumentū. † Idem in fideiussore se obligante ex 14
certis causis; quia licet promittat soluere, quouis modo cōdemnetur, vel quocunq; modo, vel omni modo, quo condemnetur, debet intelligi ex causis expressis, alias nō tenetur. Bartol. *d. cons.* 21. 15
col. fin. n. 5. *ver. nam ista verba, lib.* 2. vbi apostil. in *ver. omnem.* † Idem in testamento; quia verba generalia restringuntur ad cogitatū, & mentem legis, vt non comprehendat extranea, & quæ non veniunt ex mēte legis, ideo si testator mandat filios stare in cōmunione, & communicare onera omnia, & maxime studiorū & librorum, non comprehenduntur dotes filiarum alterius, prout neq; inter socios. Alexand. *cons.* 76. *Viso themate, in princ.* maxime *num.* 4. *ver. nec obstant illa lib.* 4. quod est subscriptum à pluribus Doctoribus. Vide, *Verba secundum mentem, & rationem sunt intelligenda. Concluſ.* 16
92. † Amplia; quia verba contractuum generalia, seu vniuersalia restringūtur ex coniecturata mente disponentium; ideo in legato generali eorum, quæ in domo sunt, non veniunt venalia, *l. gener. ali, §. vxori. ff. de vsufr. legat.* † Declarat Alex. *cons.* 167. *Visis, & ponderatis, n.* 2. *ver. non obstat, lib.* 7. quod ideo venalia non veniūt; quia restringit testator se ad ea, quæ erunt in domo, & venalia non dicuntur esse in domo; quia ibi non erant mansura; secus si simpliciter legasset omnia bona sine restrictione, quæ sunt in domo. 17

Verba præcedentia non minus restringunt, quam subsequentia. Concl. 143.

VERBA † præcedentia non minus restringunt subsequentia, 1
quā è contra. Oldrad. *cons.* 8. *Quidam Pater, num.* 2. † De verbis 2
generalibus, vt ex sequentibus restringantur, Gemin. *cons.* 34. *n.* 6. † Amplia; quia contractus continens verba sequentia, quæ vidē- 3
tur contraria præcedentibus, debet interpretari, vt secundū præcedentia fiat sensus; quia quæ dicuntur in una parte contractus, cēsentur repetita in qualibet parte, nisi cōstet de contrario, propter absurdum, vel inconueniens. Bald. *cons.* 284. *In primis est inspiciendū, lib.* 4. *per totum.* † De verbis dubiis, vt declarentur ex præcedentibus, 4
& ex principio; quia talia subiecta, qualia prædicata demonstrāt, plene Bald. *cons.* 265. *Creditor in libris, num.* 2. *ver. in contrarium, vsq; in fi. lib.* 1. † Et quod è conuerso verba sequentia declarent præcedentia. Signorol. Homod. *cons.* 38. *Factum sic proponitur. num.* 7. *circa fin.* 5
ver. præterea non est nouum. Vide *Conclusionem proxime seq. num.* 13. † 6
Declara tamen; quia sequentia declarant præcedētia, & è contra, quando subest par ratio disponentis, & dispositi, non alias. Rayner. de Forli. *cons.* 68. *num.* 16. *inter cons. Signoroli.* Vide, *Repetitio præcedentium contractuum quando in sequentibus, &c. Conclusio.* 188. Vide supra, *Verba vniuersalia restringuntur ex præcedentibus, & sequentibus. Conclusio.* 141.

Verba præcedentia quando declarent sequentia, vel è contra. Concl. 144.

VERBA † præcedentia habentia orationem perfectam declarant sequentia dubia, & habentia imperfectam orationem, 1
quia supplenda est clausula sequens imperfecta ex præcedentibus verbis tanquam repetita censeantur. Bald. *cons.* 235. *Quod dicta clausula, per totum, lib.* 5. vbi loquitur in testamento. Rom. *cons.* 503. *Diligenter, nu.* 3. † Et ex contiguitate vicinitatis scripturę verba sequen- 2
tia dubia recipiunt declarationem ex præcedentibus. Rom. *cons.* 121. *Circa primum, in fi.* Vide supra, *Verba dubia declarātur ex multis. Concl.* 104. † Extende; quia quando verba priora, & posteriora aliqua se- 3
rie continuationis se cōtingunt, dictum in priori cēsetur repetitū in posteriori. Dyn. *cons.* 41. *in princ.* † Amplia; quia dispositio sta- 4
tuti indefinita recipit interpretationē ex præcedentibus, & sequētib⁹ proximis statutis. Dyn. *d. cons.* 41. *Quæstio talis est, cōtinetur in pr.* vbi, quod statutum puniēs dantem auxilium homicidæ, intelligitur de auxilio ad homicidiū, secundum præcedentia statuta. † Ex- 5
tende; quia vna pars statuti p aliā declaratur. Curt. Sen. *cons.* 71. *nu.* 16. *ver. sic etiam verbum*, vbi dixit, quod verbum obscurū positum in vno capite declaratur, & interpretatur ex verbis positis in alio capite. Ang. *cons.* 281. *colu. fin. n.* 5. vbi, quod intellect⁹ certus vnius partis declarat aliam partem obscuram; & quia sequētia declarāt præcedētia, *l. sed & si Iulianus §. perinde ff. ad Maced.* Bart. *in l. cætera ff. de leg.* 1. Vbi Ias. Dec. *cons.* 336. *& cons.* 383. *colum.* 5. Crauet. *cons.* 226. *num.* 6. Ruin. *cons.* 160. *num.* 15. *lib.* 3. Corne. *cons.* 162. *num.* 3. *lib.* 3. *& consil.* 71. 6
in princ. lib. 1. † Et quod verba media declarētur, & recipiant interpretationem ex præcedentibus, & sequentibus, Alex. *cons.* 144. *Viso themate in prin. lib.* 6. † Amplia; quia non est nouū, quod per præce- 7

dentia verba intelliguntur. & restringuntur subsequentia. Signorol. Homod. *cons.*70. *In quæstione vertente, nu.*8. † Declara; quia hoc argumentum est æquitocum, & non semper verum; quia quandoq; sequentia recipiunt declarationẽ ex præcedentibus, quandoq; è contra, & quandoq; tam præcedentia, quam sequẽtia de se stant. Bart. *in l. talis, in pr. ff. de leg.*1. vbi, quod quilibet potest in hoc dicere, quod sibi expedit. Ias. *in l. qui filiabus, col.*1. *ff. eod.* Dec. *cons.*567. Marcabrun. *cons.*68. *nu.*62. *& seq.* vbi dicit, quod potentior est negatiua, quam affirmatiua, vt non valeat argumentum, & potest distingui, vt si materia sit fauorabilis, dicta in præcedẽtibus censeã-
9 tur in sequẽtibus repetita, secus si odiosa, & exorbitans. † Amplia; quia vna particula legis, vel statuti per alias precedentes, & sequentes declaratur, restringitur, & limitatur, *l. si seruus plurium. §. fin. ff. de*
10 *leg.*1. Castr. *cons.*258. *Si bene consideretur, nu.*2. *ver. nam vna, lib.*1. † Amplia; quia actus subsequens manifestat voluntatem precedentem adesse ipsi actui subsequenti conformem. Roma. *cons.*291. *Cum isti fratres. n.*2. *ver. secundo quia* vbi apostil. *in ver. conformem*, dat con-
11 cord. † Amplia; quia verba præcedentia magis declarant sequentia; quam è conuerso. Cephal. *cons.*156. *nu.*10. *& seq. & cons.*351. *n.*38.
12 Paris. *cons.*23. *n.*118. *lib.*1. † Extende; quia imo quælibet pars dispositionis ab eius principio recipit declarationem, licet qualitas inferius posita non competat omnibus. Grat. *cons.*44. *n.*4. *lib.*1. *& cons.*
13 160. *num.*23. *lib.*2. † Amplia in casu conuerso; quia verba sequentia declarant præcedentia. Io. de Imol. *cons.*85. *in prin.* vbi, quod declarant, & limitant. Signorol. *cons.*37. *Factum sic proponitur, nu.*7. *circa fi. ver. præterea non est nouum.* & quod sequẽtia verba declarent præcedẽtia, & è contra, Ægid. Bellam. *cons.*39. *nu.*4. allegat *l. heredes palam. §. sed & si notam. ff. de testam.* Castr. *cons.*74. *In causa mota, col.*2. *in fi. ver. tertia regula, lib.*2. vbi, quod est regula, quod ex sequẽtibus declaratur animus in præcedentib⁹, late Rom. *cons.*328. *Præsens consultatio nu.*5. *ver. tertio idem.* vbi, quod verba sequentia præcedentibus præstant euidentissimum intellectum. Alex. *cons.*52. *Circa hanc nu.*24.
14 *lib.*4. quod est Barbatiæ. † Extende; quia vt verba in fine posita, vel sequentia debeant referri ad omnia præcedentia, vel è contra, facias regulam; quia si oratio non est pfecta, sed pendens, ex precedentibus, vel sequẽtibus fit relatio, vt vnum declaret aliud. Ioan.
15 de Imo. *cons.*145. *nu.*1. † Declara; quia præcedentia magis influunt in sequentibus, quam sequentia in præcedentibus; & ideo sequẽtia in capitulis separatis posita nõ influunt in præcedentib⁹, neq; inducitur ex eis repetitio. Roman. *cons.*503. *Diligenter. n.*3. *& seq.* vbi
16 plena apostilla citat plurimos concordan. † Si vero oratio est pfecta, ita vt possint verba referri, & non referri, tunc fit relatio, vel non, prout sensus magis congruit iuri cõmuni; quia si ex relatione corrigeretur ius commune, non fit. & sic è cõtra. Io. de Imol.
17 *cons.*145. *n.*1. † Declara; quia sequentia declarant præcedentia, quãdo sunt in eadem dispositione, & quando verba declaranda indigent declaratione, alias secus, ita Ægid. Bellam. *cons.*39. *n.*9. *ver. nec*
18 *obstat.* † Extende, vt procedat etiam in actibus separatis, & in contractibus, quia ex sequenti contractu declaratur præcedens præparatorium, vel à quo causatur sequens. Alex. *cons.*94. *in pr. lib.*4.
19 ꝙ est Barbatiæ, sequitur Crauet. *cons.*231. *nu.*12. † Amplia; quia verba dubia declarantur ex aliis verbis copulatis, vel positis in eadem dispositione. Ruin. *cons.*197. *n.*7. *li.*1. vbi, ꝙ sicut vna pars alternatiuæ declarat alteram; ita vna pars copulatiuæ declarat alte-
20 ram. † Et ista est iuris regula, vt verba dubia recipiant declarationem à scripturis vicinis, vt dicit Rom. *d. cons.*503. *in prin. ver. ea enim*
21 *est iuris regula.* † Amplia; quia verba dubia precedentia declarãtur ex sequentibus verbis claris, *l. verum. ff. de petit. hæred. l. qui filiabus, in princ. & l. si seruus plurium. §. fin. ff. de leg.*1. vbi Ias. dicit, quod ex vicinitate scripturarum precedentia clara declarant sequentia obscura, & è conuerso sequentia clara declarant precedentia obscura, & plenius Ias. *in d. l. qui filiabus, in pr. ff. de leg.*1. Castr. pulchre *cõs.*147.
22 *nu.*2. *ver. ad quartum. li.*2. † Et ꝓcedit in dispositione hominis, & in testamẽto; quia si testator in vna parte testamẽti fecit aliqua verba dubia, possunt declarari ex verbis claris in alia parte eiusdem testamenti. Ias. *d. l. qui filiabus, in pr. ff. de leg.*1. late Ruin. *cons.*139. *num.*
15. *& seq. lib.*3. Alex. *cons.*170. *Inspectis, nu.*5. *ver. secundo probatur, lib.*5.
23 † Idem in dispositione legis, vel statuti; quia verba ambigua posita in vno capitulo declarantur per verba clara in alio capitulo, *l. vtrum, in pr. ff. de pet. hered.* vbi Bartol. Angel. & alii. Ias. *in d. l. qui filia-*
24 *bus, num.*2. *ff. de leg.*1. † Et procedit tam in factis, quam in verbis sequentibus; quia precedentibus factis & verbis præstant euidẽtissimum intellectum, plene Roman. *cons.*328. *Præsens consultatio, nu.*
25 5. *ver. tertio idem.* † Extende; quia si pater fecit mentionem simpliciter de filiis, & postea exprimit in alia parte ante, vel post de masculis, verba clara faciunt, quod intelligatur de masculis, etiã vbi non expressit, Ias. *in d. l. qui filiabus, num.*3. *ff. de leg.*1. vbi plura cumulat, & dicit notanda. Ruin. *cons.*139. *nu.*16. *lib.*3. † Idem si testator filio naturali in al: qua parte fecit mentionem; quia declarat ba præcedentia, vel sequentia de filio simpliciter prolato. Ruin. *cons.*139. *nu.*16. *li.*3. *& cons.*118. *n.*10. *eod. lib.*3. † Item, quando prohibuit alienationem bonorum ante 25. annum, quia intelligitur impleto vigesimoquinto anno, quando in aliqua parte testamenti fecit mentionem de completo, siue ante, siue post. Ruin. *cons.*118. *n.*8. *& seq. ver. & similiter, lib.*1. † Amplia; quia cõtinuans bens verba dubia, indefinita, & generalia declaratur ex precedentibus, & subsequentibus; ideo si Communitas promittat certam portionem fructuum possessionum suorum ciuium, quæ vel sunt apta comprehendere fructus possessionum interminorum extra territoriũ, intelliguntur de territorio, ex præcedentibus, sequẽtibus, & maxime si referuntur ad aliquid, prout ad rem de qua constat. Castr. *cons.*365. *Viso instrumento, in prin. lib.*1. Alex. *cons.*11. *In causa, quæ vertitur, col.*2. *ver. nam per præcedentia*, vbi habetur in testamento. † Extende; quia verba ista, *promitto tibi persoluere centum durante quinquennio*, importãt, quod singulo anno soluet centum, quando ex sequentibus elicitur, quod dispensata intellexerunt. Castr. *cons.*347. *respondendo, nu.*2. *ver. quarto, lib.*2. Vide *Conclusionem proxime præcedentem.* Vide, *Clausula posita quando referatur ad omnia præcedentia, vel non. Concl.*25. Vide *Mens colligitur ex multis. Concl.*19.

Verba ampliatiua præcedentium restringuntur, quæ sunt eiusdem generis. Concl. 145.

VERBA † ampliatiua præcedentium restringuntur, quæ sunt eiusdem generis. Oldrad *cons.*297. *n.*5. *ver. quarto* tenet; quod licet pater legauerit filiæ vltra dotes, iubens aliud petere non possit, nec alio quocunq; modo aliquid consequatur, non excluditur à dote matris sibi debita; quia ista intelliguntur, quod tanquam filia non haberet aliquid à bonis si tanquam extranea. † Amplia; quia verba generalia, aut augerent, intelligi debent secundum naturam præcedentium, ideo Statutum disponens, ꝙ super contractib⁹, sub nomine tutui, vel alio titulo vsurario, aut aliter, qualitercunq; habuisset, talis ꝓcedat, illa verba debent restringi ad contractus simulatos, de quibus ante loquutus fuit. Gemin. *cons.*77. *nu.*4. *ver. non obstat, tunc to princ. ver. sed attentis verbis.* † Amplia; quia verba ampliatiua, & vniuersalia debent restringi ad ea, ad quæ palia in materia de illa materia fit restrictio, maxime in materia stricta. Gemin. *cons.*92. *In causa Canonicatus, nu.*2. *ver. quia ad hoc respondetur*, vbi Papa reseruans omnia beneficia curialium vbicunq; vacatia hærendo constitutioni Benedicti, censetur solum reseruare beneficia curialium, qui infra duas dietas decesserint, secundum constitutionem Benedicti, & illud verbum, *vbicunque*, restringitur hoc modo. † Amplia; quia generalia verba sequentia transactionem, aliam dispositionem ex certa causa facta restringũtur ad casum expressam, si salua ratione recti sermonis possunt restringi, alias non. Castrens. *consil.*333. *Dubium videtur, per totum, lib.*3. vbi idem in compromisso. Vide infra, *Verba ampliatiua præcedentium quæ sunt Conclus.*149. Vide supra, *Verba vniuersalia, vel generalia restringuntur ex specificatione speciali, &c. Conclus.*140. Vide, *Transactio per verba generalia. Conclusio.*356.

Verba de primo actu intelligenda, & quando secus. Conclus. 146.

REGVLA; † quia in materia odiosa verba de primo actu, puta in facultate testandi, intelliguntur. Dec. *cons.*512. *per totum.* Cin. Iun. *cons.*89. *lib.*1. Curt. Iun. *cons.*178. *in fin.* † Declara; quando la est vera, sed in primo testamento non ꝓcedit; quia non dicitur testamentum, quamdiu testator vivit, ita Sarment. *tract. de Eccles. part.*4. *ca.*4. vbi late. † Declara, vt plene Natt. *cons.*647. *& per totum.* quia testamentum habet quatuor essentias, seu quatuor status; primum est consensus, & voluntas testatoris; secundum solemnitas iuris; tertiũ mors testatoris; quarto aditio heredis; hoc vltimum perficit testamentũ. † Limita; quia verba affirmatiua, seu sermo affirmatiuus, licet referatur ad primum actũ, secus est in sermone negatiuo. Oldrad. *cons.*16. *Thomas de Ceseb. Tria in 1. quæst. vers. nec in hoc multum.* † Limita; quia non habet locum in verbis legis, seu cõstitutionis. Roman. *cons.*504. *In casu proposito num.*2. *versic. nec refragatur*, vbi apostilla *in ver. legis*, & recidit Romanus rationem; quia vbi habet locum ratio legis, semper habet locum ipsa lex. † Extende; maxime qñ verba legis, vel statuti loquitur de numero, vel p verba denotantia numerũ. Rom. *d. cons.* [illegible]

7 *num.2.in fin.* vbi apostil.*in ver.numeri.* † Extende,maxime quando primus actus non est sortitus effectum; quia verba legis cum ef-
8 fectu sunt intelligenda.Roman.*d.cons.*504.*nu.*3.*ver.cæterum.* † Extende, quando verba possunt referri ad pluresactus; quia tunc referuntur ad primum actum,qui habet effectum secundum dispositionem, seu intentionem disponentis, alias intelliguntur de vlteriori actu. Roman.*d.cons.*504.*nu.*4.*ver. ad hoc accedat.* vbi apo-
9 stil.*in ver.intus.* Vide plenius, *Dispositio omnis intelligitur de prima vice, & vnica vice.Concluſio.* 499.

Verba quando demonſtratiue,vel taxatiue intelliganturConcl. 147.

1 ALia † regula est, quod verba in dubio potius causa demon-
2 strationis, quam limitationis, & dispositionis censentur,plata. Castr.*cons.*219. *In causa, quæ vertitur, col.*2.*ver.verba ergo,lib.*2.† Declara;quia regula procedit, quando verba,si stant demonstratiue, possunt afferre aliquam vtilitatem; secus si essent superflua, & abundarent. Castr.*cons.*222. *Super primo dubio, in pr.nu.*1.*lib.*2. † Amplia;quia verba dicuntur demonstratiue posita,quando præcedit dispositio,quod aliquid legatur vel promittitur certũ,postea designatur locus solutionis, prout si testator legat decem singulo anno Titio, & mandat solui ex fructibus talis prædii : nam licet fructus prædii non extent, debentur decem; quia illa verba demõstratiue sunt posita, quod solutio fiat ex fructibus talis prædii,& sic sunt duæ orationes. *l.quidam testamento, in prin.ff.de leg.*1.*l.*
3 *Paulo Callimacho.§.fin.ff.de leg.*3.*l.Lucius.ff.de alimen.& cibar.legat.* ita
4 Castr.*cons.*339. *Quia exceptiones,n.*3.*ver.ex prædictis,lib.*1.† Et quando verba possunt stare demonstratiue,potius demonstrant,q̃ disponant, veluti si quis recipit emphyteusim pro se, filiis, & nepotibus,vsq; in tertiã generationem,illa verba sine copula, *vsque, &c.* stant demonstratiue, vt generatio incipiat ab acquirente; si vero cum copula, *& vsque in tertiam generationem,*stant dispositiue Castr.
5 *cons.*338.*Ad primum,n.*2.*li.*2.† Limita,si in eadem oratione testator legat ex fructibus talis prædii solui decem;tunc si non extant fructibus, non debentur decem; quia taxationis gratia fructus sunt in obligatione positi,non autem gratia demonstrationis,*l.nomen debitoru.ff.de leg.*3.§.*vni ex heredibus,l.si quis seruum.*§.*si quis legauerit ff.de*
6 *leg.*2.*l.Lucius.§.ciuibus.ff.eod.* Castr.*d.cons.*339.*n.*3.*lib.*1. † Secũdus effectus est;quia etiamsi taxationis gratia sint positi fructus,ex quibus debet solutio fieri; tamen quando solutio debetur annua,si vno anno non extãt fructus, & alio sunt vberiores, solutio debet suppleri secundum vbertatẽ, quæ facta non fuit ꝓpter sterilitatem, & hoc,quando annua præstatio debetur; si vero vnica solutio semel debetur ex fructibus taxatis,si non extant in primo an-
7 no,non supplentur in aliis sequentibus. Castrens.*d.cons.*339.*n.*3.*in*
8 *fin.ver.quid si alio anno, lib.* 1. Vide tamen supra aliam Conclusionẽ diuersam 48. quia tunc verba stant taxatiue, quando cæptum est à mensura, vt si vendo centum iugera terreni demonstratiue, quando est cæptum à corpore, vt vendo tibi prædium meum iugerum centum;quia mensura stat demonstratiue.Oldr.*cons.*197. *In concessione, cum aliis ibi adductis,* sed tamen ex mente, & præsumptionibus receditur multis modis,vt supra *Concl.*48.plene Castr. *cons.*219. *In causa, quæ vertitur, lib.*2.

Verba ad quem diriguntur, spectanda sunt. Concluſ. 148.

1 VErba † statuti respicientia aliquid faciendum, si diriguntur ad iudicem, non respiciunt formam statuti, sed potius exequutionem, ita quod si non fiat, non cessat statutum tanquã formale. Anchar.*cons.*69.*nu.*5.*& seq.* Surd. *cons.*39.*n.*18. vbi,quod im-
2 portat quandam monitionem iudici.† Et dicuntur directa in iudicem præsumptiue,quando ꝓferuntur imꝑsonaliter circa ea,
3 q̃d iudicem spectãt. Abb.*cons.*91.*n.*1.*ver.idem quando,lib.*1. † Amplia;quia verba legis si dirigantur ad iudicem circa aliquid faciẽdum,operantur;quod censeatur inductum officium iudicis,ꝓut in executione laudi arbitrorum,*l.cum antea.C.de arbitr.* ita intelli-
4 git Iason *in l.à diuo Pio.*§.*sententiam Romæ,nu.*23.*ff. de re iudic.* † Extende;quia verba imꝑsonalia statuti,vel legis directa ad iudicẽ, puta vt det curatorem minori, ad instantiam proximiorũ,denotant factum & officium iudicis sine consensu minoris. Abb.*cons.*
5 91.*Quo ad primum,col.*2.*in pr.ver.sed iis non obstantibus,lib.*1. † Amplia in pœnalibus;quia si pœnæ alternatiue imponũtur à lege,& verba legis diriguntur ad iudicem, optio non datur parti,sed Iudici.
6 Abb.*d.cons.*91.*n.*1.*ver.ad hoc.lib.*1.† Limita;quia licet verba non diriguntur ad aliquam partium;si tamen fiat illud,quod est de intẽtione legis, vel statuti, semper oritur condictio ex illo statuto.

Alex.*cons.*297.*n.*3.& *cons.*208.*in princ.lib.*7.vbi late. Vide plenius, *Dispositio omnis intelligitur, & interpretatur, &c.Concl.*497.

Verba ampliatiua præcedentium quæ sint. Concluſ. 149.

1 VErba,† *vel alio quocunq; modo,* sunt ampliatiua præcedentium.
2 Oldrad.*cons.*297.*nu.*5.† Copula, &,quando adiungitur relatiuo,ampliat.Bald.*cons.*305.*Verba Principis,nu.*2.*ver.secundo quia,li.*1. Vide, *Dictio, &,quando copulet, & quando non, & quid importet. Concl.*
3 274.† Amplia; quia verba,*quocunque modo,*sunt adeo ampliatiua, vt nullam recipiant restrictionem, Ruin.*cons.*98. *Viso themate,nu.*
4 10.*li.*2.vbi *nu.*5.& 15.declarat.† Declara,vt non extendãtur ad ea, q̃ non veniunt ex eadem dispositione; quia talia verba eo casu restrictionem patiuntur ad ea, quæ sunt eiusdem generis. Ruin.*d. cons.*98.*nu.*5.*& n.*15.*lib.*2. Vide supra,*Verba generalia de toto restringuntur ad partem ex verisimili mente, & quando secus.Concl.*133. Vide supra, *Verba ampliatiua præcedentium restringuntur ad ea, quæ sunt eiusdem generis. Concluſ.*145.

Verba prolata in prima,vel tertia persona in quibus differant. Concl. 150.

1 VErba † ꝓlata in primam personam referuntur ad ipsummet proferentem,vt si dicitur,*Dominicus subscripsi,*vel,*attestor;*secus si in tertia persona proferuntur; quia de alio intelliguntur, non de loquente. C.*de constit. pecun. l.si quando, Instit. de inutil. stipul.*§.*si quis alium.*ita Franc.Becci.Aretin.*in cons.suo,*quod inserit Lap.*alleg.*
2 78.*in princ.*† Contrarium,quod etiam valeat dispositio loquẽtis, licet concipiatur in tertia persona; quia siue in prima, siue in tertia persona concepta sint verba, valet tamen dispositio;ideo Notarius potest rogare instrumentum in prima & tertia persona, testis potest proferre suum testimonium,iudex suam sententiam, Papa suum rescriptum in prima, vel tertia persona, ita Iaſ.*in l. diuortio,in princ.n.*27.*& seq.ff.solut.matrim.* †Declara;quia verba im-
3 personaliter dicta non referuntur ad personam loquentis, nisi agatur de acquirendo pro ipso loquente. Alex.*cons.*112. *Visa copia, n.*4.*lib.*7. Vide plenius,*Sermo generalis non comprehendit personam loquentis. Concluſ.*217.

Verba importantia causæ cognitionem quæ sint. Concluſ. 151.

1 VErba,† seu dictio,*corrigas,*in rescripto,vel priuilegio impor-
2 tat causæ cognitionem. Cald.*cons.*453.*in fi.* alias 11.*de censib.* † Amplia in clausula, *vocatis partibus inueneris;* quia importat causæ
3 cognitionem. Lap.*alleg.*28.*in pr.* † Amplia in clausula,*constiterit;* quia etiam in littera gratiosa importat causæ cognitionem. Lap.
4 *alleg.*61.*n.*2.*ver.imo si fuisset.* †Amplia;quia clausula,*vocatis vocandis,* importat causæ cognitionem, etiam in executore. Vide,*Clausula,* vocatis vocandis, *quid operetur. Concl.* 317. Vide plenius, *Clausulæ rescriptorum importantes causæ cognitionem,vel non, Concl.*368.Vide,*Inuenire & reperire in quo differant. Concl.* 344. Vide plenius, *Executor quando habeat causæ cognitionem,vel non.Concl.*511. Vide, *Rescriptum ex quibus cognoscatur esse merè iusticiæ. Concl.* 209. *cum duabus sequentibus Conclusionibus.*

Verba importantia absolutam voluntatem quæ sint,& quid operentur,vel non. Concl.152.

1 VOlverit, † hoc verbum concessum alicui,vt possit ꝓcedere etiam de facto, prout voluerit, importat liberam,& absolutã potestatem, & voluntatem, excepta tamen fraude, & dolo. Lap.
2 *alleg.*128.*In Dei nomine,num.*2.*ver.non obstat,& num.*3.vbi,quod hęc expositio admittatur in concernentibus odium, vel præiudiciũ concedentis,secus in præiudicium tertii. Alex.*cons.*47. *Circa primum,num.*8.*ver.item vbicunq;lib.*1.& plena apostil.ad Lap. dat concord. †Et quod verbum,*voluerit,*importet liberam facultatem,& voluntatem. Alex.*cons.*47.*Circa primum, nu.*14.*lib.*1.† Extende, vt
3 procedat,etiamsi verbum,*voluerit,* sit iunctum verbo,*videbitur,*& verbo *placuerit;* quia denotat liberam voluntatem. Alex.*cons.*47.
4 *lib.*1.†Et de facto procedendi intelligitur absolute,sed tamen prẽter legem, & non contra legem; quia in omni plena,& generali potestatis concessione ſubauditur,ne quid turpe,aut illicitũ, vel à iure ꝓhibitum fiat, *l.*1.*ff. de milit.testam.* Lap.*alleg.*128.*num.*4.*versic. non obstat illud verbum,* vbi plena apostil. † Et verbum, *volo,*impor-
5 tat liberam volũtatem. Bartol.*in extrauag.ad reprimendum, in versic.*

videbitur, num.3. allegat *l. cum quidam. ff. de leg.2.* Verba, *Possit facere velle suum de libera voluntate*, intelliguntur abstracta, & remota boni
7 viri voluntate. Roman. *cons.112. Visa, col.1. ver. iis tamē.* † Voluntatis verbum importat liberā, etiam iniustam voluntatē; quando contrahentium voluntati aliquid committitur; secus si voluntati tertii aliquid cōmittatur; quia intelligitur arbitrio boni viri. Bal. *cōs. 195. Laudare vos, nu.8. in fin. ver. porro cum dominus Marchio, li.2. & nu. 11. versic. prima ratione*, vbi, quod verba *pro libito voluntatis*, directa ad
☞ contrahentes important absolutam potestatem. Vide, *Arbitrio alicuius si quid committitur. Conclusio.470.* Vide incertum auctorē post
8 Regulas Socin. *Reg.6. Commissio facta*, vbi limitat duobus modis. † Et vbi agitur de præiudicio concedentis facultatem liberā, procedunt prædicta; secus si agatur de præiudicio tertii. Alex. *cons.47.*
9 *n.8. ver. & hoc vbi agitur, lib.1.* † Et verbum, *liberæ voluntatis*; importat
10 liberam voluntatem. Alex. *d. cons.47. nu.14. lib.1.* † *Ad libitum disponere*, importat liberam facultatem. Socin. *cons.170. In præsenti consultatione, col.5. ver. quoniam concedit, lib.2.* Ias. *in l. si sic legatum. in pr. ff. de leg.1.* & in donatione data facultas disponendi ad libitum, vel pro
11 libito, importat liberam facultatem. † Idem in laudo, si data est facultas pro libito, intelligitur. Bald. *cons.195. Laudum, col.4. ver. pono,*
12 *& col. seq. ver. primo ratione verbi, li.2.* † Et idem in verbo, *libet*, vel *lubuerit*; quia importat idē, quod libere voluerit. Bartol. *d. extrauag.*
13 *ad reprimendum, n.3. ver. item verbum liber*, vbi apostill. *in verbo libet.* † Amplia; quia *arbitrium plenū*, vel *liberum* important liberā voluntatem. Bartol. *in d. extrauag. ad reprimēdum, in ver. videbitur, n.3.* Vide,
☞ *Arbitrium datum ad aliquid faciendum quid comprehendat, vel non. Con-*
14 *clus.476.* † Amplia; quia clausula, *iudicio tuo*, importat liberam voluntatem, glos. *in l. Thais. §. Lucius. ff. de fidei com. libert.* Bartol. *in l. si sic,*
15 *in princ. ff. de leg.1.* † Contrarium Bartol. *in d. extrauag. ad reprimendū, in versic. videbitur, num.4. item hoc verbum*, vbi, quod, *iudicio tuo*, idem est, quod apud remetipsum iudices; ergo boni viri arbitrio, & ibi apostil. *in ver. tuo*, vbi pro vtraque; tamen hæc est vltima opinio
16 Bartol. quæ debet præualere; quia est glossator hic. † Limita, seu declara; quia vbicunq; aliquid est commissum sub libera potestate, intelligitur, dummodo absit dolus. Alex. *cons.47. Circa primum, nu.8. ver. item vbicunque, lib.1.* Franc. Aretin. *cons.14. Viso, & diligenter,*
17 *num.9. in princ. ver. nec potest dici.* † Limita; quia semper, quod fit commissio alicui in causa propria, verba absolutam facultatem inducentia cēsentur solum arbitrium boni viri importare; quia præsumitur dolus; item quia est suspicio contra eum. Franc. Aretin. *d. cons.14. nu.9. ver. nec potest dici.* Vide; *Verba arbitrium boni viri significantia, quæ sint. Conclusio. proxime sequent.* † Limita; quia extra
18 casus præmissos, qui important liberam voluntatem, omnes regulæ sunt, quod semper censeatur data facultas secundum regulatam voluntatem, & sic arbitrio boni viri. Barto. *d. extrauag. ad reprimendum, in ver. videbitur, nu.4. ver. conclude igitur*, vbi ponit exemplum de verbis *videbitur, approbauerit, comprobauerit, placuerit*, & si-
☞ milibus, vbi apostil. *in ver. placebit.* Vide, *Arbitrio alicuius si quid committitur, regulatur secundum arbitrium boni viri. Concl.470.*

Verba arbitrium boni viri significantia quæ sint. Concluſ. 152. la seconda.

1 VERBA † commissionis, vel relationis, habita ratione sententiæ, important idē quod dicere, habita discretione in spectionis sententiæ, & sic secundum ius, & arbitrium boni viri. Alex.
2 *cons.33. Viso themate, in prin. lib.1. & num.3.* † Discretio idem, quod
3 arbitrium boni viri. Alex. *cons.33. num.2. versic. quod probatur, lib.1.* † *Videbitur* est verbum importans arbitrium boni viri. Bartol. *in extrauag. ad reprimendum, ver. videbitur, in princ.* allegat *l. continuus. §. cū ita. ff. de verb. oblig.* vbi plena apostilla *in ver. arbitrium*, dat plurimos concord. & iterum *num.4. ver. conclude igitur.* Alex. *cons.82. Ponderatis. nu.4. lib.5. in fi.* † *Videbitur, & placuerit*, important arbitrium boni
4 viri. Abb. *cons.77. In quæstione, col. pen. versic. venio ad quintum lib.2. &*
5 *cons.110. In causa. nu.1. lib.2.* Alex. *cons.118. In casu, de quo quæritur, in pr. ver. accedit, lib.5.* † Sed aduerte; quia sunt opiniones, vt refert Alex.
6 *cons.175. Contingit, num.3. & seq. ver. sed sic est, lib.6.* tamen, quando constat de voluntate per alia verba, important ista duo verba co-
7 pulata etiam liberam voluntatem. † Verbum, *videbitur, & placuerit*, important arbitrium boni viri, siue sint separata, siue coniuncta. Rom. *cons.228. Proplena, nu.11. in fin. ver. sic itaque.* vbi apostil. *in verbo, boni viri*, quæ dat plurimos concord. *& in cons.467. Vt clara, in*
7 *prin.* † Et idem, si simul apponantur, videlicet *prout tibi videbitur, &*
8 *placuerit*, Roman. *cons.55. Si volumus, circa med.* † Contrarium; quia quando sunt verba geminata, important liberam facultatem. Ri-
9 min. Iun. *cons.69. n.19.* † Declara, vt per Alex. *cons.214. Ponderatis, nu m.3. ver. & verbum videbitur, & placuerit, lib.6.* vbi, quod ista duo verba important arbitrium boni viri, fallit, quando additum fuit verbum, *libere*, vel æquipollens, prout si dico, *prout tibi videbitur*, vel si dico, *do tibi liberum arbitrium*, vel plenum arbitrium, vel si dicat, *prout tibi videbitur, & placuerit sine vlla contradictione*, verba idem important, quod *libere*, & ibi apostilla in *ver. solui. ver. libere.* † *Iudicio*, importat arbitrium boni viri. Alex. *d. cons.82. 2. ver. & verbum iudicio, lib.1.* Vide, *Verba importantia absolutam voluntatem. Concluſ. proxim. præced.* † *Placet* est verbum denotans arbitrium boni viri, non absolutam potestatem; vnde si in testamento legat testator, quod fiat eleemosyna, quę placebit heredi testatoris secundum arbitrium boni viri. Abb. *cons.48. Videtur primo, vers. obstat, si dicatur, lib.2. nu.3.* & idem dicit Bartol. *in extrauag. ad reprimendum, in ver. videbitur, num.4.* & ibi apostilla *in ver. placebit*, dicit concordant. † *Approbauerit, comprobauerit*, sunt verba importantia arbitrium boni viri. Bartol. *d. extrauag. ad reprimendum, ver. videbitur, 4. ver. concludeigitur.* † *Cupio*, licet idem importet, quod *volo*, vtrumq; voluntatem importat; tamen, *cupio*, importat regulam, *volo*, importat liberam. Bartol. *in d. extrauag. ad reprimendum, ver. videbitur, nu.4. ver. nec obstat.* † Conscientiæ alicuius si quid committitur, videtur commissum viro optimo, qui non debet iniuste agredi. Alex. *d. cons.118. nu.2. ver. & in disputatione, lib.5.* Vide, *Conscientia quid sit. Concl.742.* † *Bene, & diligenter laborare*, vel aliud simile important arbitrium boni viri. Alex. *cons.79. Visis nonnullis, in pr.* † Regulariter verba in dubio potius sunt intelligenda, vt important arbitrium boni viri, & regulatum, quam quod importent liberam facultatem. Alex. *cons.58. Habita, num.12. versic. & nota 3.* † *Voluntas* importat liberam voluntatem; ideo legatum relictum arbitrio Titii importat piam causam; quia arbitrium boni importat; si vero fiat ad voluntatem Titii, importat liberam voluntatem. Abb. *cons.110. nu.2. lib.2.* Vide plenius *in ver. importantia absolutam voluntatem. Concl. prox. præced.* Vide, Dominicus, tur, *quid importet. Concl.349.*

Verba collectiua, & copulatiua quæ, & quando tur distributiue, vel è conuerso. Concl.153.

VERBA † collectiua sunt, quando dicitur, *& si omnes.* Vide, *Nomina collectiua, vel appellatiua quæ dicantur. Concl.* † Amplia; quia verbum, *reliquæ filiæ succedant*, est collectiuum omnibus filiabus. Fulgos. *cons.40. Dominicus, col.3. ver. in fundum.* † Restringe; quia si testator legat reliquis filiabus centum scuta, constat de mente, quod singulis, collectiua verba resoluuntur in distributiua. Fulgos. *d. cons.40. Dominicus testator, per totum, maxime nu.2.* vbi ponit exempla, quod collectiuæ pro distributiuis. Ad contra ponūtur multoties. † Limita; quia verba copulatiua resoluuntur in singulas orationes, quando plura copulata non ad undem finem tendunt. Petr. Anchar. *consil.80. Retento ordine 5. & 6.* Vide plenius, *Copulata plura si requiruntur, non sufficit vnum, quando secus. Concluſ.1035.* maxime *nu.62. & multis seq.* Vide *Conclusionem proxime sequentem.*

Verba distributiua quæ sint, & quando resoluantur collectiuis. Concl.154.

DISTRIBVTIVA † verba sunt, *aliquis, quicunque &c.* sed tam de omnibus, non de vno, vel de primo tantum verificantur. Fulgos. *cons.47. Ser Michael, per totum.* vbi ponit plura exempla. Quandoq; tamen verba distributiua ponuntur pro collectiuis, & è contra, quando constat de mente. Fulgo. *cons.40. n.2.* Videpra, *Verba singularia quando pluralitatem contineant. Concluſ.118.* Vide *Conclusionem proxime præcedentem.*

Verba subiunctiui modi licet de præterito, importent futurum. Concl.155.

VERBA † subiunctiui modi licet sint; tamē includunt præsentum, & futurum tempus, Fulgos. *cons.28. Testator in testamento* Angel. Aretin. in *cons.82. In casu supraducto, n.20. & 21. ver. nono* vbi late. † Extēde; quia talia verba subiunctiui modi de præsenti importāt etiā futurū, & præsens; & ideo si pōt operari, in præsenti, vel præsenti operatur, sin min⁹, operatur in futuro, & ita portat omne tempus; ideo clausula codicillaris, *si non valuerit ut testamenti*, importat idem, ac si dixisset, *si non valet, vel nō valebit, &* gel. Aretin. *d. cons.82. num.20. & seq. ver. nec obstat.* † Extende verba subiunctiui modi, & tēporis præsentis importāt significationem optatiui futuri temporis; ideo testator, qui fecit fideicommissum in agnatos, si filii, & filiæ nō supererūt, nō intelligitur

pore mortis testatoris, sed quandocūq; in futurum. Signor. Ho-
4 mod. *cons.*151. *In testamento Fulgosii, in fi.* Bello *cons.*5. *nu.*9. † Amplia; quia verba subiunctiui modi, temporis præteriti, & futuri, sunt eadem; ideo important præteritum, & futurum, prout sunt apta importare, etiam si sint in lege, cuius natura est futuris prouidere tantum; si tamen eadem ratio sit, tam in præteritis, quam in futuris, etiam in lege importat præteritum tempus, & futurum in materia fauorabili, secus si materia esset pœnalis. Roman. plene *cōs.*
5 335. *Ad primum, in pr. vbi apostill.* † Amplia; quia verba futuri subiunctiui formantur à præterito; ideo important etiam præteritū, & ideo differunt futurum indicatiui modi, quia futurum semper denotat, futurum vero subiunctiui importat præteritum, ita Ias.
6 post Alexan. *in l. si quis stipulatus, n.*5. *&* 7. *ff. de verb. oblig.* † Et vide omnino Bart. *cons.*101. *Girardus de Tuderto, n.*7. *&* 8. *li.*1. vbi, quod si futurum loquatur per verba futuri subiunctiui, non potest, qui
7 semel elegit, variare; secus si verba sint futuri indicatiui. † Extēde; quia præteritum subiunctiui modi importat etiam tempus futuri modi eiusdem subiunctiui. Bart. in *l. solemus. ff. de cond. & demonstr.* Vbi Socin. & alii. † Extende; quia maxime verba præteriti imperfecti subiunctiui modi important tempus futurum. Corn. *cons.*34.
8 *n. lib.*3. Burſat. *cons.*89. *n.*43. *& seq. lib.*1. plene Ang. Areti. *cons.*86. *In themate ſupradicto. n.*12. *& ſeq. ver. caſu nunc ſecundum*, vbi dicit, quod verbum, *ſi non valeret*, ſit optatiui, & ſubiunctiui modi, & tempo-
9 præteriti imperfecti, quod importat tempus præſens, & futurum. Vide ſupra, *Verba hominis de præſenti, vel præterito quando comprehendant &c. Concluſio.*115. *n.*9. Vide, *Futurum tempus important verba extenſiua. Concl.*566. Vide, *Verba præſentis temporis exponuntur quandoque de præterito, vel de futuro. Concl.*133. *cum duabus Concluſionibus ibi proxime ſequentibus.*

Verba infinitiui modi qualiter intelligantur, & quid important. Concl. 156.

1 VERBA † infinitiui modi important, vt ſufficiat ea quandocunq; implere re integra, videlicet negocio nō abſoluto, vel ſublato; & ideo promittens defendere, & disbrigare ſub pœna dupli, non cōmittit pœnam, ſi quandocūq; defendat, vel disbrigat, antequam emptor perdat poſſeſſionem rei empræ. Bald. *conſ.*
2 23. *in quodam inſtrumento, in pr. lib.*1. † Et infinitiuum verbum adiectum verbo, *volo*, informat, & inducit diſpoſitionem de præſenti, vt ſi dico, *volo Titium hæredem meum eſſe, vel fore*, facio illum hæredē diſponendo. Menoch. *de arbitr. caſ.*496. *nu.*16. Vide, *Futurum tempus important verba extenſiua. Concl.*566.

Verba ſubſequentia an referantur tantum ad proxima, an ad omnia præcedentia. Concl. 157.

1 REGVLA † eſt, quod verba in fine poſita, ſi non ſunt in oratione per ſe ſeparata, referuntur ad proxime præcedentia;
2 quia cenſentur venire ad qualificandum. Bart *in l. ſi. ff. de reb. dub.* † Reſtringe, quando ſequeretur abſurdū, vel congrue non poſſent
3 referri ad proxima. Caſtr. *conſ.*14. *n.*2. *vſq; in fi. lib.*2. † E conuerſo alia regula eſt, quod verba in fine poſita in oratione perfecta refe-
4 runtur ad omnia præcedentia, *d. l. ſi. ff. de reb. dub. C. de liber. præter.* † Reſtringe, quando verba in fine poſita in oratione ſeparata, ſi referantur ad omnia præcedentia, inducerent abſurdum, vel congrue non poſſent ad omnia referri; quia referri debēt vel ad proxima, vel ad primo dicta, prout congruitas ſuadebit. Caſtr. *conſ.*
14. *Dubium iſtius quæſtionis, n.*2. *ver. quod autem ita, lib.*2. vbi apoſtil. *in ver. non congrue.* citat Corne. *conſ.*59. *Viſis, nu.*8. *lib.*1. *& conſ.*48. *n.*4. *li.*
4. Alex. *conſ.*11. *col. pen. in fin. lib.*2. † Contrarium, q̄ imo verba in capitulo ſeparato non repetantur in præcedētibus, & qualitas ſubſtitutionis, & legati in verbis ſequentibus ſeparatis non repetantur in verbis præcedētibꝰ. Rom. *conſ.*505. *n.*3. vbi, quod fideicommiſſum in ſecunda ſubſtitutione non cenſeatur repetitum in pri-
ma. Vide, *Repetitio præcedentium verborum, & qualitatum quando, & ex*
6 *quibus inducatur, & quando non. Concluſ.*187. † Regula alia eſt, quod verba ſequentia, vel in fine poſita ſemper referri debeant ad præcedentia, non autem ad extranea. Abb. *conſ.* 97. *Viſo inſtrumento,*
7 *col.*1. *ver. ſecundo, & fortius. lib.*2. † Alia eſt, quod verba ſequentia non ita influunt in præcedentibus, ſicut præcedentia in ſequentibus. Rom. *conſ.*103. *Diligenter, n.*3. vbi plena apoſtil. dat concord. *in ver.*
8 *præcedentia.* † Alia, quod ſequentia verba non referuntur ad præcedentia, in quibus ſpecialiter fuit prouiſio facta, Rom. *d. conſ.*503.
*n.*4. vbi apoſtil. *in ver. ſpecialis*, citat eundem Rom. *conſ.*152. *n.*3. vbi
9 apoſtil. dat concord. † Alia regula; quia verba, quæ poſſunt referri ad proxime dicta, & ad omnia præcedentia, vbi adeſt diſparitas in diſpoſitione eorum, quæ proxime dicta ſunt, & eorum, quæ ante, non referuntur, niſi ad proxime dicta. † Amplia, maxime 10
quando diſpoſitio non eſt continuata, ſed continet diuerſas orationes non ſe contingentes, ſed ſeparatas; quia clauſula in fine poſita, & verba in fine poſita referuntur ſolum ad proxima. Anchar. *conſ.*361. *nu.*3. *& in pr. ver. & per hoc non obſtant.* † Declara tamē; 11
quia vbi fit relatio ad omnia præcedentia, intelligi debent verba relata ordine ſucceſſiuo, & retento themate, veluti ſi eſt facta ſubſtitutio plurium ſecundum diuerſos gradus ſubſtitutionum, & dicatur, *ſi aliquis ex prædictis, ſeu eorum*, illa dictio, *eorum*, refertur ad omnes ordine dato in præcedentibus non ſimpliciter. Bald. *conſ.*281. *Viſo teſtamento condito, nu.*2. *ver. quantum ad ſecundum, lib.*1. † 12
Limita; quia in diſpoſitione continuata verba in fine poſita referri debent ad omnia, quando inducunt exceptionem, vel modificationem, & non conſtat de diuerſitate rationis, quare potius ad proxima, quam ad omnia referantur. Anchar. *conſ.*361. *Viſa plena, n.*3. Cald. *conſ.*280. alias 11. *de locatio.* Vide plenius, *Clauſula in fine poſita qualiter referatur ad omnia præcedentia, vel non. Concl.*291.

Verba geminata magis operantur. Concluſ. 158.

VERBA † geminata magis operantur, *l. baliſta. ff. ad Trebell.* Corn. 1
*conſ.*187. *In conſultatione, num.* 12. *lib.*4. plene Barbat. qui ponit multa exempla *conſ.*37. *in prin. li.*3. Alex. *conſ.*216. *Necarguendi. n.*25. *ver. ſeptimo confirmatur. lib.*2. vbi dat exemplum de verbis, *omnes, & quaſcunq;* item in verbis *omnia & ſingula.* † Amplia; quia verba ge- 2
minata habent virtutem clauſulę, *omni meliori modo*; ideo teſtamētum factum à patre prēteritis filiis ad piam cauſam valet in vim fideicōmiſſi ſine clauſula codicillari, ſi inſtitutionē fecit per verba geminata, videlicet, *Inſtituiſco heredi li Frati della Certoſa, & voglioſiano miei heredi*, id eſt, *Inſtituo heredes fratres Monaſterii Certoſæ, & volo, vt ſint mei heredes.* ideo filii reſtituēt ex fideicōmiſſo. Bald. *conſ.*174. *Quidam dominus, lib.*3. † Amplia; quia verba inculcata etiam idem 3
importantia magis operantur, & magis inducunt neceſſitatē; ideo ſi fiat cōpromiſſum in vnū, qui pnunciare debeat de conſilio, vel cum cōſilio alterius, licet conſiliū nō requratur, vt laudū valeat, ſecus eſt, ſi compromiſſum dicat copulatiue, *vt pronunciet de, & cum conſilio*; quia erit nulla ſententia lata ſine cōſilio, ꝓpter inculcationem verborum, & mentem. Cuman. *conſ.*55. *Duo habentes, per tot.* maxime *nu.*4. *ver. quamuis enim.* † Et idem dicit in inquiſitioni- 4
bus, dum dicitur, *in eo, de eo, & ſuper eo*; quia iſta inculcatio maiorem expreſſionem importat. Cuman. *conſ.*55. *n.*4. † Idem in Nota- 5
riis, qui inculcant multa verba, *dedit, vendidit, tradidit, & tranſtulit*, quæ licet non transferant dominium, bene important licentiam capiendi propria auctoritate. Alex. *conſ.*10. *n.*6. *li.*4. Ias. *conſ.*149. *col. fin. li.*4. plene Bart. *in l.* 2. *C. de acquir. poſſeſſ. in fin.* vbi, q̄ important translationem dominii, & poſſeſſionis, quādo proferuntur in p̄ſentia rei, de qua agitur. † Amplia; quia verba geminata annullā- 6
tia actum, qui de ſui natura non eſſet nullus, niſi parte volente, operantur nullitatem ipſo iure. Cephal. *conſ.*133. *n.*13. *lib.*1. † Amplia; 7
quia verba inculcantur in inſtrumentis ad maiorem declarationem. Cuma. *d. conſ.*55. *n.*4. *ver. quamuis enim.* † Amplia; quia verba 8
geminata cēſentur cum maiori deliberatione, plata. Corn. *d. conſ.* 187. *n.*12. *li.*4. † Amplia; quia geminatio operatur, q̄ ſit electa in- 9
duſtria perſonæ. Corn. *d. conſ.*187. *n.*12. *li.*4. † Amplia; quia verba 10
geminata prolata per modum demonſtrationis diſponūt. Corn. *d. conſ.* 187. *n.*12. *lib.*4. † Extende; quia verba enunciatiua, quando 11
ſunt geminata, diſponunt, plura Barbat. *conſ.*37. *num.*1. *lib.*3. Caſtr. *conſ.*92. *in ſecunda col. n.*3. *li.*2. Rom. *conſ.*65. *n.*5. vbi apoſtilla *in ver. geminata.* † Et verba confeſſionis geminatæ factæ abſente parte ob- 12
ligationem inducunt, quæ ſi non eſſent geminata, ſolam probationem inducerent ſemiplenam. Caſtr. *conſ.*92. *col.*2. *lib.*2. † Extende; 13
quia confeſſio facta abſente parte, quæ non probat, niſi ſemiplene; ſi tamen eſt geminata, probat plene; & idem, ſi eſt facta in duobus inſtrumentis; quia duæ ſemiplenæ probationes faciunt vnam plenam probationem. Caſtr. *d. conſ.*92. *col.*2. *lib.*2. † Amplia; quia vbi agitur de interpretatione, qui habet verba geminata, pro ſe dicitur habere maiorem, & efficaciorem diſpoſitionem. 14
Corn. *d. conſ.*187. *n.*12. *lib.*4. † Amplia maxime in verbis vniuerſalibus geminatis; quia in diſpoſitione hominis omnia includunt, præciſam, ac nominatam diſpoſitionem inducunt, & non reſtringuntur, etiamſi alias eſſet locus reſtrictioni. Vide ſupra, *Verba vniuerſalia omnia includunt, & quæ ſint vniuerſalia. vel non. &c. Concl.*121. *nu.*67. Vide plenius, *Geminatio eiuſdem actus magis operatur. Concl.* 15
28. Vide, *Duplex funiculus multa operatur. Concluſio.*810. *cum duabus ibi ſequentibus Concluſionibus.*

Vercellarum Ciuitas, statuta, consuetudines, & priuilegia. Concl. 159.

1 VERCELLARVM †ciuitas fuit sub dominio Magnifici Luchini Vicecomitis, habuit differétiam territorii cum Casali Montisferrati, & vtraq; ciuitas fecit compromissum, compulsa à dominis dictarum ciuitatum, fuit latum laudū, & super illius nullitate consuluit Bald. *cons.*142. *Dominantibus magnificis. lib.*1. *per totum.*

2 † Episcopus Vercellensis captus à tyrannis fuit liberatus à quodā D. Galiardo, cui Papa in recompensam concessit feudum dictæ Ecclesiæ Vercellen. vt per Gemin. *cons.*14. *per totum*, vbi concludit

3 talem infeudationem fore validam. † Abbas sancti Andreæ est dominus Hospitalis sancti Andreæ ciuitatis Vercellarum; quia monasterium est caput, & Hospitale est membrum. Bald. *cōs.*205. *In causa, quæ vertitur, lib.*3. vbi, quod soluunt onera separatim; quia non est vnitū Hospitale Abbatiæ, sed est subiectum ex priuilegiis

4 Apostolicis. † Emergentia causarum trahuntur in longum in ciuitate Vercellarum, Signorol. *cons.*261. *in fin.* vbi, q triennio durauit decisio emergentis, quod quis responderet interrogationi p

5 paratoriæ in petitione hereditatis. † Et statutum habet, quod soluatur datium pro omnibus mercibus, & salmis, quæ intro ducūtur in ciuitatem, & ex ea extrahuntur, sup quo consuluit Castill. *cons.*14. Quod si est facta solutio pro introductione, & eædem res breui spatio, vel incontinenti extrahuntur, non soluitur pro extractione; quia vnicus est actus; si vero vendantur, & alius extraheret, soluitur etiam pro extractione; & idem, si ipse dominus p longum spatium post introductionem vellet extrahere, vbi etiā, q Communitas non potest declarare aliter in præiudicium datii,

6 quod est Principis. † Statutum Vercellarum; quod si quis offenderit aliquem bannitum condemnatum de maleficio, de quo p di debet vita, in personam, & rebus, nullam sustineat pœnam, habet locum in eo, qui in contumaciam fuit positus in bando; quia dictio, *de maleficio*, importat occasionem, & sic remotam causam, ne sequatur absurdum, quod loquatur, quando captus est, & mittitur ad mortem. Signor. *cons.*170. *Quæstio disputata. per tot.*

Verdensis ciuitas, & Eccle sia, eius statuta, & priuilegia. Concl. 160.

1 ECCLESIA † Verdensis sustinuit guerram sibi motam ab Episcopo suo, translato ad Ecclesiam Bremensem, contra quem Anch. latissime consuluit *cōs.*158. *Ex narratis*, vbi, quod debeat degradari, & vltimo supplicio damnari, tanquam fur, prædator pu-

2 blicus, & qui multas strages procurauit, & homicidia bellica. † Concludit etiam, Ecclesiam Bremensem deliquisse, patiendo suū præsulem ista facere, ex quo potuit resistere; tandem concludit, saltem in eo, in quo est facta locupletior, quod teneatur; quia Episcopus translatus redemit castra Ecclesiæ Bremensis ex iis, quę

3 lucratus fuit in bello. † Castrum Rodombur Ecclesiæ Verdensis reduxit iste malus Episcopus sub iurisdictione Ducis fratris sui, de consensu Capituli, vnde consuluit, Capitulum, & clerum incurrisse pœnam.

Verisimile quid sit, & verisimilitudo attendenda est in omnibus, & operatur multa. Concl. 161.

1 VERISIMILE † est id, quod proximum est, & sim ile vero. Bald

2 *cons.* 61. *Litteræ magnifici, li.*3. Et † dicitur verisimilitudo proxima cognata naturæ, plene Crauet. *cons.*363. *n.*26. vbi cum seq. dicit, q obtinet secundum locum, primo mens, secundo verisimili-

3 tudo. † Et non verisimile dicitur imago falsitatis. Curt. Iun. *cons.*

4 289. *n.*23. Bald. *in l.*1. *col.*3. *C. de seruis fugitiuis.* † Et licet verisimilitudo non probet perneccsse, bene probat necessario bono viro, qui ex æquitate procedit, prout arbitratori. Areti. *cons.*126. *In causa D. Antoniæ, col. pen. & cons.*84. *Diligenter ponderatis, col.*3. *ver. & hoc maxime est dicendū*, & quod dicitur de arbitratore, idem in eo, ad quem recurritur pro reductione. Salyc. *in l. si societatē. §. arbitrorum, q.*19.

5 *ff. pro socio.* †Et in probationibus multum attenditur verisimilitudo; quia iudex inprimis debet verisimilitudinē amplecti. Areti. *cons.*9. *col.*2. Crauet. *cons.*61. *n.*9. *& cons.*32. *n.*5. *& cons.*75. *n.*4. *& cons.*135. *n.*33. Bald. *in l. scripturæ, col.*2. *C. de fid. instrumēt.* Crau. *cons.*40. *Proponitur, n.*2. *cum seq.* Alex. *cons.*80. *Viso processu, n.*2. *ver. item in quantū,*

6 *lib.*4. † Et sermones sunt exaudiendi, qui concordant cum rebus sensatis, videlicet quando continent verisimile. Grammat. plura

7 scribit *decis.*28. *in prin.* †Et qui arguit à verisimili, dicitur arguere à ratione naturali. Riminal. Iun. *cons.*362. *n.*18. *li.*4. decis. *Pedemont.*

8 170. *nu.*8. *& seq.* †Et verisimilitudo dicitur cognata naturæ. Crau. *cons.*28. *& consil.*61. *in fin. n.*9. Franc. Becci. *cons.*101. *num.*46. Rimin. Iun. *cons.*362. *nu.*18. *Pedemont. decis.*170. *nn.*8. *& seq.* Bald. *cons. Mortuo filio, lib.*3. Oldr. *cons.*13. *Cum quæstio, in fin.* †Et verisimile habetur pro lege, & veritate, & habens verisimile profe dicitur habere casum legis. Cephal. *cons.*287. *Cum dominus, nu.*23. Franc. Becci. *cons.*101. *n.*46. Crauet. *d. cons.*61. *nu.*9. *Pedemont. decis.*170. *nu.* & *seq.* Oldrad. *cons.*13. *Cum quæstio in fin.* †Et è contra non verisimile habet imaginem falsitatis. Crauet. *d. cons.*61. *n.*9. Socin. *cons.*149. *nu.*8. *lib.*1. Bald. *in l.*1. *col.*3. *C. de seru. fugit.* Grammat. *decis.*28. *in prin.* †Extende; quia non verisimilitudo dicitur imago falsitatis. Curt. Iun. *cons.*289. *n.*23. & ideo quidam Aduocatus (quem Alex. reprehendit *cons.*180. *In causa Angelorum, in fin. non obstat. quod per Adam. tum lib.*2.) dicebat, testem deponentem non verisimilia committere falso, quod Alex. negat esse verum; quia iure nō requiritur cautum, neq; materia ista, quid sit verisimile, vel non, est certe terminata, nisi generica. † Dicas, quod id, quod est valde longe à verisimili, bene dicitur imago falsitatis; quia experimentis monum verorum est, vt concordent cum rebus sensatis, vel verisimilibus, *l. milites, ver. oportet. C. de quæstio.* Alex. *cons.*190. *num.*4. *tata. n.*13. *ver. quia, vt inquit Bald. lib.*6. † Et non verisimile non est credendum, nec dicendū. Rimin. Iun. *cons.*362. *nu.*15. & 16. & testibus non creditur, quando deponunt non verisimilia. Grammat. *decis.*28. *in princ.* †Et sicut verisimile est id, quod à cōmuniter contingentibus fit; & p hoc in casu dubio veritatē; ita contrarium delicet quod non fit communiter, & quod est non verisimile concludit contrarium. Crauet. *cons.*40. *n.*3. vbi late. † Et deponentes non verisimilia p sumuntur falsi. Dec. *cons.*94. *al. cap.* seu saltem de falso suspecti. Crau. *cons.*171. *nu.*6. Gram. *decis.*28. 78. Abb. *in c. quia verisimile, in fin. de præsumpt.* † Et insta causam credendi testibus dicitur, quando deponunt non verisimilia Crau. *consil.*134. *nu.*137. & *cons.*171. *n.*6. Feli. *in c. licet causam, nono decimo, de probatio.* Paris. *cons.*107. *n.*70. *lib.*1. Curt. Iun. *cons.* † Amplia; quia è conuerso non verisimile habetur pro impossibili. Dec. *cons.*11. *nu.*5. *in fin.* †Et testibus deponentibus inuerisimilia non creditur. Alex. *cons.*155. *Alias consultus. circa fin. nu.*6. *vers. ponit non verisimilia, lib.*5. †Extende; quia ex non verisimilitudine testi sumi præsumptio. Crauet. *cons.*75. *nu.*14. †Extende in contractibus; quia non extenduntur ad non verisimilia indubio, secus quando non est dubium. Alex. *cons.*167. *Visis, & ponderatis, n.*2. *ver. nec obst. at. lib.*7. † Amplia, vt in tantum verisimilitudo attendatur debeat, vt post mentem disponentis, quæ obtinet primum locum, verisimilitudo succedat menti, quando non apparet, & obtineat secundum gradum. Calder. *cons.*327. *circa princ. ver. de testamento decodicillo*, alias 8. *de donatio.* v bi loquitur in interpretanda donatione. Et in venditione, & locatione certa rei cum designatione cōmuni ambiguorum, an aliquid includi, vel excludi debeat, attenditur verisimilitudo, videlicet facta comparatione preti, & pensionis ad rem venditam, vel locatam; item consideratis vocabulis, qualitate rei secundum statum præsentem, non autem secundum statum antiquū; vnde venditio facta de terreno vsq; ad vineam intelligitur de vinea de præsenti, nō de vinea, quæ fuit olim adest. Bald. *cons.*410. *Verba dicunt, circa med. ver. reuertor igitur, lib.*1. † Amplia; quia iudex in dubio debet applicare animum ad id, quod est verisimile. Bald. *in l. scripturæ, col.*2. *C. de fid. instrument.* Dec. *cons. Quoniam, n.*5. † Amplia verisimilitudinem in tantum attendi lex habeat, p probato illud, q non est credibile, neq; potest verisimiliter persuaderi. Bald. *cons.*204. *Longum thema, in fin. li.*3. *vers. ideo lex.* seqtur Decian. *cons.*15. *num.*3. *lib.*1. vbi, q non verisimile inducit præsumptionem metus, vel simulationis, aut doli, aut ingrantiæ, & Franc. Becci. *cons.*103. *nu.*11. vbi, quod verisimiles ptiones inducunt pro probato plene illud, quod est verisimile allegat Socin. *cons.*149. *nu.*8. *li.*1. † Extende; quia id, quod est verisimile, debet haberi pro probato. Bald. *cons.*180. *Mortuo, lib.*5. *cons.*13. *Cum quæstio, in fine.* Aretin. *cons.*9. *col.*2. † Amplia; quia in tutis, & contractibus, & aliis dispositionibus valet argumentū à verisimili, puta si statuens fuisset interrogatus, verisimiliter respondisset; quia habetur pro statuto, *l. tale pactum. §. fin. ff. de reg.* Vide, *Argumentum valet ab eo, quod statuentes interrogati respondere Conclus.*494. † Amplia etiam in pactis; quia si sunt dubia, secundum verisimilitudinem interpretantur. Franc. Becci. *cons.*101. *num.* † Amplia; quia licet testes affirmantes super affirmativa præsentur negantibus; tamen hoc fallit, quando dictum eorum, qui deponunt super negativa, esset magis verisimile. Curt. *in tract. de testib. Concl.*26. *n.*55. †Extende; quia licet stetur potius dicto unius testis, quam non iurato, fallit, quando maior verisimilitudo occurrit pro dicto non iurato. Curt. Iun. *cons.*289. *numer.*25. & *seq.* Amplia † in calculis, & saldis; quia si verba sunt generalia, omnia venian-

veniunt in saldo quia hoc est magis verisimile propter verba, & quia nihil est reseruatum. Fulg. *cons.* 130. *Gaspar. Notarius, n.* 2. Vide, *Verba dubia contra proferentem sunt interpretanda, & quando secus. Cõcl.* 106. † Amplia; quia simulatio præsumitur ex verisimilibus coniecturis. Decia. *cons.* 62. *n.* 72. *& seq. lib.* 3. † Imo renunciatio non verisimilis præsumitur simulata, vel dolosa, aut per metum, vel ignorantiam facta. Decia. *cons.* 15. *n.* 34. *lib.* 1. † Extende in casu contrario; quia verisimilitudo multo magis excludit simulationem. Ceph. *cons.* 325. *n.* 25. *lib.* 3. † Amplia; quia inter personas prohibitas verisimile tollit præsumptam fraudem. Crau. *cons.* 40. *n.* 4. vbi, quod licet emptio mariti facta constante matrimonio nomine vxoris præsumatur fraudulẽta, secus si sit verisimilis. † Amplia; quia id, quod est verisimile, leuioribus probationib⁹ probatur; quod vero non est verisimile, clariores requirit probationes. Decian. *cons.* 15. *n.* 32. *li.* 1. *cum seq.* vide Decia. *cons.* 596. *Ad dubia col. pen.* † Amplia; quia sensus non cadens in mentem partium super contractu nõ attenditur, licet verba videantur hoc importare, Ruin. *cons.* 98. *in fi. vol.* 1. † Amplia; quia licet confessio sit maior probatio, quæ fieri possit; tamen si non est verisimilis, non est attendenda. Decian. *d. cons.* 15. *n.* 31. *& seq. li.* 1. † Amplia; quia vnum verisimile additum alteri inducit legis præsumptionem. Becc. *cons.* 101. *n.* 46. *& cons.* 103. Rui. Soci. *cons.* 149. *n.* 8. *lib.* 1. Rui. Iun. *cons.* 216. *n.* 34. *& seq. lib.* 2. † Exemplo; quia verisimiliora sunt, quæ iuri cõmuni conformia sunt, Fran. Becc. *d. cons.* 101. *n.* 47. † Et qui habet verisimilitudinem pro se dicitur habere casum legis, Rim. Iun. *cons.* 362. *n.* 18 † Amplia in probationibus; quia multum attendẽda est verisimilitudo. Rim. Iun. *cons.* 362. *n.* 19. † Et liber, qui non probat pro scribente, bene probat, si continet verisimilia. Bal. *in l.* 1. *col. fi.* & ibi Alex. *C. de eden.* Alex. *cons.* 54. *Circa id quod quæritur. col.* 2. *li.* 2. † Imo liber, qui probat cõtra scribentẽ, non probaret, si contineret non verisimilia. Bal. *in rubric. C. de cõstit. pecun. col.* 2. *in fi. & in rubr. C. de fid. instr. col. antepen. ver. interdũ dubitatur.* Fel. *in c.* 2. *n.* 29. *de fid. instru.* † Extende in testibus, & dictis testium; quia magis verisimile dictũ pualet. Vide, *Testes viles, &c. Concl.* 215. † Amplia; quia iudex multũ debet attendere verisimilitudinem. Rim. Iun. *cons.* 362. *n.* 19. & plenius *cõs.* 217. *n.* 4. *& seq. li.* 2. † Amplia generaliter in omni voluntate hominis; quia declaratur ex verisimili. *Pedemont. decis.* 170. *n.* 8. *& seq.* Vide, *Verba secundum verisimilitudinem sunt intelligenda. Cõcl.* 94. † Amplia; quia verisimitudo declarat actum dubium. Fulg. *cons.* 130. *Gaspar Notarius, n.* 2. Vide, *Obscuritas declaratur, & quomodo. Cõcl.* 56. † Et voluntates disponentium debent interpretari secundum magis verisimile. Alex. *cons.* 76. *col.* 1. *vol.* 4. *n.* 4. *v. sed iis non obstantibus.* † Et venditio dubia an sit ad corpus, vel ad mensuram, declaratur ex verisimilitudine, considerato pretio verisimili. Corn. *cons.* 59. *n.* 4. *li.* 4. Vide, *Interpretatio rei dubiæ qualiter facienda. Concl.* 330. † Et fideiussio extenditur, & restringitur ex verisimili mente. Alex. *cons.* 34. *lib.* 2. *n.* 7. *& cons.* 134. *penul. col. lib.* 1. Vide, *Fideiussio pro principali sorte non cõprehendit accessoria, & augmentum pœnæ, &c. Concl.* 324. *ver. limita.* † Et datum simpliciter debet intelligi datum in causam verisimilem, & magis verisimilem; vnde datum pauperi, censetur pro anima, datum à muliere viro, pro dote, & alia similia, Masc. *Concl.* 474.

Datum aliquid alicui. † Et datio in solutum omnium bonorum, facta per patrem genero marito filiæ suæ, cui dotem in quantitate promiserat, non præsumitur, nisi contemplatione filiæ ex verisimili mente tradentis; ideo bona sunt restituenda filiæ, nõ autem æstimatio, seu quantitas dotis; quia non est verisimile, quod voluerit pater generum, & eius hæredes lucrari contra propriam filiam. Oldr. *cons.* 245. *n.* 5. *ver. ad cuius intelligentiam.* Vide, *Verisimile habetur pro vero in multis. Concl. prox. seq.* Vide supra, *Verba secundum verisimilitudinem sunt intelligenda. Concl.* 94. † Amplia; quia verisimilitudo operatur, quod credatur testi infami, & cui non crederetur. Vide, *Testes incogniti, & forenses &c. Concl.* 216. † Extende, etiam sine tortura; quia statur secundo dicto magis verisimili. Vide, *Testis, qui in primo examine dixit vnum, & in secundo examine dixit contrarium, probat vt in primo, & quando secus. Concl.* 237.

Verisimile habetur pro vero in multis. Concl. 162.

1 LIBER † Ecclesiæ cõtinens multas partitas, ex verisimili probatur continere veritatem, si pro parte sit iustificatio partitarũ.
2 Crau. *cons.* 158. *n.* 6. † Idem in libro dati, & recepti, vel expensi; quia si pars verificatur, in totum liber iustificatur per præsumptionem verisimilem. Castr. *cõs.* 301. *Ad bene examinandũ. col.* 1. *in fi. lib.* 1. quem
3 sequitur Crau. *d. cons.* 158. *n.* 6. † Idem in confessione dotis; quia verificatur vera solutio, si in parte verificatur. Soci. *cons.* 82. *col.* 2. *in pr.*
4 *lib.* 3. *decis. Perus.* 66. *n.* 24. quę alios citat. † Et vnum verisimile additum alteri plenam facit probationem. Dec. *cõs.* 596. Marc. *sing.* 396. Crau. *cons.* 258. *n.* 19. vbi loqtur de vno verisimili applicato plurib⁹ verisimilibus; quia faciunt plenam probationem. † Contrarium; quia confessio dotis receptæ in quantitate centum, si postea reperitur solutio de summa quinquaginta, p̃ residuo remanet nulla, & suspecta. Deci. *cons.* 421. *n.* 14. sequitur Vrsil. *ad decis. Affl.* 402. *in fi.* † Verisimile non est, quod testis dicat ignorare illud, quod ipse dixit esse verum, & de eo esse publicam vocem, & famam. Alex. 5 6
cons. 155. *Alias consultus, n.* 6. *in fi. ver. quod autem deponat, lib.* 5.

Veritas, quid sit, & quid operetur. Concl. 163.

VERITAS † nil aliud est, nisi quod res ita sit, vt dicitur. Bal. *cons.* 54. *Casus breuis, in pr. n.* 2. *lib.* 1. † Et nil aliud est veritas, nisi res visu percepta, & p̃ memoriam retẽta; & ideo testis, qui dicit verum esse, quod Titius interfecit Mæuium, probat sine alia ratione, si non fuit interrogatus. Alex. *cons.* 117. *Viso ac ponderato, n.* 10. *ver. præterea lib.* 7. † Veritas est quid affirmatiuum; & ideo funditus prætermissum non potest esse verum. Bald. *cons.* 317. *Quando est vnum, in pr. lib.* 1. † Vel secundum Philosophum: Veritas est, quando res ita est in obiecto, vel in ipsa re, sicut percipitur intellectu; vel veritas est verum esse, & verum dici. Bald. *cons.* 352. *Materia feudorũ, in fi. lib.* 1. & hanc vltimam dicit apost. *ad Alex. cons.* 56. *in pr. ver. veritas, lib.* 4. & hæc secundum essentiam veritatis, vt dicit apost. *ad Alex. cons.* 56. *li.* 4. *in ver. veritas.* † Veritas nihil aliud est, nisi ipsa rerũ constantia. Bald. *cons.* 343. *Examinanda sunt, n.* 3. *ver. nam veritas, li.* 1. † Veritas semper in eodem statu permanet, secus in opinione, vel præsumptione. Bald. *cons.* 89. *Dominus Thomas, n.* 5. *ver. tertio præmittendũ, est lib.* 1. † Et est adæquatio rei ad intellectum. Alex. *cons.* 56. *n.* 1. *lib.* 4. vbi secundum Philosophum ita diffinit, & ibi apost. *in ver. veritas*, dicit, quod hęc accommodatur secundum notitiam, non secundum essentiam. † Lex est veritas; quia aliud non est veritas, quam lex, & cõstantia, quæ est basis iustitię. Crau. *cons.* 7. *n.* 27. vt in *Ps.* 118. *Iustitia tua, iustitia in æternũ, & lex tua veritas.* † Est res solidissima, & murus inexpugnabilis, & maxima est vis veritatis, quæ superat omnia. Affl. *decis.* 255. *nu.* 7. vbi, quod post Deum colenda est; quia Deus ipse veritas est. † Principium verborum Dei est veritas. *Ps.* 118. *Principium verborum tuorum veritas, in æternum omnia iudicia iustitiæ tuæ.* † Veritas est virtus, qua quis omni tempore, vel fraude sepposita, cum quadam specie libertatis, quod recte sentit, effatur, quæ sæpius examinata magis splendescit in lucem, secundum gl. *in c. cum Ioannes heremita, de fid. instr.* Alex. *cons.* 56. *in pr. lib.* 4. † Et est notitia certæ rei maxime per visum, & ille, cui cõmittitur de veritate, debet sequi legem fori, non legem poli. Bald. *in l. iustitia. ff. de iust. & iur.* Alex. *cõs.* 56. *In præsenti, in pr. lib.* 4. † Veritas est Deus, & Dominus noster IESVS CHRISTVS, vt in Euangelio Matth. *c.* 26. & Io. *c.* 14. *Ego sum via, veritas, & vita.* & ideo dicit Abb. *in c. & si Christus, col.* 2. *de tureur.* quod Christus interrogatus à Pilato, Quid esset veritas, non respondit, ne iactaret se ipsum. † Et ideo dicit tex. quod illi, qui pro pecunia dicũt falsum testimonium, dicuntur vendere Christum pro pretio, sicut fecit Iudas; quia vendunt veritatem. *in c. abiit. 11. q.* 3. plene Marant. *in prax. in 3. par. n.* 66. *& seq.* vbi idem dicit de iudice, qui vendit iustitiam, vel pro pecunia dat iniustam sententiam. 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14

Veritas quotuplex. Concl. 164.

TRIPLEX † est veritas secundum Innoc. quem refert Ang. *cons.* 222. *Casus est, in pr.* videlicet iustitiæ, vitæ, & disciplinæ, & *cons.* 391. *sub alius n.* 3. *ver. hinc descendit.* † Veritas iustitiæ, & vitæ non relinquitur propter scandalum, veritas autem disciplinę secus. Angel. *cons.* 222. *in pr. & cons.* 391. *n.* 3. † Contrarium dicit Alex. *cons.* 56. *In præsenti consultatione, in pr.* quod triplex est veritas, bonę vitæ, & ista nunquam est omittenda, etiam propter scandalum; secunda disciplinæ, quæ pertinet ad Prælatum; tertia iustitiæ, & istæ duæ omittuntur propter scãdalum, *lib.* 4. vbi apost. dicit, quod imo propter scandalum nulla veritas debeat omitti secundum Theologos. † Magnam vim esse veritatis, quę contra hominum ingenia, calliditatem, solertiam, contraq; fictas hominum insidias facile se per se defendat, inquit Cicer. *in orat. pro Cellio*: tantam enim semp potentiam veritas habuit, vt nullius machinis, aut cuiuscunque hominis ingenio, ac arte subuerti possit, & licet in causis nullum patronum aut defensorem obtineat; tamen per se ipsam defenditur, idem Cicer. *in Vatin.* Forte † vinum, fortior est Rex, sed & fortiores sunt mulieres, super omnia autem vincit veritas, inquit Salomon. 1 2 3 4 5

Veritas perquirenda, & attendenda. Concl. 165.

1 VERITAS † ne pereat, iura semper adiuuant. *ff. de probat. l. fin.* per quem tex. dicit Castr. *cons.* 143. *col.* 2. *in pr. lib.* 2. quod in iis, quæ solent fieri in occulto, leges minorem probationẽ, & qualis ha-
2 beri potest, requirunt, ne veritas pereat. † Iudex potest in omnib⁹ casibus, in quibus contra absentem valide procedit, etiam inducere probationes pro veritate ad fauorem absentis, in criminalibus. Bar. *in l.* 4. §. *hoc autẽ iudicium, post n.* 8. *ver. secundo casu. ff. de damn.* * *infect.* cuius opinionem communem * ibi dicit Rip. *n.* 74. *& seq.* & * communem * dicit Abb. *in c. bonæ, post n.* 6. *v. septimo supplet, de postu-* * *lat. prælat.* & magis communem * dicit Alex. *in l. filius familias. n.* 5. *ff. qui satisd. cog.* & indubitatum dicit Aret. *cons.* 146. *col.* 3. *in pr.* Plot. plene *in cons.* 52. *nu.* 13. vbi, quod contumacia rei suppleri debeat præ-
3 sentia Dei. Bart. plene *q.* 14. *Iudex maleficiorum, in ver. solutio.* † Extende; quia nedum potest iudex, sed imo tenetur perquirere veritatem, & testes examinare etiam publicatis attestationibus. Areti. *d. cons.* 146. *col.* 3. *in pr.* sequitur Marsi. *cons.* 39. *n.* 10. Bart. *in extrauag. ad reprimendum, in ver. receptionem.* Marsi. *in praxi* §. *secunda, n.* 15. *& seq.* v-
4 bi plurima pro veritate inquirenda, & attendenda. † Extende; quia etiam iudex potest absentem innocentem absoluere, maxime in capitalibus. Bart. in *d. extrauag. ad reprimendum, in ver. receptio-*
5 *nem*, allegat tex. in *l. properandum.* §. *sin autem ex gestis. C. de iudic.* † Extende; quia imo etiam si post sentẽtiam, & condemnationem cõstat iudici de innocẽtia rei condemnati, debet superſederi in execution e, & Principi rescribere. Bart. *d. extrauag. ad reprimendum, in ver. receptionem. & in q.* 14. *Iudex maleficiorum, in ver. solutio.* Ang. *cõs.*
6 309. † Contrarium tenet Clar. *in* §. *fi. q.* 61. *n.* 4. *ver. sed hæc quidem*, vbi reprobat duobus fundamentis: primo, quia contra contumacem non fit publicatio processus, sed fertur sententia diffinitiua: secundo, quia contumax habetur pro confesso; ideo nõ debet iudex aliquid pro eo assumere, alias erraret, & teneretur in syndica-
7 tu. † Declara igitur secundum eundem Clar. *d.* §. *fi. q.* 61. *n.* 4. *ver. sed hæc*, quia si delictum habet certum accusatorem, & non suppleat iudex, quando ad instãtiam solius partis potest procedere; si vero ex officio, etiam parte instante, potest ex officio probationes assumere, sed non post publicationem, nisi ex magna causa, & cessante suspicione subornationis, & hic est primus casus secundum
☞ Clar. *d.* §. *fi. q.* 61. *n.* 4. *ver. ego vt verum fateor.* Vide, *Testes regulariter non*
8 *examinantur super eisdem, &c. Concl.* 294. *& Concl. ibi seq.* † Secundus casus est, quia aut reus est præsens, & iudex pro eo non debet aliquid probare, licet sumendo probationes debeat veritatem indagare omni studio, & ita seruari de consuetudine dicit Clar. *d.* §.
9 *fi. q.* 61. *n.* 4. *ver. aut vero.* † Aut reus est absens, & habetur pro cõfesso, & non auditur vllo modo, sed condemnatur, & fatuus esset iudex, qui probationes assumeret pro contumace, & teneretur in syndicatu; quia erraret valde. Clar. *d.* §. *fi. q.* 61. *n.* 4. *ver. si vero reus est*
10 *absens.* † Declara tamen; quia si reus vellet ad sui defensionem examinare testes, quando est præsens, nõ super eisdem capitulis post publicationem, sed super nouis, admitti debet, & ita seruari atte-
☞ statur Clar. *d.* §. *fi. q.* 61. *n.* 4. *in fi.* Vide, *Iudex ex officio potest multa. Con-*
11 *clus.* 395. *& multis Conclusionibus.* † Amplia; quia iudex in ciuilibus tenetur tueri veritatem, etiã aduersus subtilitatem iuris, alias nõ esset minister iustitiæ. Castr. *cons.* 193. *In causa, & quæstione, in fi. lib.* 1. plenius *cons.* 381. *Iudex est, in pr. lib.* 1. vbi, quod iudex minister Dei est in terris, & debet facere iudicium suum cum veritate; quia Deus veritas est, & debet semper iuuare veritatem, & ad lucem perducere, & quando de bona fide, & veritate agitur, nimia subtili-
12 tas non attenditur. † Extende; quia quãdo iudex comprehendit veritatem, debet toto posse conari illam defendere, & iuuare. *l. fi. in fi. ff. de probatio.* Castr. *cons.* 302. *Ego Paulus, li.* 2. vbi in causa ciuili dat votum contra eum, qui negauerat omnia, & fuerat de mendacio, & periurio conuictus, licet de causa non liqueret; quia de calumnia constabat, & dicit, quod in eum transfertur onus probandi, & est votum; quia ita ferret sententiam, si iudex esset. † Et o-
13 mnem diligentiam debet adhibere iudex in causa ciuili, vt eruat veritatem. Alex. *cons.* 150. *In causa appellationis, lib.* 6. & iterum *consil.*
☞ 122. *Viso processu, in pr. li.* 2. Vide, *Mendax punitur multis modis pro men-*
dacio. Concl. 188. Vide, *Conclusionem proxime sequentem.*

Veritas attendenda est semper. Concl. 166.

1 VERITAS, † & æquitas semper attẽdi debet; quia ad hoc inuẽta sunt iura, vt verũ à falso, æquum ab iniquo discernatur, *l.*
2 *1. ff. de iust. & iur.* plura Ant. de But. *cons.* 27. *num.* 2. *ver. hæc sunt.* † Veritas attenditur in delictis, maxime cum vera, vel præsumpta delinquentis existimatione concurrens. Dyn. *cons. fi. in fin. ver. item in de-*
lictis, & plene sequitur Iul. Clar. *in praxi.* §. *fi. q.* 33. *n.* 1. *ver. item*, vbi, quod iudex ex officio tenetur inquirere veritatem de
innocentia rei, vbi de * communi. † Et regulare est, quando cumq; veritas habeatur, semper attendi, & præferre debet. *ff. de probatio.* Socin. *cons.* 112. *in pr. li.* 1. plenissime Marsil. *in praxi*
min. §. *secunda. n.* 15. *& multis seq.* vbi, q̃ si probatio probata non
debet semper, etiam ex processu inordinato. † Et nõ posset
criminalis condemnare reum in contumaciã pro delicto, si
constaret de innocẽtia. Clar. *d.* §. *fin. q.* 32. *n.* 10. † Et præ cunctis
bus veritas est peramãda, Cardin. Zabarell. *cons.* 27. Ortalan. *in*
sup omnia amari debet veritas, Alex. *cons.* 62. *in pr. lib.* 4. † Amplia;
quia licet instrumentũ contineat depositum factũ, si tamen ap-
paret per testes, q̃ deponens illud aliquã portauit, attenditur ver.
etiam contra instrumentum. Paris. *cons.* 54. *nu.* 80. *lib.* 1. † Amplia;
quia iudex, qui videt sententiã ad cuius executionem agitur, esse
nullam, potest ex officio repellere agentem. Fulg. *cons.* 150. *n.* 3. † Tres
quarto roborantur. Vide, *Iudex ex officio potest multa. Concl.* 395. † Et in
iudicando iudex debet semper habere veritatem p̃ oculis, & pro
viribus illis inhærere. Corn. *cons.* 278. *n.* 10. *lib.* 4. Calur. *cons.* 69. *a-*
lib. 2. *& cons.* 380. *Iudex est minister, lib.* 1. *c. iudicantem.* 30. 45. † Tres de
bet eam quantum potest adiuuare, & ad lucem perducere. Cor-
cons. 207. *col. fin.* 6. *iudicantis.* 31. *quæst.* 5. *d.* 2. *cum ibi not.* per Castr. *ibi-*
dem. C. de eden. sequitur Socin. *cons.* 102. *col.* 2. *ver. licet ante libr.* Corn.
cons. 33. *Visa copia. col.* 4. *lib.* 2. † Et sine veritate bona non potest ab-
tia ministrari. Bald. *in l. eos.* §. *si quid autem. C. de appellatio.* † Tenet
ad aliud positus non est, nisi vt veritatem tueatur. Castr.
in pr. lib. 2. vbi, quod toto conatu veritatem defendere debet. Si in
iudex debet omnibus modis laborare, vt veritatem quæ bo-
ueniat. glos. *in authen. de tabellio. in prin.* & illa reperta, debet o-
mnino sequi, *l. fin. C. si pig. pignor. datio.* Ias. *in l.* 2. *in vlt. not. C. de*
† Iudices enim debẽt esse amatores veritatis, iuxta text.
iudex. C. de sentent. Bald. *cons.* 104. *lib.* 2. † Et maxime inter mu-
res, & de negocio mercantili; quia simplicem veritatem
bet. Areti. *cons.* 9. *Eleganter, col. pen. ver. cum ergo præmissa. Vide, bo-*
torum causæ, & scripturæ habent multa priuilegia, & quando sese Con-
207. † Et potius veritas est amplectenda per iudicem, quam go-
rositas; quia plerunq; sub auctoritate stricti iuris pernicies erra-
tur. *l. si seruum.* §. *si sequitur. ff. de verb. oblig.* Alex. *cons.* 68. *vis. q. dubium*
discusso, col. 2. *ver. sed præmissis, lib.* 2. † Et præ oculis iudicantes semper
debent habere veritatem. Bald. *cons.* 177. *prope fin. lib.* 3. cum nimis
eile ad culpam deueniant, qui veritatem examinant, & idem re-
petit *cons.* 99. *in fin. li.* 2. † Ratio est; quia veritas est mater iustitiæ.
Bald. *in l. Libertini. ff. de stat. homin.* † Declara; quia iudex tenetur si
debet pquirere veritatem etiam in criminalibus, quando vtraq;
pars est præsens in iudicio; si vero reus est absens & cõtumax,
tenetur perquirere innocentiam eius, & pro veritate, imo pos-
puniri, & ab officio amoueri, si perquireret. Clar. in § *fin. q.* 44.
12. *ver. quæro etiam*, vbi, q̃ acculatore absente absoluere põt rei-
iure cõmuni. † Declara tamen, & restringe, dũmodo talis veri-
colligi possit ex actis, & scripturis coram eo exhibitis, alias si in
apparet, non debet curare veritatem non scriptam. Bald. per
text. *in l. fideiussores magistratuum. ff. de fideiuss.* Castr. *ibi*, & melius
121. *Visa quadam petitione porrecta, col.* 1. *in* 1. *par. in antiq. quod est mu-*
cons. † Et q̃ si cõstet de veritate iudici, & de innocentia accu-
ex actis, nõ obstãte cõtumacia, & q̃ cõtumax habeatur p confes-
iudex tamen debeat eum absoluere, Castr. *cons.* 56. *in pr. li.* 2. Lect.
inquit, si clare non constat de veritate. † Et iudex videns veritat
non tenetur sequi iuris rigorem. Castr. *cons.* 234. *in causa appellan-*
nis. col. 1. *vol.* 2. Et iudex dicitur minister Dei in terris, 23. *q.* 1. *cap. ni-*
is, & c. non solum, 23. *q.* 5. & propterea debet iudicium pterre, ve-
vultu ipsius Dei, qui est via, veritas, & vita, *cap. vt nostris, de appel-*
cap. 1. *in pr. vt clericis benefic.* Castr. *cons.* 381. *in prime. lib.* 1. † Et debet iu-
dex conformare iudicium suum cum veritate, *l. fin. in fin. de proc.*
l. illicitas §. *veritas. ff. de offic. præsid.* Castr. *cons.* 381. *Iudex est minister*
vol. 1. † Et veritas semper debet amplecti per iudicem. Castr. *cons.*
381. *lib.* 1. Alex. *cons.* 183. *col.* 3. *lib.* 6. Socin. *cons.* 102. *col.* 2. *lib.* 1. & *cons.*
52. *col.* 3. *lib.* 1. Alexan. *cons.* 68. *col.* 3. *lib.* 2. text. est *in cauſa cautionum*, 3.
5. † Declara tamen; quia in apprehendenda veritate iudex debet
attendere, q̃ est verisimile. Aretin. *cons.* 9. *Eleganter, col. fin. & vlt.*
127. *In causa Dominæ Antoniæ, col.* 2. & dicit Bald. *in l. scripturas. in*
C. de fid. instrum. q̃ inspici debet non id, quod est possibile, sed id
q̃ est verisimile, & adeo potens est verisimilitudo, quod proleg
habetur Oldr. *cons.* 13. *Cum quæstio, ad fi.* † Amplia; quia licet sententia
iniusta transeat in iudicatũ, & debeat exequi; tamen Princeps po-
test & debet, attẽta veritate, ordinare, q̃ videatur, an sit iusta. Fulg.
gos. *cons.* 195. *in fi.* Vide, *Sententia iniusta valet, & quandonã. Cons.* 195.
† Amplia; quia veritas semp debet attendi, vbi agitur de bono, &

æquo; tunc demum iudex attēdit, & tuetur veritatem, si de illa sibi constat, aliàs secundum acta, & probata. Castr. *cons.* 234. *In causa appellationis, in pr. li.* 2. † Amplia; quia potius est attēdenda substantia veritatis, quam falsa assertio; & ideo si habens domū ex vendito propriam, illam diuidat tanquam communem, & hæreditariam, sibi nō præiudicat probando veritatem. Anch. *cons.* 291. *Super plurib. n.* 4. *& seq.* vbi, quod falsa confessio nō nocet docto de veritate. † Amanda veritas super omnia. *d. cum ita legatū. ff. de condit. & demonstr.* Alex. *cons.* 62. *Serenissimus, in pr. li.* 4. quod est Franc. Crem. Placentini, vbi quod illā imitari debeamus. *l. 1. in fi. C. de lat. libert. tollen.* † Amplia; quia veritas præfertur præsumptioni. Rol. à Vall. *cons.* 99. *n.* 11. *lib.* 1. † Extende; quia veritas præfertur legum subtilitati. *l. in rebus. C. de iur. dot.* † Et nimia subtilitas subuertit veritatem, *l. si quis hæredem. in fi. C. de instit. & substit.* Dec. *cons.* 666. *Visa copia, circa fi.* † Et errorē comittit, qui sequitur rigorositatem iuris, vt omittat veritatē. Ale. *in l. si seruum. §. sequitur. ff. de verb. oblig.* † Amplia; qa veritas rerum erroribus gestarū non vitiatur, *l. 1. §. veritas. ff. de offic. Præfid.* Floria. *cons.* 15. *n.* 11. † Et ob veritatem retractātur in contrarium gesta. Floria. *d. cons.* 15. *n.* 12. † Et præualet veritas sermonibus testotum, *c. cum inter vos, de iud. in fi.* † Et omnia vincit veritas, Flor. *d. cons.* 15. *n.* 12. † Amplia; quia in actu iudicandi nil aliud quæritur, quam veritas, *l. illicitas. §. veritas. ff. de offic. proconf.* Flor. *d. cons.* 15. *n.* 10. vbi iudex habet largas habenas ad recuperandā veritatem, & ad reuocandum gesta contra eam. Flori. *d. cons.* 15. *n.* 12. *&* 13. vbi, quod debet conari, quantum potest. † Et comperta veritate, non potest iudex contra eam libera, & secura conscientia aliquid attentare, *l. abbatem sane, v. sed quid, de re iud.* Floria. *d. cons.* 15. *n.* 14. † Et in iudice debēt esse duo sales, scientię, & veritatis, & absq; sale veritatis diabolicum est aliquid attētare. Bal. *in l.* 2. *C. de sent.* Floria. *d. cōs.* 15. *n.* 15. *& seq.* † Et tam iudex primæ instantiæ, quàm iudex appellationis, comperta veritate, nō potest omittere, quin sententiam proferat *p* veritate. Floria. *d. cons.* 15. *n.* 19. † Et qualiter iudici dicatur cōstare de veritate, Floria. *d. cons.* 15. *n.* 16. *& seq.* vbi, quod p instrumētū item per duos testes, vel plures informatos, itē per duas semiplenas, *p* bationes tendentes ad idē; item per coniecturas, & aliis modis arbitrariis iudici. † Amplia, vt ēt veritas inducta à lege, protestes iudicata, quæ vere, & cū effectu pro veritate habetur, attendenda est, & præualet. Io. de An. *cons.* 6. *n.* 4. † Amplia; quia veritas, & equitas attēditur, maxime in causis mercatorū, & vbi agitur de negociis mercantilibus. Aret. *cons.* 9. *Eleganter, col. pen. v. cum ergo pram. ſſa.* Soci. *cons.* 107. *n.* 4. *lib.* 4. Vide, *Mercatorum causæ, & c. Cōcl.* 207. † Amplia; quia veritas probationib*ꝰ* non est restringēda. Inno. *in c. quoad consultationem. in fin. col.* 1. *de re iudic.* † Amplia; quia Principi conuenit omnino inhærere veritati, & illā attendere, *l. 1. C. de lat. libert. toll. l. cum ita legatum. ff. de condit. & demonstr.* † Extēde; quia bonus Princeps semper debet committere causam de iure, & sola facti veritate inspecta. Bal. *in c. 1. circa fi. de noua forma fidel. coll.* 10. Flor. à S. Petr. *d. cons.* 15. *n.* 7. *&* 8. † Imo Princeps ipse semp debet iudicare secundū veritatem, non obstāte, quod solemnitas iudiciorū nō sit seruata. Floria. *d. cons.* 15. *n.* 8. † Amplia; quia solent sapiētes in hęrere veritati, reiectis subtilitatibus, & cauillationib*ꝰ* quibuscunque; quoniā vbi de veritate cōstat, de bona fide agi oportet. Floria. *d. cons.* 15. *n.* 9. *in fi. ver. tum ēt.* † Attendi debet veritas facti in omnibus dispositionibus, quādo est vestita solemnitate, & priuilegio legali, alias secus. Bald. *d. cons.* 317. *in pr. lib.* 1. *& cons.* 283. *Dominus Raynutius, li.* 3. *in fi.* vbi, quod veritas nō condita sale sacrarum constitutionū non est attēdenda. † Extende in tantum veritatē non solemnem non attendi, vt licet quis fecerit testamentū corā minori numero testiū, & hæres ex alio testamēto sciat veritatē secūdi testamenti reuocatorii primi; tamē ex quo nō fuit solemne, pōt tuta conscientia possidere hæreditatem, quā scit testatorē alteri voluisse dare. Bal. *cōs.* 284. *Factum tale est. in pr. lib.* 3. † Extende; quia imo veritas etiā nō solemnis attendi debet, qn̄ agitur de bono, & æquo, vel coram arbitratore, & amicabili cōpositore. Ang. *cons.* 353. *Florentiæ ciuit. atis. per tot.* maxime *n.* 3. † Veritas attenditur, vbi de ea constat, contra verba; si vero non constat de veritate, attenduntur verba. Ang. *cons.* 222. *inpr. & cons.* 391. *n.* 3. vbi, quod veritas semper omnia vincit, & præcipue colenda, & intuenda est. Vide, *Mens, & ratio attendenda plusquam verba. Concl.* 199.

Veritas attendenda, maxime in spiritualibus, & foro animæ. Concl. 167.

1 VERITAS † attēditur in spiritualibus, & in foro cōsciētię. Vide, *Fictio non habet locum in spiritualibus, neque in multis casibus. Concl.* 2 222. Vide, *Opinio, & reputatio cōmunis multa operatur. Cōcl.* 157. † Amplia, quod professio emissa in manib*ꝰ* eius, qui non habet potestatē recipiendi professiōnē, vt quia est excommunicatus, vel suspensus, non obligat. Lap. *alleg.* 47. *In Dei nomine, n.* 5. *circa fin. ver. sed dicta professio, & n.* 10. & latius *alleg.* 87. *n.* 3. *ver. itē ex quo*, vbi allegat Innoc. & Host. *in c. porrectū, de regular.* vbi loquitur generaliter, qn̄ recipiens non habebat facultatem. † Declara, nisi fuerit *p* superiorē ratificata; quia valeret. Lap. *ead. alleg.* 87. *n.* 3. *ver. item ex quo, & alleg.* 47. *n.* 6. vbi applicat hanc declarationem etiam ad sequentes ampliationes. † Amplia; quia valet matrimonium contractum per eum, qui emisit *p*fessionem in religione non approbata, licet ipse crederet esse approbatā. Lap. *d. alleg.* 47. *n.* 6. *ver. vbi dicit, & alleg.* 87. *n.* 3. *ver. facit ad prædicta*, vbi vtroq; loco dicit idem de eo, qui fecit *p*fessionem in manibus barattatorum, qui non erant de illa regula. † Amplia; quia in foro animæ veritas attenditur, & non admittūtur fictiones, neq; præsumptiones. Feder. de Sen. *cons.* 21. *in pr. n.* 2. *ver. præterea lex. seu forū conscientiæ.* Vide, *Forus conscientiæ quid requirat, & quid reiiciat. Concl.* 447. † Amplia; quia veritas *p*fertur cōmuni opinioni, quando ante limitum negocium fuit declarata, secus è contra. Lap. *alleg.* 90. *n.* 15. *ver. quando enim.* † Amplia in casu notabili; quia is, qui dedit eleemosynā falsō quæstori, credens consequi indulgentiā, illā non consequitur, licet ille crederetur verus quęstor, late Oldr. *cons.* 76. *Quæritur de illo*, vbi *p* vtraq; parte multa allegat, & distinguit, veritatē attendi, licet ille, qui cōtulit eleemosynā, quoad Deum habeat meritū. † Amplia; quia in beneficialib*ꝰ* attēditur veritas, ne per fraudē, aut dolū quis obtineat dignitates Ecclesiasticas, Gem. *cōs.* 557. *n.* 2. *in fi. ver. vult ēt tex.* *q*ꝰ intelligit ad effectū cognitionis iudicialis. † Amplia; quia is, qui percutit eū, qui reputatur cōmuniter clericus, & tanq̄ talis indut*ꝰ* interuenit cum aliis, nō incidit in canonē, q̄uis ipse percutiens crediderit se percutere clericū, & crediderit se illaqueatū, si appareat ipsū reuera non esse clericū. Fed. de Sen. *cons.* 13. *Clericus percutiēs*, quia attenditur veritas, licet dicat istū debere puniri, ac si clericum percussisset, *p*pter contemptū, sed *q*ꝰ ipso iure non incidat pœnas à iure statutas, propter veritatem contrariā. † In contrarium facit; quia percutiens vere clericū, quē percutiens credidit *p*babiliter esse laicū, vt quia nō incedebat in habitu; non tamē incidit in canonem propter veritatē, vt per Lap. qui ponit alia exēpla. *allegat.* 90. *n.* 10. *ver. ad istam rationē.* † Distingue iudicio meo, quoniā nū- q̄ lex facit aliquē incurrere pœnā contra veritatē; quia lex nō se extēdit, vt ipso iure ligetur; quia deficit intentio, & dispositio legis, quæ solos clericos tutari voluit; itē propter veritatem occultā pariter nō facit incurrere; quia esset illaqueare animas; ratio est; quia sum*ꝰ* fauorabiliores ad absoluendū, quā ad condemnandū; qn̄ vero reperitur, *q*ꝰ quis incurrit pœnam, vel punitur, licet vere nō deliquerit, dicas, vel esse quoad Deū, penes quem attenditur animus, vel quoad mundū, quando veritas nondū est detecta, & sub hac distinctione credo cadere omnia exēpla. † Cōtraria alia, quæ allegat Lap. *d. alleg.* 90. *n.* 10. *& seq.* videlicet, quia bigamus iudicatur, qui vere nō est, *p*pter affectū, quem habet, seu *p*pter intentionē, sunt de specie vltima quoad Deū, vel quādo veritas nō est detecta, & idē de collatione beneficii ab eo, q nō erat, sed reputabatur Prælatus. † Alia, *q*ꝰ quis non cōmittit adulterium, licet vere cōmittat; quia credidit habere rem cū vxore, & habuit cū alia. 33. *q.* 2. *c. in lectū*, cadūt sub prima distinctione; quia, *p*pter veritatē occultā esset illaqueare animas. Vide, *Animus & intētio attenditur. Concl.* 334. Vide, *Intētio cōsideratur à Deo, & c. Cōcl.* 268. Restringe iudicio meo plures casus, ex quibus hæc materia satis controuersa erit clara. † Prim*ꝰ* casus est; quia quoad Deū, & circa sacramēta, & alia, q̄ conferūtur *p* salute animę, semp attēditur veritas, quia dans non fallitur, nec in sacramentis pōt esse error, & ideo si quis quantūcunq; in occulto deliquit, licet quoad opinionē esset sanctus, & ita appareret; tn̄ secundū veritatē iudicatur; & idem in sacramētis; quia quantūcunq; quis haberetur *p* sacerdote, si vere non esset, nunq̄ cōficeret sacramentū, neq; conferret gratiā; quia non pōt in eis subesse falsum, *c. 1. de sum. Trinit. in fi.* Fed. de Sen. *cōs.* 13. *col. fi. sub n.* 5. *ver. alias sequeretur.* † Declara hūc primū casū quoad Deū, vt veritas attēdatur, nō secundū corticē verborum in omnibus, sed secundū intentionē, & corda hominum; quia is, qui facit id, *q*ꝰ est licitum, & non peccatū, sed contra conscientiā; quia credit esse peccatū, punitur secundū veritatē non nudi facti, sed qualitatum, & circumstantiarū facti ab animo faciētis, *c. per tuas, de simō.* plura ponit Feder. *cōs.* 13. *in pr.* Oldr. *cons.* 76. *n.* 4. *ver. nō obstat, q*ꝰ *dicitur.* † Declara quoad sacramētorū confectionē, vt vno casu tā- tū possint cōfici ab eo, qui secundū veritatē nō haberet facultatē; q̄ tn̄ retinet *p*pter opinionē, vt in presbytero, vel Episcopo occulte excōmunicato, suspēso, vel ēt hæretico, qui licet apud Deū, & quoad se sit priuat*ꝰ* omni potestate; tn̄ donec sciatur, nō recedit ab eo potestas quoad recipiētes sacramēta bona fide; quia *p*pter intētionem fidelium *p*babilem; & quia funditus non caret pote-

state, recte & valide confert Sacramenta; secus si nunq̃ habuisset auctoritatem; quia intentio quæuis non facit, vt conferat, vel cõficiat. Ratio est; quia facilior est retentio, & quia ita demum recedit potestas, qñ publice est declaratus, & notus est, nõ ante, *c.1.de schismat.* Io. Andr. & alii *in c. nihil. de elect.* & tenet Lap. *alleg.* 90. *n.* 12.

17 † Bene verum est, q̃ fideles, qui bona fide reciperẽt sacramẽta, & alia ab eo, qui etiam funditus caret potestate, & à falso sacerdote, licet non recipiant gratiam sacramentalẽ; tamen merentur apud Deum, qui secundum intentionem facientis facit opus meritoriũ vel demeritorium, vt per Oldr. *cons.* 76. qui loquitur, vt supra, de eo qui contulit eleemosynam falso q̃stori, vt cõsequeretur indulgentiam; quia licet indulgentiam nullo modo cõsequatur; tamẽ

18 pro opere meritorio retributionem consequitur. † Secundus casus est circa iurisdictionalia spiritualium conferẽdorum, vel circa ligamen animarũ, & in iis attenditur potius cõmunis opinio, q̃ veritas occulta, tam quoad Deum, quam quoad homines, quãtum ad potestatẽ iurisdictionalem ligãdi, & soluendi, dummodo adsit spiritualis potestas clauium; exemplum; duo sunt parochiani, ambo sunt ordinati, & habẽt titulum Ecclesiæ ab eo, qui dare põt, videlicet coloratũ is, qui possidet, & communi opinione reputatur esse parochianus, potest excõmunicare, & animas ligare, & soluere, & quoad Deum, & homines, etiamsi postea contingat declarari, eum non fuisse canonice institutũ; quia quicquid fecit, anteq̃ veritas esset detecta, valet, & attẽditur; quia possessio attẽditur circa iurisdictionalia, *c.a. cõsultationibus, de iure patron.* ideo valet collatio, & institutio facta ab eo, qui est in possessione cum titulo, licet non sit verus titularis. Lap. *alleg.* 79. *n.* 6. *ver. ad secundum*, nam possessio cum bona fide facit veritatẽ in istis; donec veritas sit declarata. Lap. *alleg.* 90. *n.* 15. *ver. quãdo enim*, vbi, q̃ non retractãtur facta à possessore, licet appareat post factũ consummatum, q̃ non erat talis, q̃ declara iuncto *cons. Fed.* 13. *n.* 3. *in fi. ver. ctra*, qui vi-

19 detur velle contra, sed solue, vt ibi polui. † Huic casui possunt adscribi multa exempla spiritualia, & temporalia; quia valet electio, & præsentatio ad beneficium, facta à non habente ius, secundum veritatem, sed secundum possessionem, & cõmunem opinionem,

20 sic Lap. *alleg.* 79. *n.* 6. & *alleg.* 90. *n.* 8. *ver. venio ad secundũ.* † Iudex valide excõmunicat, licet sit appellatum ad Papã, si appellatio nõ est nota, *c. si duob. de appell.* & alia multa, quæ ponuntur *in l. Barbarius. ff.*

21 *de offic. prator.* † Tertius casus in pœnalib⁹, vt quis vigore certæ cõstitutionis incurrat excõmunicationem, vel peccatũ mortale, faciendo aliq̃ factum qualificatum, vt puta percutiendo clericum, vt in *c. si quis suadente diabolo*, 17. *q.* 4. & quoad homines attenditur veritas coniuncta cũ intentione gerentis factũ, ꝓhibitum ad hoc, vt incurratur pœna, & vnum sine alio non sufficit, quod sola veritas non sufficiat; patet; qa percutiens clericũ, quem ꝓbabiliter credidit laicum fore, non incidit in pœnã canonis, Lap. *alleg.* 90. *n.* 10. alleg. *c. si vero, de senten. excom.* simile de eo, qui contraxit vere adulterium; quia si credidit habere rem cum vxore, non incurrit pœ-

22 nam, *c. in lectũ*, 33. *q.* 2. & multa similia possent adduci. † Quod sola intentio non sufficiat, patet; quia percutiens indutum vestibus clericalibus, & qui reputabatur clericus cõmuni opinione, imo quem pro tali tenebat ipse percutiens; si tamen vere non erat clericus, non incurrit in canonem, licet debeat puniri ab homine acrius ꝓpter contemptum. Feder. de Sen. *cons.* 13. *Clericus percutiens,*

23 *per tot.* maxime *sub num.* 3. *ver. è contra*, vbi ponit diuersa exempla. † Declara tamen, vt quoad Deum intentio peccandi sufficiat, & incurrat peccatum ex sola intentione, licet non incurrat pœnam constitutionis, etiam spiritualem. Feder. de Sen. *d. cons.* 13. *n.* 4. *ver. &*

24 *primo non obstant.* † Quartus casus est, quando aliquid fieri taliter prohibetur, vt factum habeatur pro infecto; quia factum ipsum pro infecto redditum attenditur, etiam in spiritualibus, & sic sola intentio cũ facto reprobato plus attẽditur, q̃ veritas, *c. nuper, & c. fi. de big am.* vbi existens in sacris, qui de facto cõtrahit cum vidua, vere bigamus non est; quia matrimonium non valuit, & bigamia non potuit contrahi; & tamen vt bigamus vere punitur, licet vere bigamum non esse constet, & hoc propter affectum animi cũ

25 opere subsequuto, vt inquit tex. † In foro fori dicas, quod in iis, q̃ dependẽt à solo animo, opinio præfertur veritati: in iis vero, quæ dependent ab alio, q̃ ab animo, veritas ꝓfertur opinioni. Bart. *in l.* 2. *§. si sub conditione. ff. pro emptore.* Vide, *Opinio, & reputatio singularis.*

26 *Concl.* 158. † Extende; quia ex vehementi opinione eius, quod non põt apparere, substinetur trãsmissio, & aditio hæreditatis, quãdo veritas subsequuta est conformis cõi opinioni hæredis. Anchar. *cõs.* 354. *Quidã Antonius, n.* 5. vbi dicit Bald. exclamare de hac cõclu-

27 sione; quia põt seruire ad multa. † Limita, qñ cõmunis reputatio esset, q̃ iupior posset recipere professionem, vel si erat impeditus vere; quia excõmunicat⁹, hæretic⁹, vel simoniacus, hoc erat non tum; quia valet collatio sacramentorũ, & beneficiorũ, & omnium quæ sunt, vel cõpetunt ratione iurisdictionis. Lap. *alleg.* 90. *n.* nomine, *n.* 8. *ver. venio ad secũdum, & multis seq.* vbi multa exempla, maxime *n.* 12. † Concilia hanc contrarietatem, quod profitens in manibus barattatorum, vel in Religione non approbata, non valeat, etiam si profitens crediderit valere. Lap. *alleg.* 47. *n.* & 87. *n.* 3. & è contra, quod sacramenta collata ab hæretico occulto valeant, vt *alleg.* 90. *n.* 12. quia primum procedit, ex quo nunquam adfuit approbatio; secundũ, quia adfuit, & de recessu ante obitum ignotum est, & occultum; vnde non est mirũ; quia primo casu dicitus deficit potestas; hic vero per modũ priuationis occulti. Vide *Conclusionem prox. seq.* † Limita; quia veritas non attenditur in foro animæ, qñ non est solemnis; ideo testamentum reuocans primum solemne non nocet hæredi instituto in primo, quando reuocatio non fuit solemnis, neq; sufficiens, licet hæres sciat veritatem, quod hæres voluit alium hæredem facere. Bal. *cons.* 32. *pr. li.* 3. vbi, quod lex humana tuetur etiã in foro conscientiæ factum; quia vbi agitur de delicto, vel pœna, & contradicunt iuris veritas, & opinio faciẽtis actum, semper præfertur veritas, vel opinio quæ excludit delictum, Alex. *cons.* 129. *Pulchre. n.* 7. *ver. item ar. tas, lib.* 4. vbi pleniſſime declarat. † Restringit duobus casibus quos mus est, quando concurrunt veritas, & opinio ad delictum, casu *l. si quis seruo. C. de furt.* Alex. *d. cons.* 129. *n.* 7. *lib.* 4. † Dantes men, quando se habent, vt excedentia, & excessa. Alex. *d. cons.* *n.* 7. *lib.* 4. Vide, *Delictum non præsumitur, & c. Concl.* 165.

Veritas contra opinionem, & mentem attenditur in multis, & quando. Concl. 168.

VERITAS † attenditur in multis cõtra mentẽ gerentis, & quando mens, & intentio generalis gerendi actũ contra licet mens, & intentio specialis repugnet, si eiusdem loco veritas admittens actum, vt per exempla sequentia. † Secundo, si personæ liberæ, quæ mihi bona fide seruiebat ea mente, quia esset seruus, ipse mihi obligatur; quia mens generalis concurrit ad commodatum, mens errata, quia credo seruũ, impedit obligationem, si seruus esset, sed veritas coadiuuat contra mentem meam; quia reuera est liber, *l. si is, qui commodatum. §. fi. ff. commodati.* vbi gl. videtur requirere, vt procedat, si ille pro seruo habens se habebat se liberum, vt ibi dicit tex. nã plerumq; accidit, vt contra id, quod agitur, obligatio nascatur. † Amplia idem, si eam constituit procuratorem tanquam seruum; quia obligatur actione mandati, cum sit liber. *l. si procuratorem. §. si liber homo. ff. mandat.* † Amplia impuberibus proximis pubertati, qui si contrahunt matrimonium ea intentione contrahendo de præsenti, non de futuro, non valet; tamen extra mentem censentur sponsalia contrahere. *c. vnico. §. idem quoq; de despons. impuber. lib.* 6. † Amplia; quia forte consuetudine locali Parisiis, quod vxor habeat medietatem bonorũ viri, si maritus leget medietatem omnium bonorũ suorum vxori, ex causa consuetudinis non venient bona extra locum consuetudinis; quia licet testator habuerit mentem, quod venientes credens consuetudinem extendi, quæ non extenditur, ex mouetur ex falsa causa, principaliter non extenditur dispositio, quia veritas, & non opinio errata attenditur. Anch. *cons.* 163. *fi. & diligenter. in fine.* Vide *Conclusionem proximæ præcedentem.*

Veritas non apparens, quæ debet apparere, vitiat actum licet sit veritas occulta, & quando secus. Concl. 169.

VERITAS † rei nõ apparens, licet possit apparere, nõ tollit validitatem actus, qñ id, quod nõ apparet, fuit positũ sub conditione, quod deberet apparere; quia si conditio, & forma non impleta, actus redditur nullus. Bal. *cõs.* 402. *Colligamus statutũ v. sed & aliud, lib.* 1. vbi, quod nõ sufficit veritas sine ꝓbatione casu. † Amplia; quia iudex delegat⁹, si ferat sententiã, ante q̃ ræ suæ delegationis sint firmatæ citata parte, ex quo ante non tur apparere de iurisdictione, licet possit apparere; tamen sententia est nulla. Bal. *cõs.* 361. *Quia iudicialiter, li.* 3. † Amplia in citatione & relatione ad sententiã; qa licet reuera is, cõtra quẽ fuit lata sententia, tempore sententiæ esset citatus; quia tamen nõ apparet tẽpore sententiæ, sententia est nulla; quia nisi constet iudici de contumacia citati, non põt sententiare. Bal. *cons.* 361. *circa fi. ver. primo iudici non constitit, lib.* 3. Vide, *Relatio nũcii, vt valeat, qua requirat. Cõs.* 122. *cum duabus sequentibus.* † Amplia; quia ea, quæ sunt de substantia actus, & sup quibus actus fundatur, semper debent constare ex actis, & sup quibus actus fundatur, semper debent constare ex actis, velut in primo decreto, quod interponitur soli propter contumaciam, & contra contumacem; quia si contumacia non est probata

bata ex actis ipsi iudici tẽpore primi decreti, ipsum primũ decretum est nullũ, nec sufficit, quod veritas esset talis, quando nõ apparebat. Bal. *cons.*259. *Viso dicto puncto, in pr. ver. tertium principale, lib.*3. Vide, *Missio in possessionem ex primo decreto, vt valeat, quæ requirantur. Concl.*283. †Extende in decreto adiudicationis rei minoris pro legato soluẽdo; quia si non cõstitit de legato ante adiudicationẽ, licet sit verum, erit nulla adiudicatio. Rom. *cons.*321. *n.*3. † Amplia; quia veritas nõ apparens nõ est curanda. Bal. & ibi Castr. *in l. fideiussores magistratuũ. ff. de fideiuss.* † Contrarium tenet Rota Rom. *in antiq. decis.*19. *tit. de procurat.* alias 248. vbi, ꝙ valeat excõmunicatio lata ad instantiã procuratoris; ꝙ licet esset procurator, non tamen cõstabat de suo mandato, & quæ ibi latissime cumulaui. † Limita; quia licet secundũ decretum sit nullum interpositum contra Titium heredem, si non cõstabat ex actis, quod esset heres, tanquã fundatum ex falsa causa; tamen quando non fuit allegatũ, neque negatum, quod esset heres, si veritas posset ostendi, ꝙ sit hæres, tunc actus, & secundum decretũ valet. Bal. *cons.*259. *post med. ver. & dicendũ est, lib.*3. † Limita; quia si quis excõmunicatur ad instantiã procuratoris Titii, de cuius mandato nõ appareat, valet excommunicatio, si reuera erat procurator, & postea potest apparere. Rota *in antiq. decis.*19. *de procur.* alias 242. vbi multas extensiones, & restrictiones reportaui. †Limita in delatione, vel trãslatione, aut petitione hæreditatis; quia ex vehementi opinione defertur, trãsmittitur, & adiri potest, qñ veritas concurrit cum opinione, licet nõ appareat. Anch. *cons.*354. *Quidam Ant. n.*5. vbi dicit posse seruire admulta. † Limita in exequutore, vel iudice, qui non potest sine collega procedere; quia si ꝓcedit sine eo, ignorans collegam impeditũ, qui reuera erat impeditus, detecta veritate impedimenti valebit actus, qñ credidit ita fuisse verũ. Feder. de Sen. *cons.*259. *circumuen. ver. item in dubio.* † Limita; quia vbi agitur, quod quis damnũ sentiat ex ignorantia actus gesti, quem si sciuisset, damnũ non pateretur, semper attenditur veritas, nõ autem ignorantia. Alex. *cõs.*36. *Viso themate, in fin. lib.*4. vbi, quod is, qui tenetur soluere gabellã infra mẽsem a die adiudicationis sub pœna nullitatis, vel alia pœna, si non soluit, & velit allegare excusationem; quia fuit appellatũ adiudicatione, non potest sibi replicari, nõ releuat appellatio; quia ignorabat esse appellatum; quia attenditur veritas.

Veritatis defensio facilis, impugnatio veritatis laboriosa Concl. 170.

1 VERITATIS † indagatio non laboriosa, quãdo pro veritate qui stat, sed pro impugnatione veritatis cum labore, & languore
2 trahũtur argumẽta. Fed. de Sen. *cons.*254. *in pr.* †Et quanto magis agitatur, tanto magis inualescit, & splẽdet. Specul. *tit. de aduocat. §.*3.
3 *ver. porro, & ita etiam* Franc. Curt. Iun. *cons.*116. *in princ.* †Et veritas in paucis consistit secundum Philosophum, vt per Curt. Iun. *cons.*
4 298. *n.*7. *& cons.*329. *n.*4. †Et veritas est finis omnis scientiæ. Arist. *1. metaphys. l. apud Iulianum, ff. de fideicom. libert.*

Veronæ ciuitas, eius statuta, consuetudines, & priuilegia. Concluſ. 171.

1 DOMINVS † Veronæ erat dominus Canis tempore Feder. de Sen. vt ipse dicit *in suo cons.*201. *in fi.* & de isto D. Grancane, ꝙ
2 esset Dominus, & Vicarius Imperii, Cuman. *cons.*158. *in pr.* † Tempore Baldi erat Dominus Vicentiæ & Veronæ Cõsignorius della Scala. Bald. *cons.*401. *Ad euidentiam dicendorũ. in pr. lib.*1. ꝙ duplicatur *lib.*3. *cons.*9. Et de isto Consignorio meminit Cuman. *cons.*187. *in pr.* vbi, ꝙ eius filii habuerunt dissensionem inter se ob inuidiam, & fuerũt eiecti à Duce Mediolani, & Fulg. *cons.*1. dicit, quod Comes Papiæ fuit Domin⁹ Veronæ, & donauit feudum Facino Cani, &
3 credo, ꝙ iste sit vn⁹ ex filiis Consignorii. † Postea tẽpore Castr. in ea successit Dux Mediolani, Castr. *cons.*44. *col.*2. *in fi. & cons.*80. *n.*2. *ver. ad tertium quæsitum, lib.*2. vbi, quod statuta Ducis Mediolani in
4 dicta ciuitate fuerũt facta sup compromisso inter affines. † Primo ciuitates Veronæ, & Vicentiæ fuerunt Antonii Bartholomæi de Scala, qui fuerũt Vicarii Imperiales, & cõcesserũt Iacobo de Verme Veronensi terras Sulsaneti, & Sanguinedi Veronẽsis diœceseos, quæ omnia cõfirmauit Vincisla⁹ Rom. Rex, vt *in cons.* Castr. 187. *li* 2. videlicet in casu, qui ꝓcedit, & ibi habetur, ꝙ Ioanes Galeaz. Vicarius generalis Imperialis Mediolani, & Parmæ, cõcessit
5 eide terrã, & villam Pupilli diœceseos Parmæ. † Etiã domini Veronæ fuerũt Mastin⁹, & Albert⁹ della Scala, vltimo loco Antoni⁹, qui fuit expulsus per Comitẽ Virtutũ, Ducẽ Mediolani. Bald. *cons.*135. *Articulus siue casus, li,*3. vbi, quod nõ habebant ius tollendi leges
6 & derogandi iuri cõmuni. † Studium habebat ciuitas Veronæ, in
7 quo legit Feder. de Sen. vt in *cons.*125. *Super eo, in pr.* † Fratres Sanctæ Mariæ ædificarunt in ciuitate Veronæ Ecclesiã prope fratres Minores, & inter eos vertebatur lis super dicta noua ædificatione, ꝓ
8 qua contra Minores cõsuluit Feder. de Sen. *d. cons.*201. *per tot.* † Abbatia S. Zenonis est Veronæ, cõtra quam consuluit Bald. *cons.*134. & 135. *lib.*3. super quodã spolio bonorum. † Episcopus Veronensis 9
habet ex cõsuetudine antiqua, cõfirmata per litteras Serenissimi Dominii; ꝙ pro omnibus inuestituris feudalib⁹ sibi soluatur laudemiũ ad rationẽ decẽ pro centenario, ẽt si de iure nihil esset soluendum, & consuetudo debet seruari, non obstante, quod aliqñ administratores minus exegerint, quando minor exactio non est ꝓscripta legitime, & per 40. annos, plene Alex. *cõs.*3. *Si vero sunt, lib.*5. vbi plene ꝓ vtraq; & ita cõcludit. † Gabella olei extrahendi ha- 10
bet statutũ, ꝙ pro singula brenta olei soluãtur pro gabella solidi 20. & si extrahatur de loco ad locũ interritorio sine licẽtia, pœna sit lib. 50. si vero extrahatur extra territoriũ sine licentia, pœna sit centum librarũ pro brenta, accidit, quod conductor datii in fine cõductionis soluit sibi pro extractione ꝓprii olei, & illud extraxit in tempore conductionis alterius, qui perit pœnã. Castr. *cons.*310. *Deportationibus. lib.*2. dicit, quod debeatur gabella, & pœna secũdo, nisi primus probet, ꝙ tẽpus extractionis erat durãte sua locatione, sed propter impedimenta nõ potuit extrahere, alias posset esse locus fraudibus, & primus supplantaret secundũ, quod esse nõ debet. † Veronæ ciuitas ex pacto pacis initæ inter Ducẽ Mediola- 11
ni, & Cõmune Venetiarũ obtinuit demoliri perpetuo castrũ Cõmunis Paduæ super flumine Astensi, & Turrim ab alio latere, ita ꝙ nauigatio sit libera, & nihil exigi possit. Bald. *cons.*202. *Ad euidẽtiã præmittendum. lib.*2. *in pr.* vbi, quod neq; possint Paduani pontẽ facere superdicto flumine, per quẽ nauigatio impediatur. † Sta- 12
tutũ habet, ꝙ detur possessio ꝓbãti per instrumentũ rẽ ad se pertinere nõ citato possessore, quod statutũ dicit nullũ Bal. *cons.*135. & quod non cõprehendat pupillos, *lib.*3. † Item quod de nullitate 13
sententiæ debeat dici intra decẽ dies, alias sententia sit valida, super quo cõsuluit Dyn. *cons.*2. *Visis. & diligenter, in fi.* vbi, quod sententia lata contra rem iudicatã valida sit, si intra decẽ dies nõ fuit dictũ de nullitate secundũ formã statuti. † Statutum est Veronæ, quod 14
ꝓmortua vxore maritus lucretur dimidiã dotis. Bald. *cõs.*79. *Casus talis est, Zeno, in pr.* vbi, quod tale lucrum non põt tolli per dotantẽ, & quod mulier legãdo marito censetur animo cõpensandi hoc lucrũ legare. † Item ꝙ banniti pro rebellione, homicidio, vel ro- 15
baria, aut alio delicto, cui⁹ pœna sit mors, possint impune interfici, de quo Bal. *cons.*401. *in pr. li.*1. vbi, ꝙ tale statutũ admittit impunitatem, quomodocunq; interficiantur, ẽt cũ pecunia, & duplicatur *cons.*9. *li.*3. † Item, quod nullus Doctor, qui nõ sit oriundus de 16
ciuitate, vel territorio Veronæ, admittatur in collegio iudicũ di. ctæ ciuitatis. Bal. *cons.*183. *Statuto ciuitatis Veronæ, li.*2. vbi, ꝙ est ambitiosum, & nõ cõprehendit, seu nõ excludit natos in locis territorii, quamuis separatis à iurisdictionie Veronæ, prout est Terra Riperiæ Veronę. † Statutũ est Veronę, quod in instrumẽtis appo- 17
natur propriũ nomẽ diei, & nomen Notarii, alias nõ valeat, ꝙ statutũ valet, & attendi debet. Dyn. *cons.*31. *In qu. supradicta,* vbi, quod instrumentũ contra formam statuti non valet. † Item quod possit 18
de nullitate, vel iniustitia laudi dici, nõ obstãte renunciatione de nõ dicẽdo de nullitate, vel iniustitia. Fulg. *cons.*180. *in fi.* † Itẽ, ꝙ Vi- 19
carius, & Cõsules mercatorum nõ habeat iurisdictionem aliquã vbi cõtractus esset vsurarius, quod statutũ inducit defectũ iurisdictionis. Bal. *cons.*275. *Præmitto statuto. lib.*5. vbi, quod ꝓcedit, ẽtsi post oppositã exceptionem vsurariã Episcopus remisisset causam ad iudicẽ competentẽ; quia si non pronunciauit, quod nõ sit cõtract⁹ vsurarius, adhuc nõ possunt cognoscere, & ideo gesta p eos sunt nulla; loquitur tamen, qñ contractus apparebat vsurarius ex sui facie. † Itẽ, quod fideiussor pro Cõmuni liberetur, si principa- 20
lis põt haberi in psona, vel est soluẽdo, super quo, & aliis statutis Sig. *cons.*85. *& per tot.* vbi, ꝙ si principalis captus est, fideiussor liberatur, neq; liberatio reuiuiscit. † Statutũ Veronæ excludes filias 21
fœminas stantib. masculis, est odio sum; ideo nõ haberi locũ, si extãt filii masculi spurii, vel naturales ẽt legitimati. Fulg. *cõs.*62. *State statuto, per tot.* † Quod in consiliis consultorũ attendantur statuta 22
Veronæ, & deficientib. statutis, iura Rom. est gl. Accursii ap. ꝓbata p Accurs. & si sunt glossæ cõtrariæ, sterur glossæ ap. ꝓbate p Dyn. quod statutũ intelligitur, qñ glossa examinãdo approbat; secus si perfunctorie loquitur, Fulg. *cons.*101. *per tot.* quod est octo Dd. & *cons.*201. vbi, quod opinio Dyni ꝓualet, etiam textui ciuili, quãdo sumus in iis, quæ respiciũt peccatũ, prout in vsuris; quia si discordat ius ciuile, prævalet Canonicũ eo casu, & sic statutũ intelligitur, & de hoc statuto Castr. *cons.*172. *Dubiũ facit. in pr. lib.*1. vbi, ꝙ opinio Dyni prævalet, quando loquitur in illo casu, secus si potest euitari, quod alio casu loquatur, & quod opinio Dyni prævaleat Veronæ ex communi opinione, Castr. *cons.*80. *in pr. ver. tenendo autem, lib.*2. † Quod aliqua persona non supposita Communi Vero- 23
næ non possit succedere, si non substinet onera in Cõmuni, Fulg.

*d.cons.*101.vbi in fine declarat non habere locum in ciue, qui non
24 substituit onera; quia fuit absens; quia sufficit habilitas ad sustinendum, quod est octo Doctorum. †Itē, quod victus victori pro condemnato habeatur in expēsis, etiamsi nihil sit dictum in sententia, quod statutum habet locum, nisi condemnatus habuerit iustā causam litigandi. Fulg. *cons.*139. *Præsuppositis duobus statutis, n.*3.
25 *ver. ad tertium de statuto.* †Et procedit conclusio supradicta, etiamsi iudex condemnasset victum in expensis in causa commissa consilio sapientis ex forma dicti statuti, quando in consilio nihil de expensis; quia iudex non potuit facere condemnationem expen-
26 sarum. Fulg. *d. cons.*139. *per tot.* †Item, quod instantia causæ appellationis duret per 60. dies, alias deseratur, super quo Fulg. *cons.*168. *Lata sententia.* vbi, quod non suspenditur per compromissum, an-
27 tequam sit acceptatum per arbitrum, de iure communi. †Item, quod vbi deficit statutum, recurratur ad ius commune, Fulgo. *d.*
28 *cons.*168. *in fine.* † Statutum crimina de est, quod bannitii in contumaciam non habeantur pro condemnatis, sed si deuenerint in fortiam iuris, & iustitiæ, debeat veritas de nouo inquiri. Cuma. *cons.*171. *Proponitur.*

Vesperæ, & hora vesperarū qualiter intelligatur. Concluſ.172.

1 VESPERÆ intelligunter † vsq; ad tenebras noctis; ideo iudex, qui potest iudicare vsque in vesperis, & sedere, iudicabit, & sedebit vsque ad tenebras noctis. Gemi *cons.*91. *n.*9. *ver. non obstat, si*
2 *dicatur.* † Limita in præfixione termini, & secundum proprietatem vocabuli, ac etiam secundum communem vsum loquendi; quia si vsque ad horam vesperarum aliquid conceditur, intelligitur de vesperis, quæ cantantur, vel pulsantur; ideo lapsa hora, in qua pulsantur, vel cantantur horæ, labitur terminus. Gemin. *dict. cons.*91. *n.*10. *ver. sed ad hoc respondetur.*

Vestigia pedum indicant quantitatem luporum. Concluſ.173.

1 VESTIGIA † pedum indicant nobis quantitatem luporum, & vulpium, Bald. *cons.*421. *Quæ dam. n.*11. *lib.*5. Rom. *cons.*451. *col. fi.*
2 *ver. at in quæstione.* † Et ex semita pedum cognoscitur, vnde transiuit latro, qui solliciti venatoris laqueum non euadit. Bald. *d. cons.* 421. *lib.*5. *in fi.* Rom. *d. cons.*451. *in fine.*

Vexationem indebitā pecunia redimere quilibet potest. Concl.174.

1 VEXATVS † indebite potest redimere se à tali vexatione aliquid soluendo, & datur repetitio sic solventi. Oldr. *cons.*280.
2 *per tot.* † Amplia, etiāsi esset occasione beneficii Ecclesiastici; quia licet recipiens committat simoniam; tamen secus est in eo, qui dat. Oldr. *d. cons.*280.

Vexillum, seu stendardum, vel Banderiam qui extendere possint, vel non. Concl.175.

1 VASALLVS † non potest extendere vexillum, seu banderiam in loco feudi in signum denotandi franchitiam. Capic. *decis.*27. *in fi.* vbi, quod ita fuit decisum.

Via publica qualis esse debeat, & quod præsumatur publica. Concl.176.

1 VIA † publica ex lege 12. tabularum debet esse latitudinis octo
5 non Vicarii perpetui. † Perpetuos autem non possunt rectores deputare, quin sint amouibiles; quia saperet collationem, quę est iurisdictionis Episcopalis; ideo ad Episcopum spectat dare perpetuos. Ant. de Butr. *d. cons.* 3. *n.* 6. *vsque in fi. & cons.* 51. vbi late ita declarat.

Vicecancellarius Papæ quam auctoritatem habeat. Concl. 198.

1 VICECANCELLARIVS † Papæ secundum regulas Cancellariæ potest signare gratias, *si neutri*, vsque ad valorem centum ducatorum, non vltra, & licet alia regula simpliciter loquatur; tamen debet restringi ad centum ducatos; quia quãdo vna lex per modum regulæ disponit. illa dispositio censetur repetita in aliis legibus simpliciter loquentibus. Rom. *cons.* 379. *Circa primam, in fine, num.* 13. & 14.

Vicentina ciuitas, statuta, consuetudines, & priuilegia. Concl. 199.

CIVITAS † Vicentina alias fuit subiecta Dominis della Scala 1
dominantibus ciuitati Veronæ. Bald. *cõs.* 401. *in pr. lib.* 1. & duplicatur *lib.* 3. *cons.* 9. & idem dicit Cuma. *cons.* 158. *Visis instrumento. in pr.* vbi, & Grancanis de Scala Vicarius Imperialis fuit Dominus.
† Guerram habuit de anno 1386. vt per Anch. *cons.* 312. *Prout patet,* 2
in pr. † Episcopus Vicentinus habet titulũ; quia est Dux, Comes, 3
& Marchio. Castr. *cons.* 279. *Visa petitione, lib.* 2. vbi in facto præcedenti, incip. *Coram vobis*, hoc exprimitur, & habet multa feuda concessa, vt in dicto consilio, & alibi sæpe. † Hospitale fuit dota- 4
tum, & mandatũ gubernari, & prouideri de omnibus necessariis per quendã nobilẽ, qui multa legauit bona, super quo facto Cast. *cons.* 437. *Super dictis quæsitis, lib.* 2. † Statutum habet ciuitas Vicen- 5
tiæ, & banniti pro rebellione, vel homicidio, vel alio delicto, vbi pœna sit mors, possit impune interfici. Bald. *d. cons.* 401. *Ad evidentiam dicendorum, per tot. lib.* 1. vbi, & non tollitur per aliud statutum, & faciens interfici per pecuniam aliquẽ vltimo supplicio puniatur; quia inuicem conciliantur, vt vltimum non loquatur de bãnito; quia quocunque modo potest interfici. Bald. *d. cons.* 401. & 402. *lib.* 1. & duplicatur *lib.* 3. *cons.* 9. † Itẽ, & de stupro nullus possit 6
accusari, vel inquiri post annum, nisi esset occultum, intelligi debet, si esset occultum à principio, & postea innotuit, & annus curraa die, quo innotuit. Castr. *cons.* 183. *Videtur, quod ista accusatio. lib.* 2. † Item statutum est Vicentiæ, & nullus credatur bannitus, nisi 7
in libris Communis scriptus foret nomine, & cognomine, & cũ signo, & nomine tabellionis, & nullus credatur exemptus de bãno, nisi notificatus fuerit in libro foro bannitorum cum signo, & nomine Notarii. Bald. *d. cons.* 401. *in pr. lib.* 1. quod duplicatur *lib.* 3. *cons.* 9. † Itẽ statutum, quod quicunque fecerit aliquem interfi- 8
cere per pecuniam, vltimo supplicio puniatur. Bald. *d. cons.* 401. *in pr. lib.* 1. quod duplicatur *lib.* 3. *cons.* 9. vbi, quod non intelligitur, si bannitum quis faciat interfici; quia vnum statutũ distinguitur p aliud. † Statutum habet su, er datio vini cõtra vendentes ad mi- 9
nutum, & non comprehenduntur vendentes ad mastellum: item contra reuendentes, & non habet locum contra vendentem: itẽ contra extrahentem ex causa mercantiæ, & nõ habet locum cõtra eum, qui semel modicã quantitatẽ extrahit, & vendidit. Bald. plene super dicto statuto *cons.* 495. *Ex nullo cap. lib.* 1. vbi in casu præcedenti inseruntur statuta. † Et & super datio vini ad grossum 10
credatur datiario cum vno teste bonæ famæ. Ang. *cons.* 309. *Factũ est tale, Christophorus, per totum.* vbi, quod præsumitur bonæ famæ in dubio, & inter dubias probationes, & & non sufficit probatio malæ famæ, nisi probatio percutiat tempus examinis testis pro 11
accusatore. † Consuetudo tamen dicitur esse Vicentiæ, & si testis, qui deposuit pro datiario, de falsõ accusatur, & habetur pro confesso ex contumacia, secundum statutum non proceditur in causa accusationis, nisi aliter conster de veritate accusationis, q̃ consuetudinem attendendam dicit Ang. *cons.* 309. *col. fi. ver. verum post-*
quam. † Item super successionibus extat statutum, quod filia non 12
succedat cum filiis, sed detur pro modo facultatũ patris, super quo statuto Cuman. *cons.* 35. *Stante statuto*, vbi, quod legitima filii masculi est tertia, vel medietas eius, quod ab intestato est habiturus, ac si fœminæ non extarent deducta dote prius extota hæreditate vt æs alienum, & *cons.* 45. *Stante statuto*, vbi in fine videtur velle, & imo dos cõputetur in legitima. † Statutũ circa successio- 13
nẽ nõ extantibus descendentibus, sed ascendentibus per agnationem, & cognationem mater, & ex ea excluditur ab ascendentibus agnatis: item & ab agnatis vsq; ad tertiũ gradum secundũ ius Canonicum, sed mater debet habere tertiam eius, & ab intestato sibi deberetur. Castr. *cons.* 385. *De iure communi, lib.* 2. † Et si non 14
extant ascendentes, sed transuersales fœminæ, non succedant, stantibus agnatis vsq; ad tertium gradum secundum ius Canonicũ, sed fœminę habeant tertiam partem, scilicet detur tertia eius & ab intestato deberet habere. Castr. *d. cons.* 385. *per tot. lib.* 2. vbi, & stante matertera, & patruele, qui est intra tertium gradum iuris Canonici, ipse excludit materterã, quæ tamen debet habere tertiam totius hæreditatis de manu hæredis; quia de iure communi ipsa esset successura in totum, matertera est in tertio, patruelis est in quarto. † Fulg. vero. *cons.* 26. aliter dicit, & est tertia, ac si fœmi- 15
næ non extarent, sed bene diminuitur dos sororis, & si quid residuum est, accrescit masculo, licet non firmet. † Et hoc statutum 16
circa successionem masculorũ exclusis fœminis, & & dotari debeant in aliqua modica quantitate, ponit extensum Fulg. *cons.* 40. *Dominicus testator.* vbi, quod dos debet simpliciter dari, non autẽ

17 tempore nuptiarum; quia pure debetur. † Contrarium Castr. *cōs.* 225. *Pro euidentia, in pr. lib.* 2. vbi, quod imo cōditio non reiicitur, & in statuto Tarusino plenius *cons.* 222. *n.* 5. *ver. super tertio, lib.* 2. vbi, q
18 ista est verior, & reprobat Fulg. † Item statutum est in dicta ciuitate, q̄ possessio defuncti transeat in hæredem, quod operatur translationem sine apprehēsione. Cuma. *cons.* 49. *Domina Antonia,*
19 *circa med. ver. quæ possessio.* † Non tamen habet locum tale statutum in possessione cohærente iuri personali. Cuma. *cons.* 173. *Gaduanus,*
20 *in fi.* † Item statutum de compromissis faciendis inter litigantes coniunctos vsque ad quartum gradum inclusiue, super quo consuluit Cuma. *cons.* 50. *Stante statuto.* vbi, quod licet det certam formam; tamen partes possunt aliter concordare inter se non seruata forma etiam faciendo plura compromissa. † Fulg. *cons.* 108. *n.* 3.
21 & plenius *cons.* 152. vbi est insertum integrū statutū; dicit, q̄ est fauorabile, & extenditur ad naturales consanguineos, & vbi est ratio, ibi est statutum, videlicet vt charitas conseruetur inter con-
22 sanguineos. † Item statutum, q̄ creditor possit agere directo cōtra tertios possessores non facta discussione principalis debitoris, est Vicentiæ, super quo Cuman. *cons.* 54. *Leonardus Merzarius,* vbi, q̄ non propterea ex tali statuto prorogatur præscriptionis tempus, & ideo tertius possessor ex empto præscribit decem annis inter præsentes, cōtrariū super eodē statuto Fulg. *cons.* 214. *Titius obligauit,* vbi, q̄ inducitur condictio, quæ durat 30. annis. Bald. *cōs.* 329. *Statuto ciuitatis. lib.* 3. cōsuluit super eodem statuto, q̄ dicitur pro-
23 uidere duobus, q̄ non est necessaria excussio; † item quod tertius possessor patitur exequutionem, nisi ipse doceat debitorē habere alia bona, & debet intentari hoc remediū, alias tenuta data ex abrupto est reuocanda, vbi ponit effectum statuti, q̄ si debitor alienauit rem obligatā, creditor mittatur in possessionem via recta, nisi possessor doceat debitorē habere alia bona, quę suf-
24 ficiant. † Item statutum, q̄ creditor, qui non petierit suum creditum intra 15. annos, cadat à iure suo, super quo consuluit Cuman. *cons.* 67. *Statuto ciuitatis,* vbi, q̄ tale statutū tuetur debitorem non morosum, secus si esset morosus, vel creditor, prout hæres habu-
25 isset iustam ignorantiā non petendi. † Itē, q̄ apocha priuata mādetur exequutioni, sicut publicū instrumentum. Abb. *cons.* 64. *Venio ad primum, col.* 2. *ver. quinto videtur, lib.* 1. vbi, q̄ non valet cōpromissum super tali apocha, sed bene super dānis, & interesse ibi *col.*
26 4. *in fi. v. venio ad quintam lib.* 1. † Item, q̄ laudum exequi debeat, sicut instrumentū publicū, non obstāte recursu, reductione, appellatione, &c. q̄ statutū tanq̄ generale debet restringi secundū ius commune, vt non habeat locū, si nullitas potest incontinenti ꝓbari; quia cessat tunc calūnia, pro qua tollenda statutū emanauit,
27 ita Abb. *d. cons.* 64. *n.* 5. *v. venio ad secundum vsq; in fi. lib.* 1. † Itē, q̄ delinquens contumax possit puniri, & habeatur pro confesso, Angel. *cons.* 309. *n.* 5. *ver. descendo ad tertium,* vbi, q̄ non præiudicat talis cō-
28 fesso non citato. † Itē, q̄ magnates non habeant ius eligendi Decanos, nisi sint in possessione immemorabili. Cuman. *cons.* 77. *Ad*
29 *primū,* vbi, q̄ Tres sunt cōputātur inter magnates. † Itē, q̄ donationes excedentes 500. debeant insinuari intra annū, alias non præiudicent creditoribus, qui postea contraxerunt cū donante. Cuman. *cons.* 173. vbi de multiplici statuto circa donationes, vt prim⁹ pręferatur, & pluribus donans puniatur, & q̄ si duæ sunt donationes non insinuatæ, prima præfertur, quia non est nulla, sed nō præiudicat creditori ex contractu, & secundus donatarius non
30 est creditor ex contractu. † Itē, q̄ maritus lucretur medietatē dotis vxoris præmortuę sine filiis, siue habeat filios ex primo matrimonio, siue non, super quo Fulg. *cons.* 63. *Blasius quondam,* vbi ponit verba statuti, & dicit non habere locū, si ex secundo matrimonio reliquit filios, siue masculū, siue fœminā, & q̄ nō habet locū quoad legata primi mariti stantibus filiis ex primo matrimonio; item *cons.* 88. dicit nō habere locū ad effectū, vt mater possit ex alia me-
31 dietate legare marito. † Itē, q̄ mulier censetur dedisse omnia bona sua in dotem, & maritus lucretur fructus. Fulg. *cons.* 63. vbi ponit verba statuti, & dicit non comprehendere bona legata à primo marito stantibus filiis primi matrimonii; quia proprietas est filiorum primi matrimonii; item *cons.* 88. dicit hoc statutū habere locū, quod maritus lucretur omnia, sed quatenus mater instituat maritū in alia dimidia, filii primi matrimonii, quibus certū quid iure institutionis legauit, recuperant tertiā totius vti legitimam.
32 † Item, quod adulterium non possit accusari, nisi per personas in quarto gradu coniunctas, & non per inquisitionē; ideo huic statuto speciali non est derogatum per aliud generale, in quo disponitur, quod de omni maleficio possit per inquisitionē procedi, non obstantibus aliis quibuscunq; statutis; quia non derogatur primo speciali, in quo est maior ratio. Fulg. *cons.* 135. *In causa crimi-*
33 *nationis, ꝓ tot.* † Itē, q̄ Potestas Vicentiæ possit ꝓcedere per inquisitionē in omnibus delictis, quod intelligitur præcedentibus delictiis. Fulg. *cons.* 173. *In causa inquisitionis,* vbi, quod viles personæ faciunt inditium. Vide, *Inquisitio generalis, & specialis, quādo, & qualiter fiat. Concl.* 181. *& Concl. ibi seq.* † Item, q̄ testamentū secundum leat nō obstante primo, & si primū habeat clausulā derogatoriā, & in secundo non sit facta aliqua mentio de primo, & clausula derogatoria, quod statutum, cum tollat voluntatem testantium, non valet, vti iniquum, prout etiam Paduæ viget, vel debet restringi, vt procedat, quando vtrunque testamentum est factum in territorio, alias secus. Castr. *cons.* 443. *Videtur sine dubio, per tot.* 2. † Item, quod Notarius, cui facta est commissio generalis recuandi instrumenta defuncti, iuret releuare instrumenta secundum imbreuiaturam Notarii, & secundum formam contrahi cōsuetam, & vsitatam per Notarium defunctum, operatur, quod potest sine speciali commissione iudicis extendere clausulas contentas non citata parte secundum stylū Notarii defuncti. Castr. *cons.* 172. *per tot. lib.* 2. vbi in fine, quod tutius erit, quod fiat mentionem de extensionibus factis.

Vicinus quis dicatur. Concl. 200.

VICINI † dicuntur, quorū voces ad inuicem exaudiuntur. Bignor. Homo. *cons.* 32. *Qui dicantur, in pr.* allegat *l.* 1. *§.* 2. *ff.* Alex. *cons.* 22. *Consideratis, nu.* 5. *v. aliud ergo. lib.* 4. *& cons.* 63. *Intelligite in fi. lib.* 7. † Et vicini dicuntur, qui per vnum milliare Alex. *d. cons.* 22. *in pr. ver. sed si mensurario. lib.* 4. † Itē, qui habent dia vicina, dicuntur vicini, *l.* 2. *§. fi. ff. fi. regun.* Sig. *d. cons.* 32. qui habent ædes proximas etiam mediante via. Sign. qui habent ædes in conspectu, siue sint proximæ, siue non. Homod. *d. cons.* 32. † Item vicini sunt, qui habitant in eadem trata secundum vulgi opinionem, & ita intelligitur statu diolani loquēs de vicinis, vt teneātur compromittere. Sign. *d.* 32. *in fi.* † Vicinus vero locus, vel ciuitas vicina, & non remo citur, quæ est intra centum milliaria, vel secundum alios tra tarium iudici. Alex. *cons.* 57. *Ponderatis, n.* 6. *ver. locus autem* 6. *lib.* 5. † Mensuratio an debeat fieri per terram recto tramite per vias frequentatas, an per aerem recto tramite, Alex. *d. cons.* 22. *Consideratis, per tot. lib.* 4. vbi, quod ex diuersitate & mentis modo vno, vel alio fieri debet. Vide, *Mensura quatenus cienda, & quid operetur. Concl.* 203.

Vicinus præsumitur scire, & quando. Concl. 201.

VICINVS † præsumitur scire ea, de quibus est fama publica in loco vicino. † Amplia ēt ad effectū præsumendi dolum in ipso vicino ex tali scientia, si quid fecit prohibitum. Alex. *cons. vi. Visis iis quæ, n.* 3. *ver. fortius probant. lib.* 1. † Amplia; quia propter ultra præsumptam scientiam, & conuersationem vicini, testis ad probandam identitatē rei, confinia, & nota vicinis probat, si reddit scientiæ rationē; quia est vicinus, vel longo tempore versatus in loco. Alex. *cons.* 187. *n.* 13. *&* 14. *lib.* 2. † Declara; quia ratio ista in teste est sufficiens, *scio, quia Vicinus,* in iis, quæ sunt nota vicinis, prout fama in loco, quod quis sit diues, pauper, affinis, & similia, secus iis, quæ nō sunt de se nota vicinis, non est sufficiens ratio, & non probat. Alex. *cons.* 50. *In causa. & lite, nu.* 17. *ver. item interrogatus, lib.* plenius *cons.* 80. *Examinato processu. n.* 7. *ver. præterea illa natur. lib.* 2. apost. dat concor. † Declara; quia, quod dicitur, vicinum præsumi scire facta vicini, procedit in iis, quæ vicinum latere non præsunt, veluti quod mulier vicina sit honesta, vel meretrix, & in factis successiuis, quæ de facili sciri possunt, secus in momentaneis. Alex. *cons.* 71. *Videretur prima consideratione, n.* 6. *lib.* 1. † Et in iis, quæ communiter sunt nota vicinis, videlicet an quis diues, vel pauper, an honesta persona, bonæ conditionis, vel similia; secus in aliis; quia de aliis non est bona ratio in teste, *scio, quia vicinus* Alex. *cons.* 70. *Examinato. n.* 7. *ver. non obstat, lib.* 2. Vide, *Scientia quando præsumatur in vicino & qualiter. Concl.* 62. Vide, *Consanguineus præsumitur scire facta consanguinei. Conclus.* 371. Vide Anton. Gabr. *libr.* 1. *titul. de præsumptio. Conclus.* 6. *Consanguineus, vel vicinus præsumitur scire.*

Videri, & visum esse quomodo exponatur. Concl. 202.

VIDERE † nostrum, & intelligere, dupliciter exponitur; primo nobis aliquid videtur sic esse dubitatiue, secundo modo certitudinaliter, & sine dubitatione. gl. *in l. si quis e testamento. 3. fin. ff. acquir. hæred.* Bart. *cons.* 111. *Quæritur, nu.* 5. *ver. ad quod, lib.* 1. Vide, Dectio, *videtur,* quid importe. *Concl.* 394. Videre

Viduarum priuilegia in quibus consistant. Concl. 203.

VIDVÆ † & pupilli habent priuilegium iudicum, *l. vnica. C. quando Imper. inter pupill. & viduas.* Bald. *cons.5. in princ. quæritur, vtrum vidua, lib.1.* Et dicuntur miserabiles personæ, si non sunt diuites. Vide, *Miserabiles personæ quæ dicantur, & de priuilegiis earū. Concl.* 273. † Amplia; quia vidua honeste viuens retinet omnia priuilegia mariti defuncti, secus si non viuat honeste, vel si transeat ad secunda vota, *l. iis solis. C. de reuocand. donatio.* vbi Bartol. Bald. & cæteri. † Restringe in iis, quæ competunt marito ratione officii, non autem si ratione dignitatis. Salycet. in *l.2. C. de Episc. & Cleric.* † Restringe in iis, quæ sunt mere personalia, & extinguuntur cū persona, prout in vxore clerici; quia mortuo clerico non gaudet priuilegio clericatus sui mariti mortui, sed viuentis. Bald. Alber. & alii in *d.l.2. C. de Episc. & cleric.* † Restringe quoad affinitatem, & ea, quæ prohibentur contēplatione mariti; nam si vxor banniti debet stare extra ciuitatem, non habet locum mortuo marito bannito in vxore vidua. Bart. in *l. Titia Seio. §. vsuras. ff. de leg.2.* Bald. in *l. fin. C. de iniur.* † Restringe in testibus, qui non possunt testificari, p vxore sui fratris; quia mortuo fratre bene potest pro ipsa vidua testificari. Angel. in *l. cui eorum. §. affinitates ff. de postul.* † Restringe; quia bene gaudet priuilegiis mariti quantum ad forum, & concernentia personam suam, non tamen quantum ad concernentia patrimonium; quia hoc iure nō reperitur cautum. Castr. *cons. 330. Visis, & consideratis, n.3. lib.1.* Socin. *cons.81. Non est dubium*, quem allegat apostil. ad Castr. vbi supra. Vide, *Vxor sortitur domicilium, & forum mariti. Concl.387.* † Amplia; quia etiam Iudæa vidua retinet domicilium mariti, & ligatur statutis loci, prout si maritus viueret. Io. de Imol. *cons.1. n.12.* † Amplia; qa dicitur vidua imago præ defuncti mariti, in qua maritus viuere censetur. Rol. à Vall. *cons. 15. n.7. lib.3.* † Et in eodem statu permanet, & dicitur in eodem matrimonio permanere, *l. fin. C. de bon. m.* [illegible], vbi Bald. Barto. in *l. quotes. n.2. C. de priuil. scholar. lib.12.* Alexand. *cons.125. n.10. lib.7.* † Et in summa potitur eisdem priuilegiis, & coruscat eisdem radiis, quibus potiebatur, & splendebat viuente viro, *d.l. quotes. C. de priuil. scol. n.12. lib.12.* Tiraq. in *tract. cessante causa, limit.15.* Socin. Iun. *cons. 175. cum seq. lib.1.* Marsil. in *l. vnica, n.216. C. de rap. virg.* † Et dicitur esse in obsequio mariti, dum permanet in viduitate. Bal. in *l. duortio, n.5. ff. solut. matrim.* † Et adhuc dicitur vxor mariti defuncti; ideo si testator reliquit dotem ancillæ suæ, cum maritabitur, dummodo steterit cum vxore sua ad seruitia, si contraxit matrimonium, & sterit eum vxore, donec fuit vidua; debet habere legatum, etiam si recesserit ab vxore; cum primum transiuit ad secunda vota; quia illa verba secundum qualitatem vxoris, & secundum tempus verbi intelliguntur; quia non amplius est vxor defuncti, si desinit esse vidua; plene Alexan *cons.20. Viso processu, per tot. lib.2.* vbi allegat multa similia, & tollit contrarium, q̄ non fuit dictū cū Catharina vxore causa demonstrationis, q̄ talia verba iunguntur verbo exequutiuo, & ibi apostil. in *ver. exequutiuo*, dat concord. † Et hac de causa dicitur contristari anima mariti, si vxor eius vidua transit ad secundas nuptias. Alexand. *d. cons.20. n.7. lib.2.* † Amplia; quia viduæ debentur alimenta ab hæredibus mariti, vt per Malumbram in *l. fin. C. de bon. matern.* vbi, quod sicut debet alia marito cōstante matrimonio; ita mortuo marito, dū stat vidua, ita Cordub. in *l. si quis à liberis. §. si quis ex iis. n.142. cum seq. ff. de liber. agnosc.* allegat Castr. *cons.119. in antiq.* † Declara tamen Bald. in *l. fi. C. de bon. matern.* & ibi Salycet. quod procedat pro primo anno, & quando non habet, vnde aliunde possit ali. † Amplia; quia licet vxor vidua remaneat vxor quoad priuilegia; non tamen quoad odia; ideo si statutum disponit, quod vxores bannitorum expellantur, mortuo marito bannito cessat odium, & potest reuerti. Alex. *d. cons.20. n.5. ver. istud etiam fuit de mente, lib.2.* Vide Conclusionem proxime sequentem.

Vidua remanens in viduitate quæ priuilegia retineat, & quæ amittat. Concl. 204.

VIDVA, † quæ non transit ad secundas nuptias, videtur gaudere priuilegiis, & iuribus, quibus gaudebat viuente viro, *l. filii. §. vidua. ff. ad municipal.* † Et videtur esse in matrimonio quodam modo, donec durat viduitas, & ita iniuriantur cōsanguinei mariti defuncti ex stupro per eam, vel in eam commisso, sicut ex adulterio viuente marito. Alex. *cons.207. Ponderatis verbis, nu.3. ver. tertio quia, lib.6.* † Et licet nouerca nō sit vere mortuo marito quoad filios primi matrimonii mariti defuncti; tamen ficte potest dici talis. Alex. *d. cons.207. n.3. in fine, & n.4. ver. quinto quia lib.6.* † Et maxime, quando ex ipsa vidua extant filii ex marito defuncto, licet etiam hoc casu sint opiniones Doctorum, vt per Alex. pro affirmatiua *d. cons.207. n.3. ver. quarto per text.* & pro negatiua ibi *n.11. ver. non obstat etiam, quod quando. lib.6.* † Et vidua mulier, sicut etiam maritus seruans viduitatem dicitur decedere in primo, vel secūdo matrimonio, licet decedat iam mortuo altero, ita Alex. *cons.6. Attentis, in fi. n.8. lib.7.* vbi apost. dat plurimos conc. † Amplia; quia vxor vidua, si indiget, debet ali ab hæredibus mariti, Castr. *cons. 147. n.2. lib.2.* † Extende; quia vxor vidua dicitur durare in eodem matrimonio per fictionem. Castr. *d. cons.147. in pr. lib.2.* † Et gaudet omnibus priuilegiis primi matrimonii; quia dicitur de familia mariti, retinet domicilium, & gaudet priuilegio dignitatis. Rol. à Vall. *cons.86. n.6. & seq. lib.2.* † Restringe; quia licet cognatus, & sic frater mariti nō possit testificari pro cognata, videlicet vxore fratris sui; secus est, si frater est mortuus, licet ipsa adhuc sit vidua; quia affinitas est finita, præterquam quoad impediendum nouū matrimoniū. Alex. *d. cons.207. n.8. ver. tertio quia hoc lib.6.* † Restringe in dispositione loquente de vxore; quia intelligitur de vxore de præsenti, non autem de vxore, quæ fuit, licet sit adhuc vidua. Alex. *d. cons.207. n.9. ver. quinto pro hoc, li.6.* † Item in statuto de vxoribus rebellium expellendis non venit vxor vidua eius, qui mortuus est rebellis. Alex. *d. cons.207. n.10. ver. ad idem allego, lib.6.* † Idē; quia si affinis pro affine potest accusare, intelligitur, antequam sit dissoluta affinitas. Alex. *d. cons.207. n.14. ver. & quod non sit omnino, lib.6.* † Declarat Alex. *d. cons.207. n.10. ver. non obstat. lib.6.* quod iura, quę dicunt, viduam perdurare in primo matrimonio, intelliguntur quoad reliquias matrimonii, & quoad hoc, quod non transit ad secundum matrimonium. Vide Conclusionem proximæ præcedentem.

Vidua debet ali ex fructibus suæ dotis. Concl. 205.

VIDVA † debet habere alimenta ex fructibus suæ dotis simpliciter sine aliquo obsequio; quia soluta est à lege viri. Bal. *cons. 176. Cæcilia recessit, n.4. versic. in vidua autem, lib.1.* Vide plenius, *Dotis fructus quando debeantur, & quando alimenta. Concl.741.* Vide, *Vxor soluto matrimonio consequitur alimenta, & quando secus. Concluſ.398.*

Vigleuani statuta, consuetudines, & priuilegia. Concluſ.206.

STATVTVM † Vigleuani, quod nullus possit esse de consilio, nisi sit natus de sanguine Vigleuani, & habitauerit per decem annos, admittit tam natum ex patre, quam ex sola matre de Vigleuano; quia dicitur de sanguine loci, siue ex patre, siue matre oriunda de Vigleuano. Sign. *cons.196. Cum in terra.*

Villa quid sit. Concluſ.207.

VILLA † est locus consistens ex pluribus ædificiis, quæ nō circundantur muris, neque fossatis, & de iure communi nullam habent iurisdictionem, sed subsunt ciuitati. Bart. *in extrauag. qui sint rebelles, in ver. Lombardia nu.3. ver. villa*, vbi tamen dicit, quod in Francia villa etiam dicitur ciuitas secundum cōmunem vsum loquendi Franciæ. † Et ideo idem importat dicere vicus, quod villa. Bart. vbi supra in *d. extrauag. qui sint rebelles.* Vide, *Castrum, villa, ciuitas, & prouincia quid sint. Concl.115.*

Vincens vincentem te, multo magis vincit te, quando procedat, vel non. Concl.208.

REGVLA † est, *si vinco vincentem te, multo magis vinco te*, ita Castr. *cons.22. col. pen. in pr. inc. ver. eodem ergo modo, lib.2.* & Roman. *cons. 383. In proposito casu, lib.2. ver. secundo principaliter*, allegat *ca. auctoritate Martini, de concess. præb. in 6.* † Declara tamen hanc materiam Brocardicam per plures casus, vt per Soci. *cons.202. Circa secundam quæstionem, in princip. lib.2.* † Regula similis etiam datur, de qua in *c. fin. de transl. at. Episc.* iuncta glos. in *verb. ad parem*, quæ dicit, cui licet, quod est magis, licere debet, quod est minus, *c. cui licet, de reg. iur. in 6.* † Et hæc pariter restringitur, vt non habeat locum, si ratio, per quam mihi licet, quod plus est, non concurrat in eo, quod minus est, ita Roman. *consil.436. Quod indultum, in fin.* † Declara; quia vincens vincentem te, multo magis vincit te, procedit, quando ille, qui te vincit, & tu essetis eiusdem generis, rationis, & ordinis; quia tunc argumentum procedit, alias non. Oldr. *cons.198. Circa primum, colum.2. numer.6. vers. ad Brocardicum.* Bartol. vero in *l. Claudius, colum.2. num.2. ver. venio ad vltimam. ff. qui potio. in pign.* dicit, quod quādo victoria est per modum pugnæ, & in eodem casu, si

6 vinco vincentem te, multo magis vinco te.† Amplia, vt procedat argumentum, quando ego, qui vinco te, habeo causam a te; quia si vinco te, multo magis alium, quem tu vincis. Oldr. *d. cons.* 198.
7 *ver. ad Brocardicum.*† Amplia; quia iudex delegatus, qui vincit ordinarium iudicem in iurisdictione sibi delegata, potest compellere secularem ad dandum sibi brachium, sicut posset ordinarius propter regulam, si vinco vincentem te. Feder. de Sen. *cons.* 163. *n.*
8 2. *in fin. ver. non obstat, quod delegatus.*† Amplia, vt ꝓcedat in statutis circa successiones; quia si filius ex sorore masculus excludit auiã, etiam in casu omisso à statuto excludat omnes, qui ab auia excluduntur non extante auia, de qua loquitur statutum. Bal. *cons.* 258.
9 *Qui a ergo nulla. lib.* 2.† Contrarium tenet Ang. *cons.* 252. *Statuto Bononien.* quando ex diuerso iure vnus vincit alium; ideo attenditur modus vincendi secundum statutum, non autem secundum ius commune, dat exemplum, si agnatus excludat matrem, & nihil loquatur de sorore vterina, & extent agnatus, mater, & soror vterina, quæ excludit agnatum, agnatus matrẽ, mater vterinam, di-
10 cit, ꝙ attenditur statutum, & agnatus succedit.† Amplia; quia si collatio Titii præualet, & vincit collationem Seii, non potest Seius velle ex sua prouisione vincere tertium; quia si vinco vincentem te, &c. Ægid. Bellam. *cons.* 33. *nu.* 7. *ver. tertia conclusio, cum seq. &*
11 *n.* 9. *in fin. ver. quarta conclusio, per tot. & in fine.* † Extende; quia si G. vincit D. & T. vincit G. vincentẽ D. ergo etiam T. vincit D. victũ à G. & loquitur in pluribus prouisis. Ægid. *d. cons.* 33. *nu.* 34. *versic. quarto sic*, vbi ponit multa exempla perplexitatẽ inducentia, quæ videas, & hæc perplexitas esset, qñ G. vincit D. & D. vincit T. & T. vincit G. tunc attenditur mens concedentis deducto termi-
12 no inducente perplexitatem.† Amplia, vt procedat regula etiam per modum retentionis, & excipiendi. Nam si ego non dñs conuentus à domino super re, quã possideo, fui absolutus, & domin⁹ ratam habuit sententiã, non transtulit in me dominiũ, sed bene ius retinendi, & sicuti vinco excipiendo dominũ, ita multo magis non dominũ, si aliquis me molestaret; quia non refert, ꝙ ego non sim dominus, cum vincam ex iure excipiendi pro domino.
13 Castrens. *d. cons.* 22. *colum.* 3. *cum seq. ver. breuiter, lib.* 2.† Limita in diuerso casu; quia si vinco te ad taxillos, tu vincis alium ad brachia, non vincã ad taxillos, vel brachia illũ, quem tu vincis. Bartol. in *l.*
14 *Cornelius, col.* 2. *ff. qui potio. in pign. ver. venio ad vltimam.*† Limita, quãdo victoria non est per modum pugnæ, sed per accidẽs; vt si puer per accidens vincat fortem, ego vinco puerũ, non propter ea vincam fortem. Bartol. *d. l. Cornelius. ver. venio ad vltimam. ff. qui potio. in*
15 *pign.*† Limita in diuerso genere, diuersa ratione, & diuerso ordine; quia nunquam argumentum procedit. Oldrad. *duct. consil.*
16 198. *ver. ad brocardicum.* † Limita; quia non habet locum Brocardum, quando non est eadem ratio exclusionis in omnibus. Ang.
17 *cons.* 252. *per tot.*† Et ideo si idem ius, & eadem ratio, quæ est in eo, qui vincit vincentem te, non est pariter in vincente eum, quem tu vincis, regula non procedit, ita Roman. *cons.* 436. *Quod indultum, in fine, ver. secundo refragatur*, vbi apostill. fin. in *ver. non habere.*
☞ Vide, *Perplexitas quæ dicatur. Concl.* 314. Vide plenius, quando habeat locum hæc regula, vel non, Anton. Gabriel. *lib.* 4. *tit. de succeſſ. Concl.* 4. *in materia ſucceſſionis an habeat locum regula. ſi vinco vincentẽ te.*

Vinculi iniectio operatur multa, & quando non. Concluſ. 209.

1 STATVTVM † disponens, quod primogenitus succedat, habet locum, etiam si alii fiant clerici; quia ante clericatum statutum iniecit vinculum omnibus. Ioan. And. in *reg. ſine culpa, de regul. iur.*
2 *in* 6.† Limita, quando dispositio est conditionalis, & antequam euenerit conditio, superuenit clericatus, vel qualitas, quæ potest impedire; quia potest dici vinculum non esse iniectum ante cõ-
☞ ditionẽ. Io. de Imol. *cons.* 35. *n.* 7. *ver. item non obſtat, dum dicitur.* Vide, *Lex noua reſpicit futura, & non trahitur ad præterita, neque ad litigioſa pendentia, & quando ſecus. Concluſ.* 264. *& Concluſ. ibi ſeq.*

Vindicta quid sit, & in quibus licita, vel prohibita, & de pœna transuersalis vindictæ. Concl. 210.

1 VINDICTA † sumitur quandoq; in bonam partem, vt in *tit. de manumiſſ. vindicta*, quandoq; in malam partem, videlicet pro illicita vltione. C. *de Iudæis. l. nullus*, quandoq; est medium; quia fit mala gratia, & malo animo, sed tñ lege permittente. Bal. *cons.* 173.
2 *In ciuitate clerici, in princ. lib.* 3.† Proprie autem vindicta est reconstristatio offensoris, & est contraria offensæ; ideo proprie non cadit, nisi in solum offendentem, non in alium. Bald. *d. cons.* 173. *n.* 2.
3 *versic. est autem. lib.* 3.† Declara tñ; quia quandoq; de consuetudine reputatur vindicta offensio facta in personam cõsanguinei offensoris vsq; ad quartum gradum, prout Florentiæ, vbi ob de domo offensi sumunt arma, quasi offensa facta vni censeatur facta omnibus; sed tamen de iure communi est noua iniu-tem vindicta. Bald. *d. cons.* 173. *n.* 3. *versic. ſciendum eſt. lib.* 3. vbi, quando extenditur vsq; ad septimum gradum. † Vindicta potest ab eo solo, qui est offensus; quia sicuti non licet alium vindictam facere, nisi in offendentem; ita à paritate non debet alii vindictam, neq; in alios facere. Bald. *d. conſ.* 173. *n.* 3. *ver. ſciendum hic aduertendum, lib.* 3.† Contrarium tñ tenere Bart. in *l. ſi ſtipulatus. §. Chryſogonus in fin. ff. de verb. obligat.* refert Bal. *d. conſ.* 173. *n.* 3. vbi allegat opiniones aliorum, *lib.* 3. ꝙ omnes, quipossunt ciuiliter accusare de iniuria, possunt vendicare.† Qualis debeat esse vindicta permissa; dic cum moderamine, videl. cum eisdem armis, non debet excedi prima offensa, alias non esset vindicta, sed noua offensa. Bald. *d. conſ.* 173. *circa fin. ver. ſed ſi vindicta, lib.* 3. vbi, quod si est proditorie facta, vel cum armis venenatis, non est vindicta.† Vindicta in transuersales, & non culpabiles, maxime hominabilis dicitur; quia neq; bruta animalia similem vindictã fumunt. ita Vulpel. *tract. de treug. & pace, q.* 49.† Et extant Bullæ Pauli II. & Innocentii VIII. ex quibus acrius puniuntur facientes vindictã in transuersales, & efficiuntur rei criminis læsæ maiestatis, puniuntur dantes auxilium, consiliũ, vel fauorem, super quibus te Socin. *conſ.* 188. *Viſa bulla. per tot. lib.* 2. vbi, ꝙ licet bulla Pauli II. sit correcta per statutum Vrbis; non tamen dicitur correcta per la Innocentii VIII. licet sit relatiua ad bullam Pauli II. quia post statutum, dicitur renouare bullam Pauli correctam, *ſic. ex quibus videtur inferri*, vbi respondet ad obiecta, ꝙ si fiat correctio de termino ad quem, fiat etiam correctio ad terminum retentionis; quia procedit, quando terminus relatiuus non mutaret innouationem. Ho die in statuto nouo Vrbis *lib.* 2. de limitibus vindictam contra inuocuos. *cap.* 33. fit noua dispositio.

Vinea quid sit, & appellationẽ vineæ quid veniat. Concluſ. 211.

VINEA † dicitur terrenũ, in quo sunt vites plantatæ, nonne dicitur vinea, vbi non sunt vites, etiam si alias fuisset terrenum vineatum; quia si desinunt adesse vites, non potest dici vinea proprie. Bald. *conſ.* 410 *Verba dicunt, conceſſit, circa fin. ver. quarto debemus conſiderare. lib.* 1. *vſq; in fin.* vbi, quod mutata forma retinentur eius vocabulum. † Extende in casu contrario; quia locus, non vineatus, si reducatur ad vineam, appellatur vinea. Bald. *conſil.* 410. *in fin. lib.* 1.

Virtus singularis habet multa priuilegia. Concluſio 212.

STATVTVM † prohibens aliquid posse per officiales Communis donari Potestati (prout est Perusiæ) non habet locum ei Potestas est valde benemeritus, & virtute singularis. Bald. *conſ. Item prouiderunt, & conſ.* 54. *Statuto cauetur, lib.* 2. Videplenius, *Delinquentes puniri non poſſunt multi, & quando, & ex quibus excuſentur. Concluſ.* 188.

Vim vi repellere licet, & quomodo, & quando secus. Concl. 213.

VIS † potest repelli eadem via dhibita cũ moderamine inculpatæ tutelæ; & ideo dici consuevit, ense ensis, pede pes, cuspide cuspis, repellitur, & qui dicit, quæ nõ debet, audit, quæ non vult. Lap. *alleg.* 52. *in princ.* & est de iure naturali repulsio, quæ fit tutelam; quia cõpetit pueris, & brutis, qui sola natura reguntur. Bald. *conſ.* 312. *Factũ ſuper quo, in princ. lib.* 4. Vide, *Defenſio licita adhibita ſuis omnes, & quando ſecus. Concl.* 131.† Declara tamen; quia licet recedens inculpata tutelã non excuſetur in totũ, bene mitigatur pœna. Vide, *Prouocatio qualiter excuſet prouocatum, vel non. Concl.* 95.† Amplia; quia vis nedũ præsens, sed futura, potest verbis, & cõmoribus repelli sine pœna. Bal. *conſ.* 143. *Super queſtione. nu.* 2. *non contrarium autem. lib.* 2. Vide, *Mine, & verba iniuriosa, quando puniuntur vel non. Concluſ.* 236. † Amplia; quia etiam amicus amico fuit. gium defensionis potest impartiri. Bald. *d. conſ.* 142. *n.* 3. *verb. & ſic. mitto. lib.* 2. Vide, *Iniuria facta vni de Collegio potest Collegio aggraui iuria, & ita de familia, & aliis. Concl.* 136.† Extende; vt, procedat magis in filio naturali, qui post tueri possessionem patris natura-lis. Bald. *d. conſ.* 143. *n.* 3. *lib.* 2. *verſic. & præmitto.* † Amplia; quia ad vim comminatam repellendam, & pro custodia domus, *ſuæ fa-*
milia.

miliæ, & vxoris licitum est conuocare, & congregare amicos in domo. Castr. *cons.* 277. *In causa incarceratorum. lib.* 2. *per tot.* maxime *n.* 3. *& seq.* vbi, quod si veniat aggressor, p defensione, licita fuit defensio, & interficere aggressorem, ita quod non tenentur conuocans, neq; conuocati ad aliquid; quia operam rei licitæ dederunt, neq; interficiens potest puniri pœna ordinaria; quia non adest dolus. † Extende; quia etiam potest fieri conuocatio amicorum pro repellenda injuria, & vi pro defensione rei suæ, multo magis pro defensione personæ. Castr. *d. cons.* 277. *n.* 3 *lib.* 2. † Moderamen inculpatæ tutelæ est percutere percutientem quocunq; modo, qñ instat timor mortis; quia aduersarius instat, vt percutiat me; quia ego possum percutere aggressorem, & dicor facere ad defensionem Castr. *d. cons.* 277. *n.* 5. *ver. quantum vero, lib.* 2. † Extende, vt procedat, etiamsi ego fuerim primus ad percutiendum cum bastono illum, qui insultabat me; quia si & ipse me repercussit cum ronco, & instabat me repercutere, possum interficere, & non teneor de homicidio pœna ordinaria. Castr. *d. cons.* 277. *in fin. lib.* 2. † Restringe, quando percutiens me aufugiebat, & ego illum persequutus sum; quia tunc potius ad vindictam dicor facere, quam ad defensionem cum moderamine inculpatæ tutelæ. Castr. *d. cons.* 277. *col. fin. in pr. n.* 5. *lib.* 2. vbi, quod bene mitius punitur propter iustum dolorem, & non potest pœna ordinaria puniri. † Restringe, quando aggressus potuit aufugere, & non aufugit; quia non dicitur fecisse ad necessariam defensionem, nisi fuisset dedecus aufugere. Castr. *d. cons.* 277. *in fin. iuncta apostil. in ver. & percussus, lib.* 2. † Limita igitur; quia insultatus, seu prouocatus si potest fugere, & non fugit, sed interficit aggressorem, non dicitur fecisse ad sui defensionem, nisi alterum de duobus concurrat, vel quod persona aggressi sit bonæ conditionis, cui fuga inferret dedecus, vel nisi periculum in fuga esset, puta quod posset cadere, vt quia aggressor esset post terga. Angel. *de malef. in ver. & dictus Titius, n.* 23. Vide, *Insultus quid sit, & quis dicatur facere in sultum. Concl.* 263. † Contrarium, quod imo nullus aggressus teneatur aufugere, etiam si non esset ei dedecus; quia impune potest se defendendo interficere. Clar. in §. *homicidium, n.* 32. *ver. atque adeo*, vbi dicit *communem. Alex. *cons.* 109. *lib.* 1. Ondad. *cons.* 99. *n.* 12. vbi dicit veriorem. † Declara; quia aggressus non tenetur aufugere, si est bonæ opinionis secundum magis *communem, de qua Alexand. *cons.* 119. *Viso processu in quisitionis, lib.* 7. vbi loquitur, etiam si posset aufugere, in fine *n.* 15. † Declara; quia nullus tenetur fugere, quando aggressor est sibi ad terga vicinus; quia posset aufugiendo cadere, vel se exponere periculo. Alexand. *d. cons.* 119. *n.* 15. *lib.* 7. Corn. *cons.* 107. *Visa, n.* 5. *lib.* 1. † Extende maxime in eo, qui potest verberati ad correctionem; quia non potest resistere, neq; vulnerare, prout si pater insequitur filium, vt corripiat. Bartol. in *l. vt vim. ff. de iust. & iur. nu.* 4. Claud. de Seisel. *n.* 21. Curt. Iun. *nu.* 34. qua limitatio loquitur in aggresso ab inimico, non à patre, vel domino, & aliis habentibus ius verberandi ad correctionem, de quibus plene Bologn. *d. l. vt vim. n.* 51. & 52. *ff. de iust. & iur.* vbi enumerat omnes, qui habent correctionem, & declarat, quod eis non potest resisti, si modum non excedunt, sed si excedunt, efficiuntur extranei, & possunt offendi, & in fine *nu.* 52. dicit, quod filius positus in discrimine vitæ potest occidere patrē nimis sæuientem. † Restringe; quia quando is, qui percussit aggressorem robustiorem se, præsumitur ad defensionem; quia non tenebatur fugere. Alexand. *d. cons.* 119. *nu.* 16. *lib.* 7. vbi apost. in *ver. præsumi*, dat concord. † Limita; quia violentia illata à iudice nō potest repelli, nisi quatuor casibus, de quibus Socin. *reg.* 9. *Violentia fit.* Vide Conclusionem proxime sequentem. Vide, *Defensio licita aduersus omnes, & quando secus. Concl.* 131. † Limita quatuor modis, de quibus Socin. *reg.* 10. *Vim vi repellere licet*; primo, quando infertur à patre; secundo, quando infertur à iudice; tertio, quia ex interuallo non licet, sed incontinenti; quarto, quando excedit modus. † Limita; quia vim alteri factam mihi non licet repellere, nisi sit mihi coniunctus, vel socius, qui patitur vim. Vide eundem Socin. *reg.* 11. *Vim alieni facti repellere non licet alteri.*

Vis & violentia in quibus differant, & quotuplex. Concluſ. 214.

1 VIs † est impetus, & consequenter actus, qui in agente consideratur. Castr. *cons.* 27. *Visa inquisitione, in pr. lib.* 1. vbi, quod potest
2 applicari ad multa mala, prout effectus sequutus demonstrabit. † Violentia est ex duobus, videlicet ex actu agentis, qui est vis, & ex actu consummato, qui est in patiente, & dicitur à violo, violas. Castrens. *d. cons.* 27. *in princ. lib.* 1. vbi, quod requiritur actus agentis, &
3 patientis, vt personæ inferatur, non rei; quia est maleficium personale. † Triplex est violentia, quæ fit personæ; quia aut est ablatiua, aut expulsiua, aut cōpulsiua; ablatiua, quando per vim aliquid aufertur; expulsiua, quando per vim de possessione eiicitur; compulsiua, quando per metum quis cōpellitur, vel consentit. Castr. *d. cons.* 27. *in pr. ver. ad hoc ergo, lib.* 1. vbi, quod duæ primæ sunt præcisæ violentiæ; tertia est causatiua. † Alia est violentia, quæ non fit personæ, sed rebus, veluti si ostia frangantur, & ibi persona non est, & 4
ista proprie non est violentia, sed actus vi, seu violenter factus. Castrens. *d. cons.* 27. *in pr. ver. sic ergo concluditur, lib.* 1. Corne. *cons.* 207. *in fi. lib.* 2. † Declara, vt per Corne. *d. cons.* 207. *nu.* 18. *versic. venio nunc ad tertium, lib.* 2. vbi dicit, quod vis infertur, quando quis vel per vim 5
spoliatur, siue reperiatur, siue non, & quando non inuenitur, sed reuertens non admittitur, & qñ metu non reuertitur, vbi dat multa exempla, ex quibus vis infertur, etiam si persona non reperiatur præsens, & idem Corn. *cons.* 172. *n.* 4. *lib.* 3. vbi, an inferatur violentia per intrantem in possessionem absentis, & quod non, dicit Castrens. *cons.* 205. *col.* 2. *ver. & aduersarii fuerunt ingressi, lib.* 2. † Amplia; 6
quia violentia illata sumitur multis modis, vt supra, qñ per vim, vel metum, qui cadit in constantem virum, quis compellitur aliquid facere. Vide, *Metus quotuplex, & quando excuset, vel non. Concluſ.* 214. *cum multis Conclusionibus ibi seq.* † Extende; quia etiā blanditiæ, munera, & exhortationes inducunt violentiā, vt si extat statutū, 7
quod committens adulterium per vim puniatur certa pœna, habet locum statutum in eo, qui sollicitauit adulterium etiā suasionibus, & muneribus. Angel. *in auth de lenon. in fin. collat.* 3. sequitur Dec. *cons.* 169. *Viso themate, in pr. ver. nec obstat*, plenius Marsil. *singul.* 353. *Datio pecuniæ*, qui alios citat. † Contrarium tenet idem Marsil. 8
in l. 1. nu. 14. *C. de raptu virg.* & idem tenet Boss. *de raptu virg. n.* 15. vbi pro vtraque. † Declarat Boss. *d. tit. de raptu virg. in praxi, num.* 15. vbi, 9
quod est quidem aliqua vis etiam muneribus procurata, sed non atrox, & punibilis, nisi arbitrio. † Declara alio modo; quia in domino versus subditum, in patre in filium, in iudice in subiectū est 10
vere violentia; quia preces Principum sunt iussiones, & præcepta. Vide, *Preces maiorum præcepta in inferioribus dicuntur. Concl.* 484. Vide etiam, *Metus reuerentialis. Concl.* 219. † Statutum igitur puniens vio- 11
lentiam illatam, non habet locum in ea, quæ non est in personam; quia non est proprie violentia. Castrens. *d. cons.* 27. *per tot. lib.* 1. † Et idem in constitutione Fori Iulii de Sfortio; quia non habet lo- 12
cum, cum requirat violentiam, nisi sit in personam, & adsit dolus. Castr. *cons.* 205. *In causa, quæ vertitur, n.* 3. *ver. & constat, quod introitus, lib.* 2. † Pœna vis publicæ est deportationis, *Instit. de public. iudic.* §. 13
item lex, & est glos. in *l. qui dolo malo. ff. de vi public. in fin.*

Visitare quid sit, & importet. Concl. 215.

VIsitatio † significat ius, & quandoq; administrationem importat, Bald. *consil.* 158. *Proponitur, quod, in princ. lib.* 3. vbi, quod 1
qui habet ius administrandi, habet ius visitandi.

Visitatores quam iurisdictionem habeant, & quid possint. Concluſ. 216.

VIsitatores † regulariter informant conscientiā suam extraiudicialiter, & parte non audita, q̄ fieri non debet. Fed. de Sen. 1
cons. 55. *Per visitatores, in fin. ver. sæpe enim*, vbi, q̄ faciunt male. † Amplia; quia deputati in certo loco non possunt expedire visitationē 2
in alio loco, *c. statuimus. de offi. deleg. in* 6. Feder. *d. cons.* 55. *in pr. & cons.* 145. *in pr. ver. non obstant.* & latius *n.* 2. *in fin. ver. quinto*, vbi, quod bene extra locum possunt facere præparatoria visitationis, sed non substantialia. Vide, *Iudex delegatus nō potest multa extra delegationem. Concluſ.* 439. † Amplia, vt quantamcunq; iurisdictionem summariam habeant etiam sine figura iudicii; tamen debent audire partem, & 3
admittere legitimas defensiones, *clem. pastoralis in fi. de re iud.* Feder. *d. cons.* 55. *ver. præterea.* † Amplia, vt istud procedat etiā in visitatoribus religiosorū; quia debent audire partem, admittere legitimas 4
defensiones, & potest Monachus de facto spoliatus loco suo, in quo est professus, petere restitutionem. Feder. de Sen. *d. cons.* 55. *nu.* 2. *versic. quid plus.* † Amplia, vt visitatores religiosorum, & capitum eorum possint amouere Prælatos criminosos. Feder. de Sen. *dict.* 5
consil. 145. *num.* 1. *versic. tertio si est contra. & num.* 2. vbi dicit hoc procedere, siue sint generales visitatores, siue simplices. † Declara, 6
vt non procedat in Archidiacono visitatore, qui solum de leuibus cognoscere potest. Feder. *d. consil.* 145. *num.* 2. *circa fin. versic. unde videtur dicendum.* † Contrarium, quod imo visitator non possit amouere Prælatum, nisi hoc habeat in speciali facultate, tenet Feder. 7
d. cons. 145. *n.* 3. *ver. sexto ex mente Lapi ibidem*, allegat Innocen. & Hostien. in *cap. in singulis, de stat. Monachor.* † Limita; quia visitatoribus non est parendum, nisi in singulis Monasteriis doceant de sua 8
facultate;

9 facultate. Fed. de Sen. *d. cons.* 145. *num.* 3. *ver. sed non facta copia.* † Limita; quia visitatores deputati ad visitandum Monasteria in capite, & in membris visitãt capita immediata, videlicet Prælatos immediatos, nõ autem Prælatos mediatos, prout est Generalis. Feder de Sen. *d. cons.* 145. *nu.* 6. *ver. item quæritur, & num.* 7. vbi late pro
10 vtraq; parte, & hanc partem tenet vti veriorẽ. † Limita; quia non possunt visitatores visitare, & corrigere Monachos per transitũ venientes ad Monasteria visitationis; quia delegata iurisdictio non prorogatur de persona ad personam. Feder. de Sen. *d. cons.*
11 145. *n.* 5. *in fin. ver. si vero aliqui fratres, & n.* 6. † Limita; quia religiosi præsidentes, & visitatores Monialium deputati non possunt erigere tribunal, sed debent sine strepitu intendere regulari disciplinæ. Feder. de Sen. *cons.* 292. *circa princip. ver. item posito, quod possent.*
12 † Delegatam iurisdictionem habent visitatores, etiam si sint delegati, vel subrogati loco, habẽtis ordinariam iurisdictionem ad visitandum; ideo visitare non possunt, nisi semel. Feder. de Sen. *d. cons.* 145. *in princ. ver. non est solutum dubium, & nu.* 4. *in fin. ver. per hanc*
☞ *responsionem, & n.* 5. Vide, *Visitatores Monasteriorum an possint visitare Generalem Ordinis. Concl.* 220.

Visitatio loci differentiæ qualiter fiat per iudicẽ. Concluſ. 217.

1 IVDEX † si vult visitare locum differentiæ, vt se informet, puta super nunciatione, an sit remittenda, vel non, debet citare vtramq; partem pro certa hora ad interessendum, & informandum, alias si facta est visitatio absente parte, & non citata, non valet; quia dicitur facta sine causæ cognitione. Castre. *cons.* 412. *Visis*
☞ *punctis, per tot. li.* 2. Vide, *Probatio per aspectum priuilegiata. Concl.* 776.

Visitare potest Episcopus in sua diœcesi, & quomodo, & quid percipere possit, vel non, visitando. Conclusio 218.

1 VISITARE † potest, & debet Episcopus omnia beneficia curata etiam vnita quibuscunq; Ecclesiis Cathedralibus, vel collegiatis, aut locis piis omni anno secundum formam iuris, & ita etiam disponit sacrum Concilium Trident. *sess.* 7. *c.* 7. *de reformat.*
2 † Extende; quia procedit, etiam si Ecclesiæ, quæ debent visitari,
3 sint exemptæ. d. Concil. Trident. *sess.* 7. *c.* 8. *de reformat.* † Extende; quia etiam alia quæcunque beneficia Ecclesiastica curata, & non curata etiam regularia, in quibus non viget regularis obseruantia, potest visitare; in quibus vero viget obseruantia regularis, visitat monendo superiores, qui si non prouideant intra sex menses, tunc Episcopus, vti Apostolicæ Sedis delegatus, visitat, & co-
4 git, d. Concil. Trident. *sess.* 21. *cap.* 8. *de reformat.* † Extende; quia Episcopus nedum beneficia exempta, vt supra, visitat, sed etiã beneficia secularia, quæ sunt nullius diœcesis, si est vicinior, & alius ordinarius non sit electus, d. Concil. Trident. *sess.* 24. *c.* 9. *de refor-*
5 *mat.* † Amplia; quia Episcopus tãquam Sedis Apostolicæ delegatus, & exequutores piorum locorum possunt visitare Hospitalia, Collegia quæcunque, ac Confraternitates laicorum, etiam quas scholas, siue alio quocunq; nomine vocant; non tamen quæ sub Regum immediata protectione sunt, etiam si eleemosynariæ, etiam Montes Pietatis, siue Charitatis, & pia loca omnia, quocunque nomine nuncupentur, etiam si cura ad laicos pertineat, ita
6 disponit idem Concil. Trident. *sess.* 22. *c.* 8. *de reformat.* † Amplia; quia Episcopus etiã de iure communi potest visitare omnia Hospitalia, & loca pia suæ diœcesis, siue sint instituta de licentia Episcopi, siue non; quia ad eum spectat ordinare, quod bona taliũ locorum dispensentur in vsus destinatos. Feder. de Sen. *consil.* 111.
7 *Quæstio talis, in princ.* † Amplia; quia Episcopus potest visitare Monasteria exempta Monialium in sua diœcesi, tanquam delegatus Sedis Apostolicæ, *clemen. attendentes, de stat. Monach.* Feder. de Sen. *cons.* 291. *Domine mi, per tot.* quod consilium est Lapi Abbatis sancti
☞ Miniati. Vide, *Episcopus quid possit in religiosos. Conclusio.* 248. *nu.* 9. & *seq.* Vide, *Præscribi possunt iura Episcopi per inferiorem, & quæ, & quando*
8 *secus. Concluſ.* 543. † Amplia; quia procurationem potest conse qui Episcopus, vel Archiepiscopus à visitatis, & procuratio continet solum victualia necessaria visitantis, & suorum necessariorum; quam tamen potest etiam recipere in pecunia ab iis, qui volunt eam sponte soluere, alias non. Abb. *cons.* 7. *Tria, col.* 4. *in princ. ver. expedito primo dubio, lib.* 2. vbi, quod si non visitat per se ipsum, nihil
9 potest petere, *c. si Episcopus, de offic. ordin. lib.* 6. nisi victualia. † Extende intantum debere abstinere Episcopum ab omni exactione, præterquam victualium, occasione visitationis, vt si quid exigat vltra, teneatur reddere duplum intra mensem, & si non restituit, est suspensus, & si celebrat, efficitur irregularis, *c. exigit, de censib. lib.* 6. *iuncto c. is, cui, de sent. excomm. in* 6. Abb. *d. cons.* 7. *col.* 4. *ver. expedi-*
10 *to primo, lib.* 2. † Extende; quia procuratio duplex non potest exigi. Abb. *d. cons.* 7. *colum.* 4. *ver. iis præmissis, lib.* 2. † Restringe; quidam antiquitus Episcopus habebat quandoq; medietatem, quandoq; tertiam partem omnium reddituum suarum Ecclesiarum, vide not. in *c. antiquos.* 10. *q.* 1. ita potest de consuetudine recipere quam exactionem, maxime, quando est antiqua. Abb. *d. cons.* 7. *nu.* 4. *in fin. ver. potest ex secundo, lib.* 2. † Restringe; quia potest recipere forte pro aliis expensis, quas compellitur facere in visitatione contra victum suum; quia si ita est consuetum, ius non dat nisi consuetudinem. Abbas *d. cons.* 7. *col.* 4. *in fi. ver. potest ex secundo, lib.* † Restringe; quia bene posset Episcopus visitando, & discurrendo per diœcesim exigere Cathedraticum, quod est dnorum seu rum pro singula Ecclesia, & non incurreret pœnam. Abb. *d. cons.* 7. *col.* 4. *ver. sed quanquam, lib.* 2. Vide, *Cathedraticum quid sit, & a quibus solui debeat. Concl.* 132. † Restringe; quia si Episcopus, vel Archiepiscopus esset in possessione exigendi abimmemorabili tempore liquid, prout est Archiepiscopus Florentiæ; tunc posset exigere in visitando talem censum. Abb. *d. cons.* 7. *col.* 4. *ver. item pro.* 2. vbi, quod forte erit census, vel Cathedraticum; co quia præmitur iusta causa, & titulus. Vide, *Procurationem rationabiliter qui soluere teneantur. Concl.* 808. † Limita; quia imo hodie Concil. Tridentinum iubet, quod modesto equitatu, & familia contenti, & quam celerrime se expediant; vtendo tamen diligentia contenti sint victu modesto, ne onerosas expenducant, nihil exigant quocunq; prætextu, non recipiant am, neq; munus quodcunq; sit, etiam qualitercunque non obstante quacunq; consuetudine etiam immemorabili tamen in electione visitati, vel victualia præstare, vel pecuxaram secundum consuetum soluere, & si consuetudo neq; victualia, neq; pecunia præstetur, illa obseruetur, trauenientibus est dupli, & suspensionis, ita Concil. Trid. *sess.* 24. *c.* 3. *de reformat.* † Extende, seu declara; quia etiam est de muni, quod Episcopus, si potest vnico die visitare duo bene non debet procrastinare, neq; duas velle procurationes, facultates Ecclesiarum non suppetunt; secus si suppetunt. Cal. *cons.* 450. alias 8. *de censib.* quod est Ioh. Calde. & Pauli de Florent. † Declara tamen, quod circa procurationem exigendam, & vitationem, an in vno die plura beneficia sint visitanda vnicum quolibet die, attenditur consuetudo. Calder. *d. cons.* 450. alias 8. *censib. in fin.* Vide, *Consuetudo circa visitationem beneficiorum. Cond. spi.* † Limita; quia Episcopus non potest visitare fratres ordinis Seruorum; quia ipsi habent priuilegium ab Alexandro, vt debeant corrigi, & visitari à suo Generali; ergo sunt exempti ab Episcopo Cald. *cons.* 453. alias 11. *de censib. per tot.* quod est Io. Calder. Tredi, & Gaspar. Calder. † Extende limitationem, vt similiter Archiepiscopus non possit visitare fratres Ordinis Seruorum. Cald. *cons.* 453. alias 11. *de censib.* † Limita in fratribus tertii Ordinis, non subsunt visitationi Episcopi. Calder. *cons.* 455. alias 13. *de* vbi, quod ex priuilegio Innocentii III. visitantur à fratribus noribus. † Contrarium videtur tenere Abb. *cõs.* 26. *Videtur an cipi. ver. circa secundum, lib.* 2. quod imo potest visitare religiosas exemptas, & exigere procurationem, dummodo exceedat modum. Vide, *Visitari qui non possint. Concl. prox.* † Declara; quia omnes hodie possunt visitari ab Episcopis, si sint exempti, vt supra in princ. † Visitatio autẽ fit ad correnem. Cald. *cons.* 453. *circa princip. ver. nam visitatio*, alias 11. *de* vbi, quod qui potest corrigere, potest visitare, alias non. Videniusper Concilium Tridentinum *sess.* 24. *c.* 3. *de reformat.* vbi cipalis scopus visitationis est sanam doctrinam inducere expuhæresibus, bonos mores tueri, prauos corrigere, populum religionem, pacem, & innocentiam accendere. † Amplia inta vt nec possit Episcopus concedere exemptionem alicui loco suæ diœcesis, ne liceat sibi visitare, & corrigere. Feder. de *cons.* 111. *n.* 2. *ver. ad secundam quæstionem, & n.* 3. Vide infra, *Visitatius non potest per Episcopum remitti. Concl.* 221.

Visitari qui non possint, & qui sint exempti. Concl. 219.

VISITARI † ab Episcopo non possunt illi, qui ab Episcopo corrigi non possunt; quia visitatio prouenit à correctione. Cal. *cons.* 453. alias 11. *de cẽsib. ante med. ver. nã visitatio.* † Amplia; quia tres ordinis Seruorũ sunt exẽpti ab Episcopo, & Archiepiscopo, sed debent ideo non possunt visitari ex priuilegio Papæ Alexãdri, sed debent visitari à suo Generali. Cald. *d. cõs.* 453. alias 11. *de cẽsib. & cõs.* 452. alias 10. *eod. tit.* † Amplia; quia visitari nõ possunt, qui præscripserint visitãdi, & corrigendi contra Episcopum, dummodo nomine terius præscripserit. Cald. *d. cõs.* 453. alias 11. *de cẽsib. in princ.* † Amplia mu ius

multis modis, de quibus *in Concl. proxim. præced. nu. 16. & seq.* Vide, *Exemptii in quibus subsint locorum ordinarii. Concl. 565. & Concl. ibi prox. seq.* † Declara; quia hodie tanquã delegati à Sede Apostolica visitant, vt per Concilium Tridentinum, de quo *in Concl. prox. præced.*

Visitatores Monasteriorum à Sede Apostolica deputatorum an possint visitare Generalem Ordinis. Concl. 220.

1 VISITATORES † Apostolici ad visitandum Monasteria, & capita Monasteriorum possunt etiam visitare Priorem Generalem Ordinis, qñ habitat in loco, vel Monasterio visitato; quia dicitur caput in singulo Monasterio. Fed. de Sen. *cons. 145. Ioannes Episcopus, n. 1. v. tertio si contra personam, & n. 3. ver. secundum istam opinionem*, vbi plus dicit, quod visitator prouinciæ potest istum Generalem vocare de vna ciuitate prouinciæ ad aliam, vt eum ibi visi-
2 tet. † Contrarium tenet Fed. de Sen. *eod. cons. 145.* repetito sub *n. 6. ver. item quæritur, si contra, & n. 7.* vbi late pro vtraq; parte, & tandẽ
3 residet in ista opinione. † Amplia; quia possunt puniri impedientes visitationem, etiam si sint illi, qui impediunt, tales personæ, quæ alias non essent suppositæ; quia ratione impedimenti efficiuntur suppositæ. Fed. de Sen. *cons. 145. nu. 2. ver. ad hoc responsum*, vbi loquitur de Generali Ordinis, & concord. Lap. *alleg. 55. n. 6.* Vide, *visitatores quam iurisdictionem habeant, & quid possint. Concl. 216.*

Visitandi ius non potest per Episcopum remitti. Concl. 221.

1 EPISCOPVS † non potest remittere ius visitandi sibi cõpetẽs in beneficiis suæ diœcesis. Fed. de Sen. *cons. 111. n. 3. c. cum venerabilis, de censib.* vbi Abb. *n. 3.* ponit octo, quæ Episcopus remittere
2 non potest, etiam cum consensu Capituli. † Amplia, vt procedat, etiam si exemptio à visitatione concederetur beneficiis de nouo construendis; quia licet facilius remittatur ius quærendum, quã concedatur ius quæsitũ; tamen non potest tale ius remitti. Fed.
3 de Sen. *cons. 247. per tot.* † Amplia; quia ius visitandi est iurisdictionis, & non potest præscribi, sicut neque solutio procurationis; quia sunt in signum subiectionis. Rom. *cons. 371. In propositæ, in fi. n.*
4 6. † Limita; quia bene potest Episcopus concedere ius visitandi cuicunq; inferiori, qui visitabit tanquã vicarius Episcopi. Zabar.
5 *cons. 131. n. 2. ver. ad secundum.* † Limita; quia bene potest exemptio à visitatione concedi Ecclesiæ per vnionem Monasterio exempto, quando sit ex causa legitima, & per Episcopum cum cõsensu Capituli; quia sicuti potest præscribi, & per sententiam, quæ transierit in iudicatũ, tolli; ita etiã ex titulo legitimo potest concedi. Cald. *cons. 267. alias 5. de reb. Eccles. non alien. per tot.* vbi, quod nõ põt vniuersaliter concedi, sed particulariter solum quoad vnam Ec-
6 clesiam, & ex causa secus. † Declara, q̃ dicitur, ius visitandi, & procurationem non posse præscribi, vt nihil soluatur; vt tenent Calder. *cons. 86. circa med. v. in talibus*, alias *6. de offic. deleg.* Lap. *alleg. 30. n. 9. ver. licet.* tamen intelligitur respectu omnium Ecclesiarum, sed respectu vnius Ecclesiæ secus, vt Cald. *d. cons. 267. alias 5. de reb. Eccles.*
7 † Item declara, vt procedat, q̃ non valet præscriptio, vt ab aliquo visitari quis non possit, sed bene valet contra Episcopum, vt alius Prælatus visitet. Cald. *cons. 453. in pr.* alias 11. *de censib.* Vide, *Episcopus an possit eximere beneficia suæ diœcesis. Concl. 267.*

Visus, & videre quid sit, & quando oculo corporali, vel intellectus intelligatur. Concl. 222.

1 DVPLEX † est visus, corporalis, & intellectualis, seu mentalis, secundum Bald. qui plene examinat, *C. si ex falsis, in rub. per tot.* maxime *nu. 7.* vbi ponit quinque sensus corporis, & eorum officium, & dicit visum posse continere omnem veritatem mente præceptam. † Videre, vel video refertur ad oculum intellectus, *l. quod meo. §. penul.* vbi glos. *in ver. non minus. de acquir. possess.* Bart. *in l. item a-*
2 *pud. §. si quis sic fecit. ff. de iniur.* † Proprie autẽ, & stricte visus importat visum oculo corporali, & intellectus. Nell. *in tract. de testib. nu.*
3 132. vbi *n. 130. & 131.* dat alias intelligentias. † Verba illa, *visis, &c.* operantur, quod iudex præsumitur vidisse acta. Bald. *cons. 293. Præ-*
4 *missis duobus, in fin. lib. 1.* † Extende; quia imo in arbitratore plene probant; quia statur assertioni arbitratoris de ordine, & informatione sumptis. Zabar. *cons. 139. num. 6. & 7.* vbi late. Vide, *Narratiua verba Papæ, vel Principis quando probent, vel non. Concl. 4. & Concl. ibi seq.*

* *
*

Visus est sensus generalior cæteris, & quando secus. Concl. 223.

VISVS † est sensus generalior quocunq; alio, & accõmodatur 1
omnibus sensibus. Salyc. *in l. testium, n. 7. & seq. C. de testib.* vbi, q̃ valet dictum testis, quod vidit Titium loquentem, &c. & quod visus sumatur in genere pro omni sensu, gl. *in c. testes. 3. qu. 9. in ver. quæ nouerunt.* vbi, quod in Exodo dicitur: *Videbant voces*, hoc est, audiebant, & allegat illud Psalmi: *Gustate, & videte, quoniam suauis est Dominus.* † Extende; quia perfectius probat testis per visum, quã 2
per alium sensum. Rom. *cons. 104. Reuerende Pater, col. fi. ver. cum deponant nostri testes*, vbi apost. *in ver. perfectior*, dat concord. & idem Rom. *cons. 290. In casu propositæ, in pr.* vbi apostil. *in ver. Horatii*, dat concord. & adducit carmen Horatii de arte poet. *Segnius irritant animos demissa per aures, quam quæ sunt oculis subiecta fidelibus*, & adducit concord. † Extende; quia testis deponens de visu in iis, quę iu- 3
dicio intellectus percipiũtur, in quibus debet causa scientiæ reddi, probat, iuncto alio teste de partis rei deponente de auditu, in tantũ, vt licet probatio non sit plena; tamen sufficit ad condemnandum, si reus nihil probauit. Rom. *d. cons. 290. In casu propositæ in fi. v. cæterũ.* † Declara extensionem, quia nõ procedit in matrimo- 4
nio probando; quia vnus testis de visu contractus matrimonii, q̃ verba non audiuit, non probat, neque iungitur; quia est singularis. Alex. *cons. 143. Quoniam abunde. in pr. lib. 2.* † Extende; quia imo 5
visus duplex est, naturalis, & intellectualis, & ad saluandum testem à falso adhibetur hæc distinctio. Rom. *cons. 301. In propositã cõsultationis, per tot.* maxime *in pr.* licet non indiscrete, & semper, vt ibi *n. 12.* † Restringe; quia imo in iis, in quibus visus non est pro- 6
portionatus, sensus non attenditur; ideo testis; qui dicit vidisse Titium offerre se, & bona sua religioni; quia incompetenter deponit, quia debet deponere de auditu verborũ, quia talia auditu percipiuntur. Alex. *cons. 143. in princip. ver. fortifico, lib. 1.* allegat tex. *in cap. fi. de success. ab intest.* † Declara restrictionem, vt procedat, 7
q̃ sensus omnino est non proportionatus, alias secus; quia licet percussio proprie probetur per visum; tamen si quis deponat, q̃ de nocte audiebat percussiones, probat. Alex. *cons. 24. Animaduersis, n. 10. ver. nec insuper obstat, lib. 2.* Vide, *Testis debet deponere per sensum corporis, & memoriam, alias non probat, & quando secus. Concl. 171.*

Viterbiensis ciuitas, statuta, consuetudines, & priuilegia. Concl. 224.

CIVITAS † Viterbiensis est de statu tẽpotali Ecclesiæ Roma- 1
næ; ideo statuta non valent, nisi confirmata, vel quæ verisimiliter confirmarentur à Papa. Bald. *cons. 226. Præmissis verbis, n. 2. v.*
2 *sed iniquũ videtur, lib. 5.* † Et Gubernator Viterbii habet iurisdictionem in tota prouincia patrimonii; quia tota prouincia cõstituitur sibi in territorium, tanquã Prælati; ideo maior Episcopo est, & concurrit cum omnibus Gubernatoribus ciuitatum prouinciæ; non tamen potest causas delinquentiũ cœptas corã Gubernatoribus velle auferre, plene Abb. *cons. 24. Rodulphus, per tot. lib. 1.*
3 † Statutũ habet, q̃ nulla mulier habẽs filios, vel filias ex filio possit testari, codicillari, vel aliquem contractum facere extra personas filiorum, & si secus fecerit, testamentum, codicilli, & contractus sint nulli ipso iure. Bald. *cons. 226. per tot. lib. 1.* vbi, quod est fauorabile, & non excludit nepotes, & descendentes, quin inter eos possit testari, neque piam causam, & quod habeat locum respectu bonorum in territorio Viterbiensi, etiam si mulier Viterbiensis extra territorium sit nupta; secus si non haberet bona in
4 territorio Viterbiensi; quia ratione originis non ligaretur. † Vide tamen Card. Zabar. *cons. 144.* vbi super eodem statuto consuluit, & dicit, quod neque potest in piam causam donare; quia tale statutum etiam ligat, & comprehendit, ne donetur Ecclesiæ, & dicit, quod antiquum statutum simpliciter loquebatur; modernum vero statutum dicit, quod mulier habens filios laicos. Vide, *Libertas Ecclesiastica. Concl. 342.* † Castr. *cons. 428. Inhærendo, lib. 1.* cõ-
5 suluit super eodem statuto reformato, quod continet matrem habentem filios, & filias de decem partibus teneri relinquere filiis nouem partes, de decima possit testari, postea fuit facta reformatio, quod possit de decima testari inter filios, & non possit extra filios, nisi pro anima, vel causa necessaria; & dicit, quod tale statutum comprehendit filios, & filias, licet de filiis simpliciter loquatur, excepta particula recuperationis bonorum aliter alienatorum; quia soli masculi expresse admittuntur.

Vitis

Vitia paterna non nocent filiis, & è contra. Concl. 225.

1 VITIVM † & delictũ patris non nocet filiis in iis, quæ deferũtur in filios aliunde, quã ex persona patris, *l.3.ff. de interdict. & releg.* Anton. de Butr. *cons.29.n.3.v.item quia non nocet*, quod duplicatur inter consilia Anch. *cons.*355. vbi, quod filius ex patre nõ legitimo capax est in ris patronatus inducti ab auo, allegantita cõsuluisse Iacob. de Belui. Butri. Raynuc. & Bart. & reuera est *cons.*
2 *Bart.*118. *lib.*1.† Et ideo pater hæreticus non nocet filio orthodoxo, & fideli; quia religio defertur aliunde, quam ex persona pa-
3 tris. Ant. de Butr. *d. cons.29.n.3.* Anch. *d. cons.*355. *n.3.*† Idem in patre exhæredato ab auo; quia non nocet nepoti. Ant. de Butr. *d. cons.*
4 29. *n.3.* Anch. *d. cons.*355. *n.3.*† Et spurius capit à fratre; quia non mediante persona patris, à quo prouenit vitium incontinentiæ, capit. *l. si is qui. ff. de vulg. & pupill.* Anchar. *d. cons.*355. *n.3.* Ant. de Butr. *d. cons.29.n.3.*

Viuere quilibet præsumitur vsque ad centum annos, & quando secus. Concl. 226.

1 * VIVERE † quilibet præsumitur vsque ad centũ annos, *l. fi. C. de sacrof. Eccles.* Dec. *cons.*104. *n.*4. vbi dicit * communem, & *cons.* 575. *nu.* 10. & quod omnes conueniunt in hoc, Corn. *cons.* 208.
2 *lib.* 3. † Contrarium, quod nulla lex hoc dicat, sed solum, quod quis non præsumitur viuere vltra centum annos, & non sequitur; ergo præsumitur viuere vsque ad centum annos dicit Corn. *cons.*119. *lib.*1. bene verum est, ꝙ centũ anni sunt mera, ne vltra quis viuat, *l. an vsufructus. ff. de vsufruct. l. vt inter diuinum.* §. 1. C.
3 *de sacrosanct. Eccles.*† Declara, vt procedat præsumptio, quando agitur principaliter de vita, & morte, & cõstat de initio natiuitatis eius, qui præsumitur viuere; alias si non constat de initio, non habet locũ præsumptio, ex quo non potest præsumi aliquid, ꝙnõ habeat certũ principiũ, ita Cuman. *cons.*43. *In quæstione Francisci. per tot. & n.2.v.nec obstat*, & ita soluit Alex. *cons.*175. *Perspectis, n.*21. *ver. ac-*
4 *cedit. ꝙ dicunt. lib.*5.† Declara; quia præsumptio, ꝙ quis viuat vsque ad centũ annos, procedit, qñ à principio mors est fundamentum intentionis aduersarii mei, & ego à principio non habeo necesse
5 me in vita fundare. Alex. *d. cons.*27. *nu.*7. *lib.*7.† Declara; quia licet quis possit viuere vsque ad centum annos; non tamen præsumitur tantũ tempus viuere; quia secundum inferiores causas satis hodie potest timeri de morte alicuius post quinquagesimũ annũ; quia vt plurimum mori contingit ante centesimũ annum. Abb.
6 * *cons.*63. *Vt veritas, col.*3. *in fi. v. licet enim quis, lib.*2. † Et ideo est hodie magis * communis opinio, quòd quis non præsumatur viuere vsque ad centum annos, apost. ad Alex. *cons.*1. *Ponderatis, n.*42. *in v. viuere, lib.*5. vbi citat pro vtraque plurimos, & dicit hanc esse ho-
7 die crebriorem, vide eam.† Limita, vt non procedat, qñ non agitur principaliter de vita, & morte, sed incidenter, veluti si agatur de successione, & actor ꝓbat se in secundo gradu, quia nõ excluditur per allegationem, ꝙ exiterunt alii proximiores, qui viuere præsumuntur. Cuma. *d. cons.*43. *n.*2. *v. nec obst. at.* & alii proxime
8 allegati. Vide, *Hæreditatis petitione agens quid probare, vel narrare debeat. Concl.*32.† Extende; quia qñ agitur de vita hominis certo tempore, puta ꝙ quis alius viuus excludat alium, eo quod viuere præsumatur, non sufficit; quia debet probari vita olim viuentis de illo tempore, *l. spadonem.* §. *qui absolutus. ff. de excus. tut.* vbi glos. * &
Doct. Bart. *in l. siquidem. C. solut. matr. & in l.*2. § *si dubitetur. ff. quem admod. test. aper.* Alex. *cons.*27. *Considerat is iis, col.*2. *lib.*7. *ver. alia ratione.* Corn. *cons.*10. *Visa fuit, col.*3. *ver. iis tamen minime refragantibus, lib.*1. *&*
9 *cons.*119. *Placet mihi, col.*3. *ver. & vltra adducta, lib.*1. vbi, qui se fundat in vita, debet probare.† Extende; quia is, qui allegat aliquem filiũ testatoris viuere, vt excludat institutum à testatore, non releuatur, licet probet filium testatoris fuisse in rerum natura, & hodie præsumi viuere; quia qñ vita requiritur de certo tempore ad excludendum aliũ, debet probari de illo tempore. Alex. *d. cons.*27.
10 *Consideratis, nu.*7. *& seq. ver. alia ratione, lib.*7. *vsque in fi.* † Limita; qa absens per viginti annos, de cuius vita nihil scitur, præsumitur mortuus ex accidentibus mundi. Bald. *cons.*90. *Maritus illius puellæ,*
11 *lib.*2.† Extende; quia imo bellicosus vagans præsumitur mortuus
12 lapso quinquennio. Nat. *cons.*241.† Extende; quia imo cum nihil sit certius morte, nihil incertius hora mortis, vita hominis non dicitur magnũ tempus, ex quo põt quotidie mori. Abb. *cõs.*63. *col.*
3. *in fi. ver. secunda limitatio. sub n.*6. *lib.*2. vbi loquitur maxime in ho-
13 mine annoso; quia quotidie potest mori.† Limita; quia imo si agitur de enumeratione annorum vitæ, homo sexaginta annorũ præsumitur viuere solum per annum, *l. hæreditatum*, vbi Alex. *ff.*
ad l. Falcid.† Limita; quia qui dicit aliquẽ viuere, debet probare, nec sufficit, quod probet talem aliquando vixisse, & hodie præsumi viuere; quia non procedit præsumptio vitę centum annorũ, nisi quando aduersario meo incumbit onus probandi mortem; quia ego, qui non compellor probare vitam, habeo præsumptionem pro me, alias secus. Alex. *d. cons.*175. *Perspectis, n.*20. & 21. *& qui allegat. lib.*5. Vide, *Mors qualiter probetur, & quis probare debeat. Concl.*400. Vide Ant. Gabr. *lib.*1. *tit. de præsumpt. Concl.*16. *Viuere usque præsumatur quis vsque ad* 100. *annos.*

Viuere simul qui dicantur. Concl. 227.

VIVERE † simul dicuntur habitantes in eadem domo, licet ad manducent simul; & ideo legatũ factum filiabus, dum sola vitam vidualem seruent, & simul cum hærede viuant, debet illis seruari vt viduitatem honestam, & habitarunt in eadem domo, licet non vixerint simul. Bald. *cons.*21. *Super primo puncto. n.*2. *super alio puncto, & cons.*22. *n.*2. *ver. super secundo, lib.*2.† Ampliã; quia mortuus & vxor dicuntur simul viuere, si viuunt sub eodem tecto & concorditer, licet vxor per se faciat focum, prout factum nobiles. Bald. *d. cons.*22. *Super primo puncto. n.*2. *v. super secundo.*

Vltima derogant prioribus. Concl. 228.

VLTIMA † dispositio derogat primæ, si nõ compatiuntur *ipsa ꝛ cta nouissima, C. de pact.*† Ampliã in opinione eiusdem autoris; quia illa opinio, quã vltimo tenuit, videtur derogare antecedenti; ideo Bald. varius censetur magis in hærere illi opinioni, quam tenet super feudis; quia fuit vltima lectura Baldi super feudis. Ita de An. *cons.*83. *circa med. ver. præterea est ponderandum.*† Extenditur in duobus consiliis eiusdem auctoris; quia vltimum consilium ordine censetur opinio eiusdem maturior, ét si in primo teneat contrariã, vt per Rom. *cons.*327. *n.*8. *ver. nunc vero respondeo*, lontem de Federico de Senis, & ibi vide apostillam *in verbo posset*, vbi dat concord. plures, & adducit similia.† Amplia in duobus statutis contrariis ét eodem tempore confirmatis; quia vltimum præualet, & attendi debet. Alex. *cons.*141. *Visa testamenta, ann. & aliud capitulum*, vbi apost. *in ver. vltimo, lib.*2. vbi dicit procedentibus si per distinctionem possint conciliari. Vide, *Contraria statuta non compatibil. a præualent vltima. Concl.*1011. Vide, *Posteriora derogant prioribus. Concl.*451.

Vnio quid sit, & quid operetur. Concl. 229.

VNIONES † Ecclesiarũ dicuntur alienationes, per quas transfertur ius proprietatis de vna Ecclesia in aliã; ideo requiritur consensus superioris. Crau. *cõns.*258. *n.*10. *& seq.* & quod vtrũ beneficium trãseat in proprietatem beneficii, cui fit vnio. Castren. *cons.*438. *In quæstione, lib.*1.† Vnio beneficiorum est de titulo ad titulum beneficialem, alias si vniatur prædium, est potius annatio, vel donatio. Card. Zab. *cons.*47. *Reuerende pater, n.*2.† Ex vnione est iurisdictionis; ideo qui non habet iurisdictionem, non potest vnire, & hac ratione nõ põt Episcopus Ecclesias exemptas vnire. Card. Zabar. *cons.*47. *in pr. & n.*2.† Amplia; quia vnio mutat naturã beneficii vniti; quia assumit naturã beneficii, cui fit vnio Cal. *cons.*275. *v. confirmatur ratio, circa pr.* alias 13. *de reb. Eccles. non alien.* fo. diosa est vnio, & stricti iuris; quia repugnat iuri communi, & odiosa. Cald. *d. cons.*275. *ver. item vnio est stricti iuris*, alias 13. *de reb. Eccl. non alien.* sequitur Dec. *cons.*232. *n.*3. vbi, quod est stricti iuris, & odiosa, & ideo est nulla, si causa est falsa, plenissime Card. Zab. *cons.* 96. *Papa vniuit, n.*2. vbi, quod est odiosa. Petr. de Anch. *cons.*11. *n.* vbi, quod iure singulari fundantur vniones. Crau. vero *cons.*1 *n.*10. dicit, ꝙ sunt odiosæ, & quod pariũt inextricabiles difficultates Theologis, & Iuristis, & ꝙ graue afferunt præiudicium seruitutem beneficiis, vbi alios allegat.† Tertio non præiudicatur per vnionem. Fed. de Sen. *cons.*195. *n.*2. *circa fi.* Cald. *d. cons.* *circa med. ver. sicut enim*, alias 13. *de reb. Eccles. non alienan.*† Effectus vnionis est, ꝙ cedente, vel decedente Rectore fructus spectent ad beneficium, cui facta est vnio, Cald. *d. cons.*275. *n.*2. *v. effectus vnionis*, alias 13. *de reb. Eccl. non alien.*† Imo operatur vnio facta, & suppressa in tempus mortis Rectoris, quod eueniente morte proprietas beneficii vniti transeat in beneficium, cui fit vnio. Olde. *cons.*22. *n.*5. *ver. quarto posito.*† Triplex est vnio; qua alia est accessoria, vt vnio fiat de Ecclesia Ecclesiæ; quia Ecclesia vnita nihil retinet ipsa est, quando æque principaliter fit vnio de duabus Ecclesiis, de vtraq; retinet sua priuilegia, aut est dubiũ, & statur coniecturis, & ex eis iudicatur, qualis sit vnio. Petr. de Anch. *cons.*114. *Pro impertinente* si qui is

sequitur Staffi. *de liter. grat fol. 81. secundum veterem impressio. §. quandoque.* Vide, *Vnio multiplex, & de effectu vnionis circa multa. Conc. 230.*

10 † Differentia est; quia quando est accessoria, si in expectatiua mentio fiat de Ecclesia principali, sufficit; secus si de accessoria; in alio casu, quando vtraq; est æque principalis, mentio de vna

11 nō capit aliā. Petr. de Anch. *cons. 114. per tot.* † Item, quando vnio est accessoria, vnicus Rector consideratur, quando æque principaliter, eadem persona Rectoris habet duplicem, seu repræ-

12 sentat duplicem Rectorem. Ancha. *d. cons. 114. nu. 3. & seq.* † Vnio æque principalis dicitur, quando duæ ciuitates habent vnum Episcopum; quia dicuntur Ecclesiæ æque principales, & quælibet retinet sua priuilegia, prout in Ecclesia Feltrensi & Bellunensi, Cardin. Zab. *cons. 90. in prin.* vbi, quod Feltrensis primo nomina-

13 tur, *c. exposita, de arbitr.* † Aliquando vnio fit perpetuo, aliquando ad tempus; perpetua extinguit titulum beneficii vniti, temporalis vero facit solum cessare titulū vniti, donec durat. Cas-

14 sad. *de vnio. dec. 2. nu. 2.* vbi latissime, & dicit *communem, quod quando Papa prouidet de vnito ad tempus, non dat nouum titulum, quia primus titulus suscitatur quasi à somno; si vero prouidet de vnito perpetuo, dat nouum titulum; quia primus erat

15 extinctus. † Et istæ temporales vniones sunt fictæ dispensationes, & respiciunt personam; ideo non extinguunt titulū. Cassad. *lic. 3. n. 3. de iudic.* vbi, quod sunt palliatæ dispensationes vniones ad vitam, & quod æquiparentur dispensationi, tenuit pars DD.

16 vt per Put. *dec. 246. in princ. lib. 1.* † Contrarium, quod non sint fictæ dispensationes proprie, nec de eis fieri debeat mentio, Put. *d. decis. 246. lib. 1. nu. 9.* † Et fraternizat cum commenda vnio temporalis, & commenda temporalis, & ita seruare curiam attesta-

17 tur Cassiod. *decis. 5. de priuil. in fin.* † Et per vnionem temporalem Papa non facit Prælatū in vnito, sicut nec in cōmendato. Cassad.

18 *decis. 2. num. 6. de vnio.* † Imo, quod inducatur incompatibilitas ex commenda, vel vnione temporali, neque detur titulus, sed fit quoddam depositum, Cassad. *de reseruatio. decis. 7. num. 2. & sequ.*

19 † Perpetua fit ad vtilitatem Ecclesiæ; temporalis vero ad vtilitatem personæ. Put. *d. decis. 246. lib. 1.*

Vnio multiplex, & de effectu vnionis circa simul vnita. Concl. 230.

1 VNIO † fit quandoq; simpliciter, vt vna Ecclesia censeatur vnita, & incorporata alteri, ita quod vnita remanet accessoria, altera vero, cui fit vnio, remanet principalis. Guid Pap. *cons.*

2 *134. ver. quarto fit.* † Quinque modis fit vnio; aliquando Ecclesia vnitur quoad ad spiritualia; aliquando quoad subiectionem; aliquando quoad Prælatum duntaxat, vt idem Rector duas obtineat; aliquando Ecclesiæ vniuntur simul, & potest dupliciter fieri. Primo modo, vt vna accedat alteri, & tunc Ecclesia vnita alteri tanquam accessoria assumit priuilegia, naturam, regulam, & cōsuetudinem Ecclesiæ, cui est vnita, & tunc pereunt priuilegia, & regulæ Ecclesiæ vnitæ. Secundo modo æque principaliter duæ Ecclesiæ vniuntur in simul, vtraq; participat, & communicat de priuilegio alterius, aliquando erigitur in Cathedralē, vel Collegiatam, plene Guid. Pap. *cons. 34. in pr.* sequitur apost. fi. ad

3 *alleg. Lap. 68. Quæris, an liceat.* † Tribus modis, & triplicem vnionē dicit Pet. de Anch. *cons. 114.* Vide Concl. prox. præced. *n. 9.* Quā-

4 doque fit vnio quoad omnia, præterquam quoad aliqua, veluti si vniuntur duo monasteria, ita tamen, quod vnum quodque remaneat de per se stans, & sua priuilegia obtineat integra; & talis vnio operatur, quod vna monialis vnius ex dictis monasteriis vnitis, si intraret aliud monasteriū, dicitur permanere in suo monasterio, nec dicitur vagari, vel exire. Bald. *cons. 354. Dominus Papa,*

5 *lib. 4.* † Quandoq; vnio fit, vt sit res vnita, & cui vnitur, vnū corpus efficiantur, & ista est incorporatio, quæ æquiparatur alluuioni, & non datur vlla diuersitas inter vnitum, & cui vnitur. Ang. *cons. 247. Punctus, Papa uniuit.* vbi loquitur de vnione mona-

6 sterii S. Pontiani Monasterio Mōtis Oliueti Lucanæ diœceseos. † Idē, quando vnitur Comitatus, vel Ducatus Regno; quia ranq̄ per alluuionem dilatatur Regnum. Ang. *d. cons. 247. in fi.* Quan-

7 doque † vnio fit per modum gubernii, & tunc vnitū retinet sua statuta separata, & regulatur, vt prius. Ang. *d. cons. 247. post med.*

8 *circa fi.* † Extēde; quia vnio per modū administrationis nō præiudicat, & fieri potest, prout si Abbas habens plura membra sub se concedat administrationem magis vni, quam alteri, & ista

9 non est proprie vnio. Card. Zab. *d. cons. 47. circa med. & fin.* † Vnio quandocunq; fit per Papam de præsenti, & in forma gratiosa, vt quia Papa vniuit vnum beneficium alteri beneficio, & ista vnio, siue fiat de vacanti, siue de vacaturo, quod fieri potest sortitur effectum suum, cum vacat beneficium vnitum; ideo Papa huic vnioni non censetur derogare, nisi in specie faciat mentionem de vnione, vel vnionem suspendat. Staffil. *de liter. gratia fol. 34. ver. dubitatur, nunquid.* † Aliquando fit in forma cōmissionis; 10
quia Papa non vniuit, sed vniri mandauit per cessum, vel decessum, & isto casu non quæritur ex tali vnione ius in re, sed ad rē. Staffil. in loco supra allegato *fol. 34. v. sed casus.* vbi videtur tenere, quod clausula, *anteferri,* non operatur contra talem vnionem in expectatiua, & idem tenet Boer. *dec. 346. in pr.* vbi, quod reuocatio tollit istam. † Differt autem vnio gratiosa, quæ dicitur sorti- 11
ta effectum ab ea, quæ est in forma commissionis; quia ex gratiosa quæsitum est ius in re, & in beneficio vnito, in cōmissaria est quæsitum duntaxat ad rem. Staffil. *de liter. grat fol. 34. v. dubitatur. cum ver. seq.* & ideo collatio Papæ non suspendit, neq; impedit vnionem in forma gratiosa, nisi fiat mentio de ea. Rota *decis. 3. de rer. permut. in antiq.* secus est, si non est gratiosa, *dec. 4 de reb. Eccles. in antiq.* † Contrarium; quia si esset capta possessio vigore vnionis, 12
tunc dicitur quæsitum ius in re; si vero non est capta possessio, non potest dici sortita effectum, & sic non competit ius in re, sed ad rem, & super hoc emanauit constitutio Martini Papæ V. de qua meminit glossator *reg. Cancel. antiq. glo. 11.* sequitur Boer. *d. dec. 346.* qui videtur intelligere de pacifica possessione. † Extēde hoc 13
contrarium; quia procedit etiam, quando stetit per habentem vnionem, quominus possessio caperetur; quia paria sunt, quod pacifice quis non possideat, vel quod stet per eum, vt per glo. in *d. reg. 11. in prin.* Boer. *d. dec. 346.* † Quandoq; fit vnio titulorum, & 14
ista est propria vnio, quandoq; fit vnio aliquorum bonorum, & ista est alienatio bonorum, vel donatio. Card. Zab. *cons. 47. Reuerende pater, per tot.* † Quandoque fit vnio per modum transla- 15
tionis, & hoc dupliciter; primo, quando Ecclesia, vel monasterium destruitur propter aeris intemperiem, prædones, & incursus latronum, & alibi ædificatur; & isto casu prima destructa nihil retinet; secundo casu, quando prima Ecclesia non destruitur, sed secunda ædificatur aptior, vt sit eadem; quia vtraq; retinet eadem priuilegia. Lap. *alleg. 68. Quæris, an liceat.* † Quandoque fit 16
vnio de Ecclesia, & monasterio latiori, vt ad obseruantiam strictiorem alterius Ecclesiæ, vel monasterii transeat, Guido Pap. *cons. 134. n. 2. v. secundo premitto,* & ideo monasterium S. Augustini potest transferri ad monasteriū, seu regulam strictiorem S. Benedicti, vt ibi Guid. Pap. *nu. 3.* † Et talis vnio potest fieri, & valet 17
sine superiore in præiudicium monasterii transeuntis ad aliam regulam strictiorem, licet non in præiudiciū superioris, qui potest reuocare, si velit. Guid. Pap. *d. cons. 134. n. 6. ver. pro expeditione.* † Quandoque vnio fit per Papam, & datur facultas capiendi 18
possessionem propria auctoritate beneficii vniti, quandoq, nō, & quando non est data facultas, non potest capi sine ordinarii licentia; quia Papa non censetur velle illi præiudicare. Boer. *d. decis. 346. ver. licet enim, circa med.* † Restringe in vnione ordinarii; 19
quia potest absque licentia capere possessionem beneficii vniti, Boer. *d. dec. 346. prope fi.* † Quandoq; vnio fit per modum dismē- 20
brationis bonorum, vel partis curæ, & hæc quidem fieri potest ex causa per Episcopum, vt auferat ab vna Ecclesia, & applicet alteri. Fed. de Sen. *cons. 224. in prin.* Card. Zabar. *cons. 65. col. 2. ver. venio igitur.* † Declara; quia dismembratio est magis odiosa; ideo 21
requiritur consensus Capituli; item requiritur citatio Ecclesiæ; cui præiudicatur, licet citatio in vnione non sit necessaria, alias dismembratio non valet. Zabar. *d. cons. 65. n. 2. & seq.* Vnio etiam fit de bonis, & locis profanis; vnde vna villa potest alteri vniri. † Operatur hæc vnio locorum, vt locus vnitus dicatur accipere 22
omnia priuilegia, quæ habet locus, cui fit vnio; vnde pascua cōmunicari debent, & alia priuilegia. Calcan. *cons. 34. Quia dubitatio per tot.* maxime *in prin.* † Extende; quia etiam communican- 23
tur onera; quia participans de commodo etiam participat de incommodo. Calcan. *d. cons. 34. in prin.* † Extende, quia ius pa- 24
ciscendi competens loco vnito, vel loco, ad quem fit vnio, etiā competit alteri. Calcan. *d cons. 34. nu. 2. & seq. per tot.* † Restringe, 25
quia locus vnitus non tenetur ad onera loci, ad quem fit vnio causata ante vnionem. Bart. *in l. 1. §. si coheredem. ff. ad leg. Falc.* Calcan. *d. cons. 34. in prin.* quia sicut forensis veniens ad habitandum non tenetur ad debita præterita; ita nec locus vnitus. † Proba- 26
tur vnio villæ ad illam, quando habent vnicum æstimum, & simul ad inuicem contribuunt ad onera. Calcan. *d. cons 34. in princ. ver. quod autem villa.*

Vnio requirit causam, & multa alia. Concl. 231.

1 VNIO † duarum Ecclesiarū ad hoc, vt ab Episcopo fieri possit, requiritur causa tenuitatis fructuum Ecclesiæ, cui fit vnio. Oldrad. *cons. 260. Quod vnio, in princ. c. eam te. de ætat. & qualitat. &*

*cons.*261. *In vnione*, vbi, quod requiritur solemnitas, & causa, videl. euidentis necessitatis; vel vtilitatis, idem Oldr. fusius *cons.*262. *In quæst. in pr.* vbi, quod requiritur causa necessitatis, vel vtilitatis, & quod sit euidens, & quod causa tenuitatis fructuum sit legitima, Oldr. *cons.*296. *n.*2. plene Guid. Pap. *cons.*134. *Circa processū, n.*2. vbi,
2 quod requiritur causa, videlicet vtilitatis, vel necessitatis. † Amplia, vt eadem causa requiratur in annexione Ecclesiæ alicui præbendæ, vel dignitati, quæ requiritur in vnione. Oldr. *d. cōs.*260. *in*
3 *pr. ver. & eadem causa.* † Amplia, quia iusta causa requiritur nedum in vnione beneficiorum, sed etiã in vnione Castrorum, seu territoriũ, prout si vnum castrum sit diruptum à bellis, & territorii vniatur alteri castro, quia requiritur iusta causa. Roman. *cons.*275. *Quoad primum, in pr.* vbi apost. in *ver. iustis.* quæ dat concord. & re-
4 latiue dicit, quæ sint iustæ causæ: † Amplia, quod causa debeat, p bari ab eo, qui asserit, quia non præsumitur, etiamsi esset enuncia-
5 ta à Prælato. Oldr. *d. cons.*261. *In vnione.* † Amplia, quia solemnitatem, & euidentem vtilitatẽ requirit vnio, quæ debet probari ab asserente, nec præsumitur, alias est nulla. Dec. *cons.*232. *vol.*2. *ver. sed*
6 *dato, quod vnio.* † Extende etiam in vnione facta per Pa, am ex causa, quia debet probari, alias vnio est nulla, seu potest nulla declarari, vel dissolui. Deci. *d. consil.*232. *n.*3. † Extende, et si motu proprio esset concessa, quia est odiosa, & ipso iure nulla, si causa non
7 iustificetur. Dec. *dict. consil.*232. *num.*3. vbi apostill. in *ver. nullam*, allegat concord. † Declara, quia licet motus proprius tollat subreptionem, tamen si causæ narrentur in vnione, quibus cessantibus vnio esset nulla, motus proprius non operatur, nisi causæ nar-
8 ratæ sint veræ. Card. Zabar. *dict. consi.* 93. *in princip.* † Amplia; quia
9 scripturam requirit vnio secundum Crauett. *consil.*258. *num.*11. Vi-
10 de, *Vnio ex quibus probetur, licet de ea non constet. Concl.*241. † Amplia, quia consensus Capituli requiritur in vnione, in tantum, quod non valeat consuetudo in contrarium. Abb. *consil.*106. *Per primum, colum. pen. num.*4. allegat *clem. si vna de reb. Eccl. non alien.* Vide, *Vnire*
11 *quando possint Episcopus, & alij beneficia Ecclesiastica, & quando secus. Con-*
12 *clus. proxim. sequent.* † Nec sufficit consensus Abbatis solus, sed requiritur consensus Capituli. Crauet. *dict. consil.*258. *num.*11. † Item,
13 si Abbas vult vnire territoria, debet requirere consensum Episcopi, in cuius diœcesi sit vnio, & si est exemptus, requiritur consensus Papæ. Rom. *consil.*275. *in princip.* † Declara, nisi Abbas præscripsisset ius vniendi sine consensu Episcopi, vel si duraret vltra 40.
14 annos. Rom. *d. cons.*275. *nu.*2. *ver. iis tamen non refragantibus.* † Æquiparatur vnio adoptioni, quia si dignitas vniretur, requireretur vltra causam consensus Capituli Ecclesiæ vnitæ. Bald. *cons.*1. *in princ. ver. in contrarium, lib.*1.

Vnire quando possint Episcopus, & alii beneficia Ecclesiastica, & quando secus. Concl. 232.

1 VNIRE † potest Episcopus Ecclesias sibi subiectas ex causa iure ordinario. Oldr. *cons.*257. *Factum tale est, num.*5. *ver. dico tamen*, vbi multa, quæ potest Episcopus, & *cons.*260. *Quod vnio, in pr.* vbi, quod non potest vnire duas Ecclesias, nec annectere vnam Ecclesiam præbẽdæ, vel dignitati, nisi ex causa tenuitatis fructus.
2 † Declara tamen, vt Episcopus possit vnire Ecclesiam curatam cum consensu tui Capituli, alias vnio est nulla, quia vnio est alienatio. Gem. *cons.*87. *Apparet quædam, in pr.* & quod requiratur con-
3 sensus Capituli. Staffil. *de lit. grat. fol.*81. *ver. quandoque.* † Sufficit tamen, quod consensus Capituli interueniat post vnionem. Boer.
4 *decis.*345. *n.*3. † Amplia, vt etiam possit vnire Ecclesiæ suæ indigenti iure ordinario, & ex causa. Oldrad. *d. consil.*257. *nu.*3. *& seq. per tot.*
5 *consil.* † Amplia, quia in vnione requiritur tractatus, & aliæ solemnitates, quæ requiruntur in alienatione rerum Ecclesiæ. Abb. *cons.*106. *ver. præterea dicta diuisio.* Oldr. *consil.*260. *Quod vnio, in pr. &*
*cons.*261 *In vnione, & cons.*262. *In quæstione. in princ.* & Deci. *consil.*232. *n.*3. *ver. & dato, quod*, Lap. *alleg.*68. qui loquitur in vnione, & trans-
6 latione. Crauet. *consil.*258. *num.*10. *&* 11. † Contrarium tenet Bisignett. *decis.*1. *de reb. Eccles.* quando vnio fit in diœcesi, secus si extra diœcesim, vel de parte tantum; quia sectio magis odiosa est, idem
7 tenet *dec.*1. *in antiq. eod. tit.* alias 166. † Amplia, vt nec requiratur cõsensus Capituli in vnione Episcopi vtiliter facta suæ Ecclesiæ. Oldrad. *d. cõs.*257. *n.*9. *ver. nec in vnione*, vbi loquitur per verbum forte.
8 † Amplia, quia Episcopus licet nõ possit conferre beneficia deuoluta, tamen si Ecclesiæ sunt pauperes, potest non obstante deuolutione ex causa illas vnire, & commendare. Fed. de Sen. *cons.*111. *n.*6. *ver. item quæritur.* vbi *n.* 7. quod talis vnio non potest præiudicare collationi Papæ, quæ rumpit vnionem, etiam si de ea non sit
9 facta mentio. † Amplia, quia Episcopus potest vnire beneficia
10 exempta de consensu exemptorum, Guid. Pap. *cons.*134. *n.*4. † Cõtrarium videtur velle Card. Zabar. *cons.*47. *in princip.* sed loquitur simpliciter, & non de consensu exempti. † Amplia, quia Episcopus vnire beneficia nõ vacantia, sed bene verum est, quod talis vnio non præiudicat obtinenti beneficium vnitũ. Alex. *cons.*
219. *Ponderatis, n.*17. *& seq. ver. & non obstat, lib.*6. † Amplia, quod Episcopus licet non possit conferre beneficium reseruatum; tamen potest vnire ex causa, & valeat vnio reseruati. Fed. de Sen. *cons.*
112. *in fi. ver. item quæritur*, sequitur Cald. *cons.*41. alias 3. *de constit. in*
ea fi. ver. imo etiam, vbi, quod non tamen impeditur collatio Papæ, & latius *cons.*273. alias 11. *de reb. Eccles. non alien.* vbi dicit procedere, dummodo absit fraus, vt ibi dicit. † Contrarium tenet Lap. *alleg.*
27. *circa pr. ver. item hoc maxime.* † Declara, quia licet valeat vnio de reseruato facta per Episcopum; tamen non impedit collationem Papæ. Fed. *cons.*111. *n.*6. *ver. in contrarium facit, & cons.*112. *in fi. Felic*
*in nostra, coroll.*27. *de rescript.* vbi, quod valet, siue fiat ante reseruationem, siue post, sed tamen, quando fit post, non impedit collationem Papæ, etiam si non fiat mentio de vnione, quando fit mentio reseruationem vnio, non valet prouisio non facta mentione, nionis. † Extende, vt idem sit in vnione Papæ de reseruato facta mentione reseruationis, quia non valet, vel falsa mentio non impedit collationem factam, tanquã de reseruato. Cald. *cons.*27. alias
13. *de reb. Eccl. non alien.* Feli. *d. c. in nostra, coroll.*27. *in fi.* † Amplia, quia Abb. S. Benedicti, qui habet iurisdictionem Episcopalem, & exemptus ab Episcopo, potest vnire sicut ordinarius Ecclesias suam collationem existentes. Card. Zab. *cons.*46. *nu.*2. † Extende, quia bene potest vnire grangias, & mensas earum, illas sibi
re, prout etiam potest vnire, & diuidere bona beneficiorum
sunt de sua mẽsa; quia est potius cõcessio administrationis. Card.
Zab. *d. cons.*47. *nu.*3. † Extende, quia bene Abbates possunt vnire, quando habent ex præscriptione. Guid. Pap. *cons.*134. *n.*4. *in*
Abbates. † Restringe, quia Abbas, & Prælatus exemptus nõ
vnire beneficia etiam exempta, & sibi supposita sine Epi
sine solemnitatibus, quia est species alienationis. Cald.
lias 9. *de reb. Eccl.* allegat *clẽ ne in agro.* §. *ad hoc de stat. regul.* † Dein tamen, quod licet Abbas exemptus non possit vnire Ecclesias
sibi subiectam sine Episcopo; tamen si vnionem fecit, non tollit
præbet causam præscribendi. Cald. *cons.*271. alias 9. *dict. Eccl. non*
alien. Fel. *cons.*2. *n.*13. *ver. titulus autem.* † Declara, seu limita, quod
officium, & munus Episcopale vnire beneficia; ideo Abbas exemptus non potest vnire Ecclesias, quamuis ad Abbatem spectent
pleno iure. Rom. *cõs.*369. *Circa primum, n.*19. *ver. exemptorum enim*,
vbi, quod neq; possunt inferiores vnã Ecclesiam alteri subiectæ,
quamuis pleno iure ad ipsos spectent. † Restringe, quando non
haberet Episcopalem iurisdictionem, quia tunc vnire nõ potest
Card. Zab. *d. cõs.*47. † Limita, quia Episcopus non potest vnire Ecclesias exẽptas, sed Papa tunc vnit. Card. Zab. *d. cons.*47. *in pr.* † Limita, quia Episcopus non potest vnire Ecclesiam collegiatam
teri collegiatæ, nisi adsit consensus Capituli Ecclesiæ vnitæ. Bald.
*cõs.*1. *lib.*1. vbi in fine reddit rationem, quia collegiata est dignior,
& habet iurisdictionem, ideo nõ potest extingui sine delicto, ni
de consensu. † Extende, quia Episcopus non potest vnire Hospitale, vel Ecclesiam suæ diœcesis alteri Ecclesiæ, vel Hospitali extra suam diœcesim sine consensu Capituli sui, quia est alienatio
quam facere non potest. Alex. *cons.*219. *Ponderatu, in pr. lib.*6. † Restringe; quia licet vnio facta per Episcopum sine consensu sui Capituli de Hospitali suæ diœcesis ad Hospitale alterius diœcesis
nulla, si tamen confirmetur per Papam cum clausula, *non obstan-*
conualidatur, & valet. Alex. *d. cons.*219. *n.*2. *in fi. vers. seq. ver. tamen*
*missio non obstantibus, lib.*6. vbi, quod Papa habet plenissimam
neficialibus potestatem, quia facit de non valido validum
sine clausula, *ex certa scientia*, dummodo adsit clausula, *non obstan-*
quæ æquipollet. † Contra declarationem tenet apost. ad Alex.
*consil.*219. *nu* 5. *in ver scientia, lib.*6. † Limita, quia non potest vnire
duo monasteria, nisi ambo cõsentiant. Cald. *cons.*266. *in fi. alias*
de reb. Eccl. non alien. † Limita in vnione ad vitã, quia episcopus
potest illam facere, quia solum sunt permissæ propter debilitem Ecclesiarum, non autem propter fauorem personæ. Gem.
*cons.*38. *n.*11. *ver. sed vnio ad vitam*, quod procedit, etiam si vnire
consensu Capituli, Staph. *de litter grat. fol.*81. *ver. quandoq.*, vbi allegat Gemin. vbi supra. † Limita, quod licet Episcopus possit vnire plures Ecclesias, intelligitur, dummodo non in immensum
non omnes, & non tot, ex quibus scandalum oriatur. Oldr. *cons.*
262. *n.*2. *ver. præterea.* † Limita, qa vnio dicitur negotium ardu-
ideo Vicarius non potest vnire beneficia sine speciali mandato.
Gem. *cons*38. *n.*10. *ver. nam Vicarium.* Vide Concl. prox. seq.

Vide, *Episcopus an possit vnire beneficia, & qua-*
*liter. Concl*269.

Vnire non potest Episcopus collegiatas sine consensu Capituli. Concl. 233.

NOn † potest Episcopus vnire Ecclesiam collegiatam sine consensu Capituli Ecclesiæ vnitæ, etiamsi subsit causa legitima, & interuenerit consensus Capituli sui, & aliæ solemnitates; ideo non valet talis vnio. Bald. *consil. 1. Quædam Ecclesia. per tot. lib. 1.* vbi est casus consilii; & ratio est; quia vbi agitur de mutatione 1 2 status, non valet, quod agitur ad fauorem alterius sine suo consensu. † Amplia in monasteriis; quia non potest vnire duo monasteria, nisi ambo consentiant, & seruata forma in alienatione bonorum Ecclesiæ seruanda. Calder. *cons. 266.* alias 4. *de reb. eccl.* 3 4 *non alien.* † Amplia; quia non potest vnire beneficium, vel monasterium mutando statum dicti beneficii sine consensu sui Capituli. Calder. *cons. 274.* alias 12. *de reb. eccles. non alien.* Abb. *consil. 106.* 5 6 *circa fin. lib. 2.* † Extende in tantum, vt neq; valeat consuetudo in contrarium, vt sine Capitulo hoc faciat. Abb. *d. cons. 106. col. fin.* 7 *lib. 2.* † Amplia; quia Episcopus non potest vnire sine consensu sui Capituli. † Limita in Papa, qui potest vnire Ecclesiam collegiatam sine consensu Capituli, & valet. Bald. *d. cons. 1. lib. 1. n. 2. ver.* 8 *nisi talis vnio.* † Regula Cancellariæ 21. continet, quod vniones non fiant; nisi committantur ad partes vocatis, quorum interest, & istam regulam fuisse firmatam in Concilio Constantiensi, dicit Boer. *decis. 345. n. 4.* † Vocari debet Capitulum, cuius interest 9 tam in vnione Papæ, quam Legati, ne Legatus sit melioris conditionis, quam Papa. Boer. *d. decis. 245. num. 4. ver. ideo videtur.* † Sufficit tamen consensus vocandi etiam ex post, licet non fuerit vocatus. Boer. *d. decis. 345. nu. 4. ver. quantum autem ad consensum.* 10 † Extende in patrono laico; quia debet vocari, etiamsi gratia esset motu proprio Papæ. Card. Zabar. *cons. 96. vers. quoad secundum.* 11 † Restringe; quia non debet vocari rector beneficii vniendi. 12 Boer. *d. decis. 345. n. 4.* † Restringe; quia plebs vel populus bene ficiuendi non vocatur. Boer. *d. decis. 345. n. 4.* Vide infra, *Vnio facta per Papam, &c. Concl. 235.* Vide Concl. prox. præced.

Vnire non potest Legatus beneficia collegiata, & alia, & quando secus. Concl. 234.

LEgatus † de latere non potest vnire Ecclesias collegiatas, *c. deliberatione, de offic. legat. in 6.* etiamsi consensus Episcopi in- 1 2 terueniat. Fed. de Sen. *cons. 195. ver. ex quibus.* † Extende; quia in præiudicium ordinarii non potest etiam vnire beneficium iuris patronatus de consensu patronorum. Caputaq. *decis. 350. vnio fa-* 3 *cta.* † Amplia; quia nec potest vniuersalia beneficia, quando Episcopus priuaretur sua collatione perpetuo. Feder. de Sen. *cons.* 4 *195. in fin. ver. imo plus.* Caputaq. *decis. 350. lib. 3. vnio facta.* † Amplia; quia non potest dismembrare Legatus; quia est odiosa dismembratio, & soli Papæ reseruata. Guid. Pap. *cons. 134. nu. 4. ver. item &* 5 *per Legatum.* † Limita; quia Legatus vnire potest dignitati Episcopali beneficium etiam sine consensu Capituli. Boer. *d. decis. 345.* 6 *n. 4.* † Extende; quia Legatus potest vnire beneficia, secundum Staph. qui allegat Rotam ita tenere *in tract. de liter. grat. fol. 81. se-* 7 *cundum antiquam impres. ver. eodem modo.* † Extende; quia potest Legatus vnire monasterium, & Ecclesiam exemptam etiam sine consensu Abbatis, dummodo vniat religioni, & Ecclesiæ, vel sit dictiori, vel æquali. Guid. Pap. *cons. 134. nu. 4. ver. item & per Legatum.* vbi, quod non reperitur reseruatum; ergo concessum videtur.

Vnio facta per Papam, licet valida, non tamen præiudicat tertio. Concl. 235.

PApa, † non est dubium, quod potest vnire beneficia quæcunque. Guid. Pap. *cons. 134. nu. 4. ver. imo si Papa.* vbi latissime 1 2 de potestate Papæ. † Extende; quia nedum potest Papa vnire, sed etiam vnionem factam etiam nullam ratificare; ideo si confirmat eam ex certa scientia, reddit actum nullum validum, & non solemnem reddit solemnem. Guid. Pap. *d. cons. 134. nu. 4. ver.* 3 *præterea valet.* † Concilium vniuersale, prout fuit Concilium Basilien. potuit facere vniones monasteriorum; quia habet eandem potestatem, quam habet Papa. Guid. Pap. *d. cons. 134. nu. 4.* 4 *ver. ad secundum.* † Sed tamen vnio facta per Papam non præiudicat iuri tertii, *c. 2. de relig. domib.* Feder. de Sen. *cons. 195. in fin. ver. imo* 5 *plus. n. 2.* & ideo non præiudicat patrono. Card. Zabarel. *cons. 96. n. 3.* † Amplia, vt vnio facta per Papam de reseruato beneficio in tantum non præiudicat tertio, vt is, qui habet pro se beneficium reseruatum, præferri debeat; quia Papa vniendo sibi non censetur præiudicasse. Calder. *cons. 275.* alias 13. *de reb. eccles. non alienand.* 6 † Amplia in tantum; quia Papa vniendo beneficium non potest is, cui facta est vnio, possessionem capere sine Episcopo; quia Papa non intendit præiudicare Episcopo. Petr. de Vbald. *tract. de vnion. c. 2. ver. demum quæritur.* vbi secus dicit in vnione ordinarii, est text. *in c. pastoralis. de priuil.* † Restringe, nisi Papa dedisset 7 facultatem capiendi propria auctoritate, Petr. de Vbald. *d. tract. de vnio. c. 2. ver. demum quæritur. c. pastoralis. de priuil.* † Amplia; qui 8 vnio Papæ de beneficio iuris patronatus laicorum non valet sine consensu patronorum. Card. Zabar. *d. cons 96. n. 5.* Abb. *consil.* 9 *101. In quæstione, quæ vertitur. lib. 1. in prin.* † Extende, etiamsi motu proprio sit facta; quia motus proprius non ampliat gratiam. Card. Zabar. *d. cons. 96. n. 3.* † Amplia, in tantum vnionem Papæ 10 non præiudicare ordinario, vt si non est data licentia apprehendendi possessionem propria auctoritate beneficii vniti, illam capere non possit sine licentia ordinarii. Boer. *decis. 346. circa med.* quod non est in vnione ordinarii. † Amplia; quia si Papa vniuit 11 beneficium collatum alteri, non facta mentione de collatione, non propterea dicitur subrepticia, sed valet; quia prouisio respicit vsumfructum, vnio vero proprietatem, & stant ista simul; quia mortuo prouiso vnio habebit effectum; quia sine præiudicio prouisi facta censetur. Castr. *cons. 438. In quæstione, qua vertitur. lib. 1.* Vide, *Motus proprius apponitur in gratiis, non autem in contractibus. Concl. 407.*

Vnio facta per Papam de vacaturo, quando impediat collationem. Concl. 236.

SI † Papa facit vnionem, cum primum vacauerit P. ioratus, 1 quod ex nunc sit vnitus certo monasterio, & vacante Prioratu Papa contulit illum, non facta mentione vnionis, collatio non valet, neq; impedit vnionem. Ang. Aret. *cons. 107. In casu supradicto. n. 15 & seq. ver. cum ergo.* Rota *in antiq. de rerum permut. decis.* 3. alias 160. † Extende; quia beneficium vnitum per cessum vel 2 decessum obtinentis non potest permutari, & non valet permutatio, non facta mentione vnionis. Bisignet. *decis. 1. de rer. permut. & decis. 4. eodem tit.* quæ duplicatur *in antiq. decis. 3. de rer. permutat.* † Extende idem, quando vnio fuit reuocata, postea confir- 3 mata per omnia, prout si reuocata nunquam fuisset; quia non valet collatio postea facta. Ang. Aret. *d. cons. 107. per tot.* vbi tollit contraria, maxime *n. 22. & seq.* † Limita; quia si reseruatio præce- 4 dit vnionem, non sortitur effectum vnio in præiudicium reseruationis, & idem est, si reseruatio facta sit post vnionem, facta mentione de vnione. Rota *in antiq. de reb. eccles. non alien. an. decis. 4.* alias 19. vbi, quod etiam istud procedit, non facta mentione vnionis, quando reseruatio est motu proprio facta.

Vnio an valeat facta per Episcopum cum Capitulo ad fauorem Capituli. Concl. 237.

VNio † facta Capitulo per Episcopum cum auctoritate Ca- 1 pituli valet; quia sicut moderate potest Episcopus donare loco religioso cum consensu Capituli, multo magis Capitulo. Oldr. *cons. 132. Licet de victoria.* vbi in fine, quod potest tamen reuocari per successorem, licet sit valida. † Contrarium, quod imo 2 non potest vnire Capitulo cum consensu Capituli; quia nemo potest auctorizare rei suæ, sed requiritur consensus Papæ. Oldr. *cons. 262. n. 3. ver. præterea.* & hanc partem tenet Rota, vt *in antiq. de-* 3 *cis. 859.* quæ est 3. *de reb. eccles. in fin.* † Distingue; aut vnio fit directe, & principaliter Capitulo, & non valet; aut fit in consequentiam, puta quia vnio fit certæ dignitati, vel præbendæ, & valet. Rota *decis. 874. in antiq.* quæ est *vnica, de eccles. ædifican. prope fin.* & ibi etiam compilator approbat distinctionem. vide Feder. de Sen. *cons. 11. n. 8. ver. item quæritur.* vbi dat cautelam in alienatione Capituli, ad fauorem Episcopi, vt primo fiat ad fauorem alterius. 4 † Amplia, vt non solum valeat vnio facta Capitulo per Episcopum cum consensu Capituli, sed etiam valeat vnio ex causa facta per Episcopum suæ Ecclesiæ. Oldr. *cons. 257. per tot.* vbi etiam *num. 9.* dicit, quod nec forte requiratur consensus Capituli.

Vnire ex quibus causis possit Prælatus religiosus monasteria. Concluſ. 238.

PRælatus † religionis potest vnire duo Monasteria Mo- 1 nialium, si Moniales in altero eorundem non possunt vitam ducere honestam, & sine penuria. Feder. de Sen. *cons. 29. n. 1. in fin. ver. plus dico.* † Amplia in tantum, vt possit educere Moniales ex 2 vno Monasterio, & in aliud illas inducere, & Monasterio euacuato per Capellanum deseruiri facere. Feder. de Sen. *cons. 29. n. 1. in ver. plus dico.* & ibi apostil. prima, quæ allegat ad hoc Archidiac. 3 † Declara; quia vnio Monasteriorum non potest fieri per Episcopum, nisi de consensu Monasteriorum, & præmisso tractatu, & seruatis solemnitatibus requisitis in alienatione bonorum

Ecclesiæ; quia vnio est alienatio, in tantum, quod ista enuntiata
4 non probentur. Calder. *cons.*266. alias 4. *de reb. eccles. non alien.* † Item declara; quia solus Prælatus religiosus, etiamsi sit Abbas exemptus, non potest sine Episcopo, & sine solemnitatibus vnire Ecclesiam etiam pleno iure sibi subiectam; quia est species alienationis; bene verum est, quod si est facta, talis titulus præbet causam præscribendi. Calder. *cons.*271. alias 9. *de reb. eccles. non alienan.* † Amplia; quia Abbas potest vnire beneficia, quæ pleno iure ad eum spectant, quando est exemptus, & habet iurisdictionem Episcopalem, alias non. Card. Zabarel. *cons.*47. *Reuerende Pater. per tot.* Vide, *Abbas Cluniacensis caput Ordinis quid possit. Concl.*21. *& Concl. ibi prox. seq.*

Vnio potest fieri de beneficio non vacante. Concluſ.239.

1 VNIO † potest fieri de beneficio non vacante, maxime, quando vnio fit dignitati, & rei. Oldr. *cons.*223. *col. fin. num.*7. *ver. præterea.* vbi contrarium inquit, si fiat concessio beneficii personæ; quia non valet, nisi de vacante, & idem dicit *in cons.*257.
2 *Factum tale est, Dominus Nicolaus.* † Amplia; quia ex causa dignitas Metropolitana vnitur alteri, & sic duæ ciuitates Metropolitanæ vniuntur, vt reganturab vnico pastore. Oldr. *d. cons.*257. *n.*7. *ver. sic enim.* vbi, quod etiam prouinciæ vniuntur ex causa iusta, vt ab
3 vnico officiali supremo gubernentur. † Amplia, vt imo vnio non possit fieri de non vacanti etiam inuito rectore. Fed. de Sen. *cons.*111. *num.*6. *ver. in contrarium facit.* & ibi *num.*7. dicit, quod non
4 præiudicat rectori, donec viuit. † Amplia; quia valet vnio facta Hospitali de Ecclesia collata alteri, non facta mentione de prouisione alteri facta; quia censetur sine præiudicio prouisi, donec vixerit; quia censetur habere vsumfructum ad vitam, Hospitale proprietatem; ideo finita vita prouisi fiet consolidatio, & vnio habebit effectum suum. Castr. *cons.*438. *In quæstione, quæ vertitur. lib.*1. *per tot.*

Vnio præsumitur solemnis, & quando non. Concluſ.240.

1 VNIO † licet non valeat facta per Episcopum sine consensu sui Capituli; tamen si apparet facta ab Episcopo, licet non constet de consensu Capituli, præsumitur consensus interuenisse per lapsum 30. annorum, etiam quod appareat de instrumento vnionis, in quo non constat de consensu Capituli. Gemin. *cons.*87. *Apparet quædam vnio, ver. ad secundum, quasi per tot.* vbi est ca-
2 sus. Rom. *cons.*275. *n.*2. *& cons.*252. *n.*3. *ver. quoad tertium.* † Contrarium tenet Boer. *decis.*345. *& conclusum fuit, num.*5. vbi allegat Ge-
* min. & alios pro vtraq; parte, & dicit magis * communem hanc partem, & sequitur apostil. ad Roman *cons.*275. *in ver. interuenisse,*
*3 quæ dicit veriorem, & * communiorem. † Amplia, in tantum præsumi consensum Capituli, licet non appareat ex instrumento, vt onus probandi incumbat ei, qui negat talem consensum
4 interuenisse. Gemin. *cons.*87. *in fi. ver. ad tertium.* † Declara tamen Gemin. vt procedat eius opinio, quando interuenit diuturnitas temporis, alias secus, ita declarat apostil. 1. ad Rom. *d. cons.*275. *in*
* *ver. interuenisse,* vbi dicit magis * communem, & *in ver. longinquitatem,* vbi citat plures concord. & idem repetit *cons.*252. *Pro decisione. n.*3. *ver. quoad tertium.* vbi apost. *in ver. diuturnitas.* citat plurimos
☞ concord. Vide, *Consensus Episcopi, vel Capituli quanto tempore præsu-*
5 *matur. Concl.*748. † Extende in vnione facta per Abbatem, in qua licet requiratur consensus Episcopi, & si est exemptus, consensus Papæ; tamen præsumitur interuenisse per 40. annos, & quia Abbas potest præscribere. Rom. *d. cons.*275. *Quoad primum, &*
6 *per tot.* † Contrarium tenet apost. ad Rom. *d. cons.*275. *in ver. inter-*
* *uenisse,* vbi dicit hanc magis veram, & communiorem * opinio-
7 nem. † Declara omnes conclusiones, in quibus dicitur præsumi consensum superioris ex diuturnitate temporis, procedere, quando constat de vnione, alias frustra quæritur de præsumptione consensus, si non constat de titulo alicuius vnionis. Cra-
8 uet. *cons.*258. *n.*11. † Limita, quando ante finem perfectæ vnionis esset oppositum de consensu Capituli; quia tunc cessaret præsumptio parte opponente ante perfectum actum, Gemin. *d. cons.*
9 87. *col. fin. circa fin. ver. hanc partem puto veram.* † Contrarium tenet
* Boer. *d. decis.*345. *n.*5. vbi, quod magis * communis est in contra-
☞ rium, quod debet probari consensus ab eo, qui dicit. Vide, *Solemnitas præsumitur, & quanto tempore. Concl.*322. Vide,

Solemnitas in alienatione rei Ecclesiasticæ præsumitur, & quando secus. Concluſ.326.

Vnio ex quibus probetur, licet de ea non constet. Concluſ.241.

VNIO † probatur ex probatione, quod vnus, & idem rector semper tenuit, & possedit duas Ecclesias sicut vnicum beneficium, sicuti probatur diuersitas ex diuersitate rectorum in prouinciis, licet à principio esset vnica prouincia. Oldr. *cons.*9. *in prin.* vbi alia signa ponit, vt quando vnica decima soluitur pro eius census, parochiani promiscue in qualiber accipiunt sacramenta. † Amplia, vt vnio probetur, quando est probatum ambas Ecclesias habitas pro vna, seu pro vno beneficio, per tantorum spatium, quod memoria in contrarium non exstat. Oldrad. *d. cons.*296. *num.*3 *ver. secundo dicitur,* vbi, quod licet temporis diuturnitas non inducat vnionem, neq; obligationem; tamen inducit probationem, si ex actibus policiuis probetur obtentum ita fuisse, sequitur Balb. *in tract. præscript. in* 5 *par. prin. in quæst.*
*q.*19. Abb. *cons.*106. *in fin. lib.*2. Boer. *decis.*345. *n.*6. *ver. quid tamen,*
stat. † Et quod requiratur tantum tempus, quod non exstet memoria in cõtrarium in vnione duarum Ecclesiarum curatarum, quia agitur de acquisitione contra ius publicum, publice alt. *cons.*70. *In causa inter Dominum. in prin. lib.*3. sequitur Bald. in *præscript. in* 1. *par.* 5. *partis prin. q.*19. vbi allegat Rotam, & alios, qui tenet Put. *decis.*238. *Dubitaui, lib.*1. vbi, quod non sufficit tempus 40. annorum, licet tanto tempore status beneficii non mutatus in vnione non agitur de statu, sed de essentia beneficii. Idem *cons.*2. *Dirige Domine, per tot.* Cranet. *cons.*258. *nu.*11. Verali. *& 347. par.*3. vbi dat modũ probandi vnionẽ per testes immemorabili concludẽtes. Abb. *cons.*106. *in fi. lib.*2. † Et hoc tunc est verum, vt si probatio est de minori tempore, neq; tunc onus probãdi cõtrarium. Cranet. *d. cons.*258. *n.*11. qui locum nõ habet, vbi probatur titulus. Curt. Iun. *cons.*90. *col.*2. † Extẽde idem ne simplicium beneficiorũ, vt dicit apost. ad Alex. *d. cons.* *ver. curam.* † Contrarium videtur tenere Cranet. *cons.*258. n. Mascard. *de probat. concl.*586. *n.*6. vbi late sequitur Cranet. in duobus curatis. † Extẽde idẽ in vnione simplicis ad curatum, prout Capella vnita plebi; quia si probatur, q; per tempus immemorabile fuit tẽta vnita, probatur vnio. Abb. *cons.* *inc. in fin. lib.*
† Qualiter probare debeant testes immemorabile præscriptio, & nemo dic, q; debẽt deponere nõ extare memoriã in cõtrarium, & q; semper ita viderũt, & audiuerũt, nec vnq; viderunt, & audiuerũt cõtrarium, & q; communis * opinio semper fuit, alias non probant immemorabilem. Fel. *in cons.*2. quod est Philippi de Perusio *in fi. n.*8. Caputaq. *decis.*344. *lib.*3. † Et debent esse 60. annorum. Caputaq. *d. decis.*344. *lib.*3. † Et ideo testes deponẽtes de memorabili iudicio suo, vel suo credere nõ probãt immemorabilẽ, nisi reddãt bonã scientiam. Fel. *d. cons.*2. *n.*6 & 7. vbi de hoc
Vide, *Tempus centũ annorum, & tempus immemorabile sunt diuersa, qualiter probetur. Concl.*39. † Restringe, qñ allegatur titulus, & batur per famã; quia tũc sufficiunt 40. anni. Rebuff. *in praxi, tit. vnio. n* 35 *fol.* 214. vbi, q; etiam sufficit allegatio tituli vnionis, & stes deponant, quod fuit posse ssum beneficium tanquã vnitum per 40. annos, & pro hac parte allegat plures Put. *decis.*238. *n.* videlicet Cassad. *cons.*10. licet ipse teneat contrarium. † Contrarium, quod si testes deponerent vidisse, possideri beneficium quam vnita per 40. annos, quod non sufficiat, nisi titulum probent; quia ista non est probatio tituli, sed probatio possessionis plene Fel. *d. cons.*2. *n.*12. *ver. est ergo necessarium.* maxime, qñ inter gari dicunt nescire quis vniuerit, & est consil. Philippi de Perusio, & pro hac parte plene Put. *d. decis.*238. *lib.*1. vbi reddit rationem, qa in vnione nõ agit de statu, sed de substãtia beneficii vniti, ta *in antiq. decis.*9. *de reb. eccl. nõ alien.* & *supr. in ver. & quod requiritur.*
† Declara; quia imo testes deponentes de possessione 40. annorum Ecclesiarum vnitarũ satis probant præsumptum titulum vnionis ex quo concurrit, q; sumus in successore, & quod Ecclesia vna est pauper, & q; ita communiter * tenetur, Felin. *d. cons.*2. quod responsuum præced. consilio Philip. de Perusio *n.*16. & *seq.* latissime hoc cõprobat, vt sufficiant coniecturæ & præsumptiones, ex quo titulus non habetur. † Declarat Crau. *d. cons.*258. *n.* *v. respondeo,* q; sufficiat ista probatio 40. annorum, quando nullus contrarium probatur clarius, sed si actor habet clariores probationes, non releuat probatio præsumptiua, nõ obstante titulo, nisi immemorabilis, vbi in fine dicit, q; non procederet ista probatio per 40. annos, nisi titulus, & bona fides allegetur per eum, qui titulum sup vnione ex longa possessione per annos 40. vel 50. Declara; quia per testes nõ ꝓbatur vnio secularis ad regulare, vel ecotra; quia quantumcunq; possederint seculares, vt vnita regulari. non probatur vnio, neq; præsumitur, pro quo vide pro vnita

16 q ie parte. Boer. *decis.345. in fin.* † Restringe, quando probatur titulus; quia bene sufficiunt 40.anni, si titulus est habilis ad præscribendum. Felin. *d. cons.2.n.2. & seq.* vbi per totum, & melius declarat eodem *cons.2.n.11. ver. est ergo.* quod est replicatio, vbi, si cõstat de titulo vero, non requiritur præscriptio; si vero titulus est putatius, vt quia facta ab ordinario sine solemnitate, vel facta ab inferiore, qui non habebat facultatem, vel facta ex falsa causa, 17 bene sufficit præscriptio 40.annorum. † Et debet titulus probari per scripturã; quia vnio cum sit alienatio, requirit scripturam, plene Cravet. *cons.258.nu.11.* vbi dicit, quod ad hoc, vt præsumatur solemnis, debet per scripturam probare, alias non sufficit probatio per testes, clarius Mascar. *concl.586. in prin.* allegat Alex. 18 *cons.219.n.13. lib.6.* & alios. † Contrarium, quod longa obseruantia, & diuturnitas temporis probet vnionem, Calca. *cons.34.n.4.* 19 † Pro contrario, quod imo vnio præscribatur spatio 40.annorum, tenet Boer. *decis.345. & concluſum fuit. in fin. ver. quinimo sufficiunt.* Alex. in *cons.70. in prin. lib.1.* & videtur de mente Anton. de Butr. *in c. cum de beneficio.n.5. & 6. de præb. in 6.* dum vult, quod contra priuilegium præscribatur 40.annis, quando priuilegium nõ 20 prohibet per modum inobedientiæ. Calcan. *d. cons.34.n.4.* † Et facit; quia præsumitur, quod tanto tempore Episcopus visitando voluerit videre titulum, & quod non toleraſſet intrusum. Dec. *cons.121. & cons.409. Viso consilio. col.1.* Roman. *cons.275 Quoad primum, an Abbas. nu.3.* Gemin. *cons.87. Apparet quædam vnio. num.2.* Alex. *cons.219. Ponderatis iu. n.13. lib.6.* Ias. *cons.176. num.2. lib.2.* cum aliis, quos allegat Mascard. *Concl.586.n.3.* Boer. *decis.345.n.5. & 6.* 21 † Contrarium, quod dicta præsumptio non releuet, si non constet de vnione, Alex. *cons.70. In causa inter dominum. n.12. lib.3.* se- 22 quitur Mascard. *d. concl.586.n.5.* † Dicit tamen Cravet. *d. cons.258. n.13. ver. respondeo.* quod prædicta procederent, quando actor non probaret ipse melius ius suum, sed quando probat melius, istæ 23 præsumptiuæ probationes non sunt releuantes. † Extende contanum; quia etiam spatio 40.annorum beneficium vnitum sit collatiuum, ex quo tanto tempore præscribitur contra priuilegium, vt idem Anton. de Butr. *in d. c. cum de beneficio. num.5. & 6. de pœnd. in 6.* vbi Gemin. *num.5.* Franc. *num.4.* & alii, qui omnes conueniunt, hoc esse verum in priuilegio non prohibitiuo, in quo etiam procederet, non obstante prohibitione data scientia 24 Papæ, & superioris. † Amplia; quia vnio probatur, probato, quod duo loca habent eadem onera, idem æstimum, & soluunt simul, & æqualiter, & sunt eiusdem territorii, & licet habeant diuersa nomina, puta curia talis loci, & curia talis; tamen non cessat vnio, prout de Vrbe Roma, quæ vna est diuisa in regiones, 25 & curias. Calcan. *d. cons.34. in prin. & per tot.* maxime *n.5.* † Idem, si probatur, quod idem consilium constituit, quod simul denuntiat maleficia vtriusq; loci, Calcan. *d. cons.34. in fi.* vbi idem, quando sub vna Cruce fiunt processiones, & quando cadauera promiscue de vna Ecclesia ad aliam portantur. Vide plene Mascar. *Concl.179. Beneficij vnio quomodo præsumatur.* vbi, quod ex tempore immemorabili præsumitur vnio, & præsumitur solemnitas. Vide plenius eundem Mascard. *Concl.586. Ecclesiæ vnio quomodo probetur.*

Vnita Ecclesia mutat naturam, & sequitur naturam Ecclesiæ, cui facta est vnio. Concl.242.

1 Ecclesia † vnita alteri Ecclesiæ mutat suam naturam, & sequitur naturam Ecclesiæ, cui facta est vnio; & ideo Ecclesia vnita non vacat, nisi vacet Ecclesia, cui est vnita. Oldrad. *cons.257.n.16. ver. quod autem.* vbi prosequitur late *n.17.18. & 19.* Rom. *cons.330. Circa primum. n.14. cum seq. ver. hoc quidem secundo.* vbi ponit multa similia. Vide, *Accessorium sequitur naturam sui principalis.*

2 *Concl.76.* † Amplia, vt nedum non vacet, sed nec possit obtinens Ecclesiam vnitam, cuius vnionis effectus est collatus post obitum obtinentis, interim dictam Ecclesiam resignare. Oldrad. *d.* 3 *cons.257. ver. iis breuiter. n.20. & multis seqq. vsque n.26.* † Extende, vt neq; possit obtinens Ecclesiam vnitam perpetuo alteri Ecclesiæ resignare, etiam ex causa permutationis. Feder. de Sen. *cons.200. nu.1. ver. sed posito. vsque in fin.* Oldr. *d. cons.257. num.23. ver. vnde patet.*

4 † Amplia, vt in tantum Ecclesia vnita perpetuo alteri dignitati, mensæ, vel Ecclesiæ dicatur mutare naturam, vt efficiatur de proprietate Ecclesiæ, vel mensæ, cui est facta vnio; & ideo per mortem Rectoris Ecclesia, cui est facta vnio, non acquirit plus iuris in Ecclesia sibi vnita, sed solum consolidatur possessio & fructus cum proprietate iam vnita. Feder. de Sen. *d. cons.200. ver.* 5 *preterea.* † Amplia, vt in tantum proprietas Ecclesiæ vnitæ dicatur effecta Ecclesiæ, cui est facta vnio etiam in euentum, vt eueniente euentu possit Ecclesia, cui est facta vnio, propria auctoritate capere possessionem Ecclesiæ vnitæ. Federic. de Sen. *d. consil.* 200. *in fi.* qui loquitur in fortioribus terminis, quando obtinens Ecclesiam vnitam resignauit ex causa permutationis, per quam vnio plenum effectum habet. † Amplia; quia si monasterium 6 habens membrum solitum conferri secularibus clericis, vniatur monasterio habenti omnia manualia religiosis conferri solita, illud manuale seculare confertur religiosis, quando vnio est per modum incorporationis, secus si per modum gubernii. Angel. *cons.247. Punctus. Papa vniuit.* † Amplia, vt procedat etiam in v- 7 nione, & incorporatione bonorum profanorum; nam si territorium vnius castri incorporatur alteri castro, & territorio, & illi vnitur, illud vnitum sequitur naturam eius, cui fit incorporatio; ideo collectæ solui debent secundum consuetudinem, & impositionem castri, cui facta est incorporatio, etiam respectu territorii incorporati. Rom. *cons.275. Quoad primum. n.4. ver. quoad secundum.* vbi apost. *in ver. censentur.* dat concord. † Extende; quia si 8 quis ex alieno facit mixturam, vel tertiam speciem, si potest reduci ad suam pristinam materiam, prout vas conflatum ex argento, dominus argenti retinet dominium suum; si non potest reduci, dominium est facientis, & tenetur ad pretium; si mixturam facit de suo, & alieno, faciens est dominus, & tenetur prorata; & idem, quando facit de alieno per modum accessionis, prout is, qui vestimento suo purpuram alienam apposuit; quia accedens, etiamsi pretiosus sit, perdit nomen, vide *Instit. de rer. diuis. §. cum ex aliena. cum pluribus seqq.* maxime si tamen alienam. † Extende; quia vnitum beneficium alteri perdit nomen bene- 9 ficij; quia pars separata non est sub toto, sed de per se totum, & ideo rueret articulus, qui contineret beneficium vnitum esse de præsenti, prout erat. Rota *in antiq. de reb. eccl. non alien. decis.11.* alias 370. vide tamen, & declara, vt per Cassad. *decis.13. super regul.* Imo extinguitur illud, quod alteri vnitur, prout manica per se est manica si vnitur vestimento, extinguitur. gl. *in l.1. in ver. ex bonis. ff. de vsufruct. leg.* † Amplia, vt procedat, etiamsi illud, quod vnitur, & 10 efficitur accessorium, sit dignius suo principali. Roma. *cons.310. Circa primum. n.13. in fi.* vbi apostil. *in ver. dignus.* dat concord. & ibi Roman. dat plura similia, si parochialis vniatur personatui curato, vel præbendæ, & alia exempla. † Amplia; quia Ecclesia si est 11 vnita alteri Ecclesiæ, illa, cui fit vnio, erit principalis, & superior, alia erit inferior; habebit tamen priuilegia Ecclesiæ superioris, cui est vnita. Alex. *cons.140.n.6. in fin. & nu.8. ver. circa secundum dubium. lib.5.* vbi plena apostil. dat concor. *in ver. vnitur.* † Sic in pro- 12 fanis, si pecunia vnitur, vel adiicitur Regno, vel Castrum Comitatui, regulatur secundum leges, & priuilegia primi, cui accedit. Alex. *d. cons.140.n.8. & 9. lib.5.* † Sic si Marchiæ addantur aliqua 13 castra, intelliguntur esse de Marchia. Alex. *d. cons.140. n.9. ver. & similiter. lib.5.* † Restringe, quãdo dux Ecclesiæ sunt vnitæ simul; 14 quia tunc vtraque retinet sua priuilegia; quia æque principaliter sunt vnitæ. Alex. *d. cons.140. in fi. lib.5.* † Declara tamen; quia licet 15 vna Ecclesia vnita alteri, quoad superioritatem reguletur secũdum priuilegia Ecclesiæ principalis, cui est vnita; tamen quoad denominationem, attenditur sermo secundum communem vsum loquendi, vt possit dici, & disponi de bonis Ecclesiæ vnitæ, & valeat talis dispositio. Alex. *cons.140 in fin. ver. non obstant ea, quæ. lib.5.* Vide, *Dignitas, vel Ecclesia translata non retinet sua priuilegia. Concl.* M *concl.432.* Vide, *Accessorium sequitur naturam sui principalis. Concl.76.* † Limita, quando duo æqualiter vniuntur, neq; vnum alteri in- 16 corporatur; quia tunc vnum quodque retinet suam naturam, & sua priuilegia. Rom. *d. cons.275. Quoad primum. num.5. ver. sin autem.* † Limita, & est mirabile; quia si Ecclesia, vel beneficium regulare perpetuum, prout electiuum, vel curatum, vniatur alteri be- 17 neficio regulari manuali, illud manuale efficitur perpetuum, & perdit manualitatem. Ægid. *decis.206. in fin.*

Vnio ex causa facta an sit nulla cessante causa, vel sit annullanda. Concl.243.

Vnio † ex causa legitima facta, si cessat, vel ex falsa causa, 1 vnio ab initio fuit nulla. Oldr. *cons.260. in prin. ver. sed hic causa inopia.* vbi idem in minore ex causa alienante; quia cessante causa alienatio est nulla, & latius *cons.262. In quæstione, quæ ponitur. in prin.* vbi, quod requiritur causa legitima necessitatis, vel vtilitatis, & quod sit euidens, & ea cessante vnio est nulla, idem tenet Card. Zabar. *cons.96. Papa vniuit. per tot.* maxime plenissime Dec. *cons.232. Viso tenore. n.3.* Abb. *cons.101.n.7. lib.1.* Rebuff. *in praxi, tit. de vnio. gloss.5. fol.217.* vbi complures allegat. Calder. *cons.275. An vnio,* alias *fin. de reb. eccles.* Rip. *lib.2. respon. cap.10. incip. Et si vnionis.* Card. Zabar. *in clem.1.q.9. de electio.* Abb. *in c. sicut vnire. penult. quæst. de excess. prælat.* Felin. *in cap. causam, quæ. el secundo, n.2. & seq. ver. & ista*

conclusio. de testib. & hanc partem tenet Guid Pap. *cons.*134. *n.*4. *ver. secundo præmitto.* quia vnio est gratia, & falsitas causæ in gratiosis
2 vitiat ipso iure gratiam. † Extende, vt procedat, etiamsi vnio sit ex causa facta motu proprio à Papa; quia si causa narrata est falsa, quæ alias redderet de iure communi nullam gratiam, est ipso iure nulla, non obstante motu proprio. Card. Zabar. *cons.*96. *Papa vniuit. in princ. & per tot.* sequitur Dec. *cons.*232. *Viso tenore. num.*3. Abb. *cons.*101. *n.*7. *lib* 1. sequitur Card. Felin. *in c. causam, quæ. n.*2. &
3 *seq. de testib.* vbi latissime. † Contrarium, quod imo vnio subreptitia, puta ex falsa causa, non sit ipso iure nulla, sed annullanda; quia subreptio non vitiat ipso iure, tenet Rota, vt per Bisignet. *decis.*1. *in fin. & decis.*2. *de rebus eccles.* idem Bisignet. *decis.*2. *de sequestr. possess. & fruct. decis.*2. quæ duplicatur *in antiq. decis. vnica, cod. tit.* alias 150. & concordant. *decis.*2. alias 168 *& decis.*8. alias 169. *& decis.*12. alias 511. *de reb. eccles. in antiq. & decis.*1. *in nou. de excess. prælat.* & per istas decis. Felin. idem tenet *in c. postulasti. n.*3. *de rescript.* licet non bene quiescat. Oldrad. *cons.*262. *circa fin.* Guid. Pap. *cons.*134. *ver. secundo præmitto. n.*2. vbi hoc tenet, quando interuenit solemnitas. Boer. *decis.*345. *Et concl. fuit. in prin.* vbi, quod ita fuit conclu-
4 sum in Concilio Constantiensi. † Declara; quia quicquid fuerit apud antiquos, hodie Rota seruat, quod sit nulla ipso iure vnio ex falsa causa. Cassad. *decis. fin. de caus. possess. n.*21. Mil. *in ver. vnio fa-*
5 *cta ex falsa causa.* † Declara secundo; quia si seruatæ sunt solemnitates requisitæ in alienatione, licet causa narrata sit falsa, non est ipso iure nulla; quia vnio est contractus stricti iuris, & dolus, & falsa causa non reddit contractum stricti iuris nullum ipso iure.
6 Guid. Pap. *cons.*134. *n.*2. † Declara tertio; quia aut vnio est impetrata secundum formam iuris tacita veritate, & non est nulla ipso iure; aut est contra formam iuris tacita veritate; & tunc est nulla ipso iure. Guid. Pap. *d. cons.*134. *num.*6. *ver. secundo præmitto.* & hæc videtur eadem cum præcedenti declaratione, licet aliis verbis concepta.

Vnio ex multis nulla dicitur, & ex quibus. Concl. 244.

1 VNIO † est nulla, si non subest causa legitima, videlicet solemnitas, & causa necessitatis, vel vtilitatis, quæ sit euidens. Oldr. *cons.*262. *In quæstione. in prin. & cons.*261. vbi, quod debet causa probari, & *d. cons.*262. *n.*4. vbi, quod non probatur, licet enun-
2 tietur per verba iuris; quia debent specificari actus. † Item, si fiat Capitulo sine auctoritate Papæ; quia Episcopus non potest, nec Archiepiscopus vnire Capitulo. Oldr. *d. cons.*262. *nu.*3. *ver. præterea*
3 *dictæ vniones.* † Item, si fiat Capitulo, non citatis Rectoribus Ec-
4 clesiarum vnitarum. Oldr. *d. cons.*262. *n.*3. *ver. præterea dato.* † Simoniaca vnio non valet. Oldrad. *d. cons.*262. *n.*4. *ver. præterea dato, quod*
5 *omnis causa.* † Item, si tendit in graue præiudicium Episcopatus, vt si multæ Ecclesiæ vnirentur, ita quod Ecclesia Cathedralis non posset conferre, vel beneficia amitteret. Oldr. *cons.*262. *n.*5. *ver. ex præmissis.* & casus consilii est de nullitate vnionis decem parochialium Capitulo, vt propter immensitatem & nimietum
6 nulla fuerit, vel possit nulla declarari. † Item, si non interuenit tractatus, quando vnio fieret de monasterio, vel Ecclesia Collegiata. Calder. *cons.*266. alias 4. *de reb. eccles. non alien.* vbi, quod nec sufficit enuntiatio, quod interuenit. Vide, *Tractatus in alienatione bonorum Ecclesiæ qualis esse debeat. Concl.*338. † Item, si non adest con-
7 sensus Capituli, & Prælati Ecclesiatum vnitarum, quando sunt monasteria, vel Ecclesiæ Collegiatæ. Cald. *d. cons.*266. alias 4. *de reb. eccles.* Vide supra, *Vnire quando possint Episcopus, & alii beneficia Ecclesiastica, & quando secus. Concl.*232. Vide supra, *Vnire non potest E-*
8 *piscopus collegiatas sine consensu Capituli. Concl.*232. † Amplia; quia contraria, vel diuersa vnio est nulla, si non faciat mentionem de
9 prima. Guid. Pap. *cons.*134. *n.*6. † Extende; quia est nulla, si non faciat mentionem de lite beneficii vniti, & de processu. Guido
10 Pap. *d. cons.*134. *n.*6. *ver. nec obstat, si Papa.* † Extende multis modis per eundem Guid. Pap. *d. cons.*134. *n.*4. *ver. nec obstat. col. penult. vsque in fin.* si non est facta mentio de statu litis, vel de duabus sententiis, de præiudicio tertii, si literæ per Cameram, & non per Cau-
11 cellariam sunt expeditæ, & aliis casibus, vt ibi. † Amplia; quia vnio est nulla, quando qualitates, quæ retraxissent ad concedendam vnionem non sunt expressæ; quia dicitur subreptitia.
12 † Restringe, nisi motu proprio sit facta; quia motus proprius tollit subreptionem. Ang. Aret. *cons* 107. *In casu supradicto,*
in princip. & per tot. Vide Conclusionem prox. præced.

* * *

Vnio non dicitur conditionalis, licet effectus exoptionis differatur post mortem Rectoris beneficiati. Concl. 245.

VNIO † non dicitur conditionalis, sed pura, licet effectus differatur post obitum Rectoris beneficii vniti, quando maxime est facta vnio dignitati, & non personæ. Oldrad. 223. *Factum tale est, Dominus Clemens. per tot.* vbi ponit multa fundamenta. † Amplia, vt vnio commissa cum clausula, *cedente, vel decedente* tali Rectore possit fieri per exequtorē sine præiudicio tunc existentis, & dicitur impleta forma mandati. Oldr. *cons.*257. *Factum est, Dominus Nicolaus. n.*3. *ver. restat videre.* † Et talis clausula, *cedente, vel decedente*, importat, vt quomodocunque cedat, etiam fraudulenter, possit is, ad cuius beneficium est facta vnio, capere possessionem, prout si valide cessisset. Castrens. *cons.*272. *Viso tenore.* idem quem sequitur Rebuff. *in praxi, tit. de vnio. gloss. u. n.*20. † Et talis clausula, *cedente, vel decedente*, licet importare videatur conditionem; tamen si vnio est facta Ecclesiæ, vel beneficio, & non personæ tuo, importat diem, & non conditionem, quasi certo eventu per cessum, vel decessum, ita Staphil. *de liter. grat. titul. de mod. prouiden. fol.*34. *secundum veterem impress. ver. dubitatur, sunt quæ. Clausulæ vnionum quæ, & quid operentur. Concl.*372.

Vnio potest dissolui multis casibus, & quomodo. Concl. 246.

EPISCOPVS † potest dissoluere vnionem factam etiam de à principio, si tendat in præiudicium, & hoc consilio Capituli, cui vnio fuerat facta. Oldr. *cons.*262. *in fi. n.*6. Fe-
lus potest seruatis seruandis declarare vnionem nullam, quando non interuenit causa, vel eam rescindere, quatenus damnosa. Oldrad. *d. cons.*262. *num.*5. *ver. vel si velit. vsque in fin.* Ro-
plia; quia vnio facta sub modo potest dissolui, si modus impleatur. Alex. *cons.*81. *Stantibus iis. n.*6. *ver. circa secundum, vide*
*lib.*4. † Amplia; quia vnio potest dissolui, si ex ea cultus diminuitur. Card. Zabar. *cons* 96. *circa fin.* Dec. *cons.*232. *n.*4. *ver. sed*
dato. † Amplia; quia vnio facta per Papam, per cessum, vel de-
cessum obtinentis, quando est gratiosa, non cessat, nec tollitur per mandatum de prouidendo cum clausula, *antesim*, si non est facta mentio vnionis, sed bene tollitur, si est facta mentio; vbi concurrente habente expectatiuam, isto casu præferur habens vnionem puram, de qua non est facta mentio, alias præferur expectans. Staphil. *de liter grat. fol.*34. *secundum antiq. impress. ver. dubitatur, nunquid.* † Extende; quia vnio non tollitur per permutationem beneficiorum vnitorum; quia non possunt permutari, quo non vacant; si tamen Papa faceret mentionem de vnione valeret permutatio, & præiudicaretur vnioni pro illa vice. Ro-
gid. Bellam. *in tract. de permut at. benef. q.*8. *circa fin.* 2 *part. de re-*
cles. Bisignet. *decis.*4. *de rer. permutat.* quæ duplicatur *in antiq. alias*
*decis.*3. Boer. *decis.*346. *in fin.* † Extende in reseruatione facta Papam; quia si fiat reseruatio post vnionem, non tollit eam de ea Papa faciat mentionem; secus si reseruatio præcedat mentionem. *Decis.*3. *de rer. permutat. in antiq.* Boer. plene *decis.*346. *fin.* † Declara, vt per Felin. *in c. nostra. in* 27. *corollar. n.*23. *de rescript.* quod vnio facta per ordinarium ex causa legitima de beneficio reseruato, valet, sed differtur post prouisionem Papæ. † Si fiat reseruatio, & succedsiue collatio post vnionem ordinariæ tunc si Papa non fecit mentionem de vnione, non præiudicat unioni, secus si fecit mentionem de vnione; quia bene differt effectus vnionis. Felin. *in d. c. in nostra. in* 27. *coroll. de rescript.* † Extende in collatione Papæ, si de ea non fecit mentionem in prouisione. Boer. *decis.*346. *circa fin.* Felin. *in d. c. in nostra coroll.*17. *de*
script. † Restringe; quia vnio beneficii reseruati facta per Papam non facta mentione reseruationis, bene est nulla, & si conti-
tur beneficium, tanquam reseruatum, valebit collatio. Cal-
cons. vlt. de reb. eccles. non alien. alias 275. sequitur Felin. *in d. c. in no-*
in 27. *corollin fin. de rescript.* † Restringe; quia bene tollitur, & foluitur vnio facta ex falsa causa; quia est nulla per impetrationem, & reseruationem Papæ, adeo, quod præfertur impetrans etiamsi vnio sit sortita effectum, etiamsi impetratio fiat ante declaratam nullitatem. Dec. *in cons.*232. vbi apostil. *n.*3. *in ver. nullam*
dicit, quod ita practicatur. Vide supra, *Vnio ex causa falsa facta an sit ipso*
*la cessante causa, vel sit annullanda. Concl.*243. † Amplia; quia indatus ad reuocandam vnionem, potest multo magis, si est nulla nullam declarare. Dec. *d. cons.*232. *n.*3. *col.*3. † Amplia; quia vnio reuocatur, propter vtilitatē, & necessitatē Ecclesiæ. Dec. *d. cons.*232. *n.*4. *ver. similiter aliam regulam.* † Reuocatio, & dissolutio vnionis operatur, quod corpora vnita reuertuntur ad suam primæuam naturam, prout erāt ante vnionem. Calcan. *cons.*34. *n.*3. *ver. sunt*

† Am-

16 † Amplia; quia vniones reuocantur per regulam Cancellariæ 11. qñ ſunt factæ à prædeceſſoribus, & non ſunt ſortitæ effectum, & an regula cõprehendat Hoſpitalia, Leproſaria, & locapia, Mandoſ. ſuper *d. regul. q. 4.* citat pro vtraq;, & dicit, quod ſic per verba prægnantia; ſed dubium, an comprehendat commendas vnitas ordinis Hieroſolym. Pariſ. *conſ. 36 n. 14. & ſeq. lib. 4.* dicit, q̃ ſic, & idem tenuit Rota, vt per Puteam *lib. 2. deciſ. 255.* ſed hodie ſtante priuilegio Pij IV. Gregor. XIV. & Clem. VIII. q̃ poſſint vnire, ſine ante, ſine poſt mortẽ poſſeſſorũ, & q̃ niſi fiat mentio expreſſa de ordine d. religionis, non comprehendatur, vdẽ, quod non, pp priuilegia latiſſima d. religionis, quod niſi fiat mentio de ea,
17 non cenſetur Papa includere. Caſſad. ſuper *regul. deciſ. 38.* † Dicitur ſortita effectum, qñ capta eſt poſſeſſio, vt extrauag. Martini V. diſponit, de qua gloſſator antiq. *in regul. Cancell. 11.* Boer. *deciſ.*
18 *346. circa princ.* † Et idem dicit Guid. Pap. *conſ. 134. n. 5. v. ad tertium,* q̃ hic exequitor dedit poſſeſſionem, vel poſſideat habẽs vnionẽ, dicitur habere ius in re, etiam ſi ſit mota lis; quia non deſinit eſſe pacificus poſſeſſor, qñ habet adminiſtrationem, & poſſeſſionem maioris partis bonorum; ideo nõ reuocatur talis vnio; quia Papa reuocat ſolum vniones, ex quibus ius ad rem eſt quæſitum, & licet ante facta poſſeſſionẽ; quia tunc non dr̃ ſortita effectũ; ſeus eſt poſt poſſeſſionem. † Amplia; quia Papa poteſt reuocare
19 iones factas à prædeceſſoribus ſuis nondum ſortitas effectum.
20 Ang. Aret. *conſ. 107. per tot.* † Extende; quia etiã reuocatas poteſt confirmare. Ang. Aret. *d. conſ. 107. n. 14. & ſeq. v. quarto aduertendum.*
21 † Limita in Legato; qui non poteſt diſſoluere vnionem ſine cauſa legitima. Feder. de Sen. *conſ. 200. n. 2. v. præterea Legatus.*

Vnitas eſt triplex, & qualis. Concl. 247.

1 VNITAS † eſt triplex; quædam eſt augmentationis, vt homo, lapis, & ſimilia; alia adhæſionis, ſeu cohæſionis, vt dom⁹, natis, & ſimilia; tertia eſt aggregationis, vt populus, & Collegium, & licet vnicum corpus efficiant; tamen in tertia ſpecie datur diviſio, & ſeparatio, ne omnes eodem iure cenſeantur, ſecus in aliis
2 duabus primis vnitatib. Oldr. *conſ. 254. n. 9. v. ſexto opponitur.* † Amphi in vena metalli ſubtus terrã; qa licet ſit ſubtus fundos diuerſorum dominorum, nõ tamen diuiditur ſecundum terminos agrorum in ſuperficie; quia eſt vnica, & qui eam adinuenit, & acquiſiuit, efficitur dominus, ſi ab alio non eſt poccupata in aliqua parte. Caſtr. *conſ. 4. In cauſa mota, circ. fin. v. ipſa vero vena, lib. 2.* & re-
3 petit *conſ. 140. circa fi. v. col. 1. v. cuniculus iſte, lib. 2.* † Idem in lapide pro confinio inter plures poſito; quia vnicus lapis eſt, licet dum eſt plantatus, ſit diuiſus, videl. proprius cuiuſq; partis ab ea regione, q̃ diuidit, ſed euulſus efficitur communis omnium; quia eſt vnicus. Caſtr. *d. conſ. 4. in fi. & conſ. 140. col. 1. in fi. lib. 2.* vbi idẽ in lapide nato in confinio; quia donec degitur, eſt cuiuſq; partiũ, pro quanto ſe protendit terrenũ; euulſus eſt cõis pro indiuiſo; quia
☞ vnicus eſt. Vide, *Diuerſitas in eadem re non admittitur. Concl. 518.*

Vniuerſalis alienatio, & diſpoſitio admittit multa, quę ſunt prohibita alienari in ſpecie, & quando ſecus. Concl. 248.

1 IN † alienatione vniuerſali omnium bonorum venit ius patronatus Eccleſiaſticum competens alienanti; q̃ tamen ſingulariter alienari non poteſt. Oldrad. *conſ. 312. in princ.* Lap. *alleg. 130. n.*
☞ *24. circa fin. v. item ſi iuri ſucceſſionis.* Vide, *Ius patronatus, & præſentandi*
2 *tranſit cum vniuerſitate bonorum. Concl. 612.* † Declara tñ; quia licet multa ꝓhibita tranſeant cum vniuerſitate, q̃ alias non tranſirẽ; tñ iſta non eſt regula, ſed fallentia; quia regula eſt in contrarium. Signor. Homod. *conſ. 12. In caſu per vos mihi, in princ.* vbi ꝓbat ex tex.
in l. quædam. ff. de acq. rer. dom. vbi text. dicit, quædam; ergo non eſt
3 regula. † Amplia; quia licet principaliter, & de per ſe quis non poſſit renunciare iuri ſuccedendi; tñ ſub generali, & vniuerſali ceſſione, vel renunciatione venit ius ſucceſſionis. Lap. *alleg. 130. n. 24. circ. fi. v. vnde ſi iuri ſucceſſionis,* vbi loquitur in matito cedente, & renunciante omni iuri ſibi competenti, & cõpetituro in bonis vxoris, vt poſſit profiteri; quia non ſuccederet in portione debita matito ex forma ſtatuti, poſtq̃ eſt profeſſa ſtãte hac abſolutione
4 vniuerſali. † Contrariũ videt tenere Fed. de Sen. *conſ. 85. In puncto. in princ. & conſ. 85. ſtatuto, n. 2. v. iuſtificato, & n. 3.* vbi, q̃ ſtante ſtatuto, quod potentes non poſſint acquirere ceſſionem iurium çtra populares ciuitatis, nõ poſſunt acquirere, ét ſi ceſſio fieret generaliter çtra omnes nemine expreſſo; quia hoc modo fieret fraus legi; & quia tñ continet genus quoad omnes, quantum ſpecies
☞ quoad ſpecialia. Vide, *Generalis diſpoſitio omnes ſpecies comprehendit,*
5 *& quando ſecus. Concl. 29.* † Amplia; quia licet patronus non poſſit facere procuratorem ad præſentandum ad beneficium iuris patronatus, ſi non vacat; tamen poteſt facere procuratorem generalem ad præſentandũ ad omnia beneficia, cum vacauerint. Lap.
alleg. 130. n. 24. v. item patronus. † Declara tamen contrarietates, vt 6
ſit ſpeciale in ceſſione prohibita in potentiorem, quæ nõ poteſt fieri etiam titulo vniuerſali inter viuos, ſecus in teſtamento, ita declarat Feder. *d. conſ. 84. n. 2. v. præterea,* dicens rationem diuerſitatis eſſe; quia alienatio titulo vniuerſali in teſtamento dicitur ex neceſſitate, vnde illa ſola permittitur in potentiorem. † Am- 7
plia; quia licet tutor in cauſa ſpirituali debeat dari coram Eccleſiaſtico iudice, tamen ſi datur coram ſeculari vniuerſalis tutor erit etiam tutor in cauſa iuris patronatus, & in cauſa decimarum, de quibus laicus eſt inueſtitus, & in omni alio caſu, in quo laicus pupillus ſpiritualium eſt capax; ſecus in beneficialibus, & in iis, in quibus laicus eſt incapax Petr. de Anch. *conſ. 34. n. 15. & 16. v. nõ obſtat, q̃ auctoritas.* † Amplia; quia vaſalli, qui inuiti alienari non 8
poſſunt, alienantur in alienatione vniuerſali; ideo cõceſſo caſtro cum territorio in feudum conceſſi ſunt vaſalli ratione territorij in feudũ. Bal. *conſ. 97. Proponitur, quod, n. 1. in fi. & n. 2. v. item permiſſa videtur, lib. 3.* Rom. *conſ. 26. Pro deciſione, in fi.* vbi apoſt. fin. *in ver. poſſunt,* citat plurimos, & dicit * coẽm. † Amplia; quia verba generalia, & vniuerſalia comprehendunt, & faciunt venire ea, quæ alias * 9
non comprehenderẽtur ſpecialiter. Signor. Homod. *conſ. 81. n. 8. v. venio ad tertium.* vbi, q̃ propter generalitatem diſpoſitionis etiã religioſi comprehenduntur in ſolutione onerum impoſitorum à laicis ex neceſſitate imminenti. Vide, *V. vaſalli non poſſunt inuiti a-*
☞ *lienari, & quando ſecus. Concl. 30.* † Amplia; quia in cõceſſione vni- 10
uerſitatis, prout eſt territorium, veniũt multa, quę alias ſunt ꝓhibita, prout merum, & mixtum imperium, & regalia, quæ ſunt inalienabilia. Caſtr. *conſ. 63. Quod dicti redditus, n. 3. lib. 1.* † Amplia; qa 11
licet emphyteuſis Eccleſiaſtica non poſſit tranſire ad Eccleſiam, vel monaſterium de iure communi, & ex pacto; tamen tranſit titulo vniuerſali, qñ profeſſus ſuccedit vniuerſaliter. Anchar. *conſ.*
420. *Quidam ſer Antonius, in princ. & n. 9. & ſeq.* † Limita, quando 12
alienatio vniuerſalis, vel mandatum generale neceſſario referri deberet tantum ad rem prohibitam alienari, vel fieri; quia ſi non haberet alia bona alienans, vel non haberet, niſi vnicum beneficiũ patronatum, tunc actus vniuerſalis non operatur vltra id, quod operaretur particularis. Lap. *alleg. 130. n. 24. v. ſed ſi datur,* & not. *in*
c. ſi. de conceſſ. præb. † Limita; quando defectus eſſet in perſona, cui 13
vniuerſalis alienatio fiãt, ꝓut in Iudæo, vel incapaci iuris patronatus; quia vniuerſitas tituli nõ reddit habilem illum, qui eſt inhabilis. Bal. *conſ. 374. Verba Dyni, circa fi. v. hoc idem patet, lib. 1.* † Idẽ, 14
quando prohibitio eſt odio perſonæ, cui per vniuerſitatem fit alienatio; quia non valet. idem Bald. *conſ. 83. circ. fin. lib. 2.* † Limita; 15
quando prohibitio alienationis eſt; quia ius non eſt tranſibile; quia finitur morte alienantis; quia prohibitus alienare prohibet etiam per heredis inſtitutionem, & ſic per vniuerſitatem alienationis. Bal. *d. conſ. 83. An prohibita alienatione,* vbi plures caſus diſtinguit, *lib. 2.* Vide, *Alienatione prohibita an ſit prohibita haredũ inſtitutio,*
☞ *vel alienatio impropria. Concl. 263.* † Limita; quia quandoq; vniuer- 16
ſitas minas priuilegium habet; nam dotis fauore trãſit dominiũ ſine traditione; quia eſt dominium datiuum à lege; ſecus eſt, qñ mulier dat omnia bona ſua in dotem ex diſpoſitione ſtatuti, vel alias; quia requiritur traditio. Angel. *conſ. 335. Statuto Communis, in*
fin. † Limita, quando efficiens, vel diſponens caret penitus facul- 17
tate diſponendi; quia ſiue generaliter, ſiue vniuerſaliter diſponat de eo, de quo nullo modo poteſt diſponere, diſpoſitio non extenditur, neq; comprehendit caſum, ſuper quo in ſpecie nõ poſſet diſponere. Anchar. *conſ. 155. n. 10. & ſeq.* vbi, quod ſtatutum laicorum nunquam comprehendit clericos, & Eccleſias in iis, quæ eſſent contra libertatem Eccleſiaſticam. Vide Concluſion.
☞ proxime ſequentem.

Vniuerſalis diſpoſitio non valet, quæ tamen valet in particulari. Concl. 249.

CONTRARIA † regula cõſtituitur; quia multa ſunt vniuerſa- 1
liter ꝓhibita, quæ tñ in particulari ſunt permiſſa; nam teſtamentum de ſui natura reuocabile nõ poteſt aliqua obligatione, conuentione, vel pacto effici non reuocabile quoad vniuerſitatem, ſed quoad particulare bene poteſt effici nõ reuocabile, ita Roman. qui allegat *conſ. 171. Pro diuiſione, v. item nec refragatur. n. 4. & conſ. 293. n. 2. in fin.*
☞ *v. neq; enim.* Vide, *Teſtamentum poteſt regulariter reuocari, & quando* 2
ſecus. Concl. 150. † Item non valet obligatio, per q̃ adimitur facultas nubendi in genere extra vorum, & religionis profeſſionem; & tamen valet obligatio nõ nubendi in certo loco, vel certis perſonis. Roman. *conſ. 171. n. 4. v. item nec refragatur, & d. conſ. 293. n. 2.*

3 *in fin. ver. neque enim.* † Ratio diuersitatis est; quia quando aliquid permittitur fieri particulariter, quod non potest fieri vniuersaliter, est; quia particularia non inducunt factum prohibitum; quia contractus rei particularis in testamento nõ tollit liberam facultatem testandi, & particularis prohibitio nubẽdi certæ personæ, vel in certo loco non tollit liberam facultatem nubendi; secus si contrarium esset, vt plene Rom. *cons. 171. n. 4. & 5. v. nec præmissa.* v-
* bi plena apostil. *in ver. non dicitur*, quæ citat plurimos, & dicit *cõ-
4 munem.* † Sic etiam videmus, quod in prohibitis in genere, put quod lex humana non contradicat legi diuinæ, & inferior non disponat contra factum superioris, intelligitur in genere, & vniuersaliter; secus si limitative vel modificatiue in casu particulari. Vide, *Limitatio, & moderatio dispositionis non dicitur contrariari dispositioni, & quando secus. Concl. 355.* Vide, *Lex diuina quando, & per quos posit distingui. Concl. 251.* Vide, *Principaliter fieri multa prohibentur, quæ admittuntur in consequentiam, & quæ. Concl. 663.* Vide Conclusionẽ proxime præcedentem. Vide, *Prohibitus directe quando non prohibeatur per indirectum, vel e contra. Concl. 899.*

Vniuersale habet multa specialia. Concl. 250.

1 VNIVERSALE † delictũ (prout est crimen læsæ maiestatis) habet hoc speciale, quod ex delicto vnius puniuntur filij, & alij innocentes, licet contrarium sit de iure. Ang. de Perus. *cons. 63. Nobilis miles, n. 6. v. illicitum autem*, vbi, q̃ propterea oportuit Chri-
2 stum innoxiũ pati; quia pro delicto vniuersali passus est. † Idem in statuto, vel lege respiciente publicam vtilitatem, & sic vniuersitatem, & pacificum statum; quia potest imponi pœna consanguineo pro delicto bãniti, & potest tolli ius singularib. personis, q̃ alias esset prohibitum de iure. Angel. *d. cons. 63. num. 3. vsq; in fin.*
3 † Amplia; quia cũ vniuersitate transeunt multa, prohibita alienari.
Vide supra, *Vniuersalis alienatio, & dispositio admittit multa, quæ sunt prohibita alienari in specie, & quando secus. Concl. 248.* † Amplia; quia
4 vniuersale semper remanet idem, siue augeatur, siue minuatur; quia pront peculium, & alia vniuersalia semper retinent nomen.
5 Roman. *cons. 469. Quoad primum, n. 4.* † Amplia; quia in contractu vniuersali non habet locum læsio respectu aliquarũ partium de vniuersitate, sed debet esse læsio respectu vniuersitatis, ad hoc, vt attendi debeat. Bald. *cons. 91. Facti narratio, in fi. lib. 2.* Amplia;
quia in vniuersalibus pretium succedit loco rei. Vide, *Pretium in*
6 *quibus succedat loco rei. Concl. 490.* † Amplia in legato vniuersali; qa licet regulariter legatum inutile non valeat, secus est, si legatum est vniuersale; quia res particulares euictę sunt ad damnum legata-
7 rij. Ias. post alios *in l. fi res obligata, n. 23. ff. de leg. 1.* † Extende; quia imo legatum vniuersale transit cum suo onere; imo etiam si esset damnosum, obligat legatarium, secus est, si est particulare, *l. cum*
8 *pater. §. mensæ. ff. de leg. 2.* † Extende; quia legatum vniuersale de omnibus bonis mobilibus, & supellectilibus etiam dato hæredi vniuersali obligat legatarium ad contribuendum pro rata oneribus hereditariis. Ias. *cons. 65. lib. 1. in tertio dubio*, secus, si esset legatarius particularis etiam quoto bonorum, Ias. *cons. 64. lib. 1.* Vide,
Legatum omnium mobilium existẽtium in domo quæ comprehendat, vel nõ.
9 *Concl. 119.* † Amplia; quia iudicium vniuersale trahit ad se particulare. Franc. Marc. *decis. Delphin. 126. lib. 1.* Bertrand. *cons. 304. n. 6.*
10 *v. ad tertium, lib. 1.* † Restringe; quia sola confectio inuentarij non facta discussione non operatur iudicium vniuersale, quod faciat silere particulare. Franc. Marc. *d. decis. 126. lib. 1.* & idem tradit Bertran. *cons. 304. n. 6. v. ad tertium, lib. 1.* † Amplia; quia in iudicio vniuersali, prout est petitio hæreditatis, sententia potest ferri generalis, & incerta, q̃ teneatur cõuentus restituere bona hereditaria
liquidãda. Vide, *Hereditatis petitio est iudicium vniuersale, & quid ve-*
12 *niat in eo. Concl. 34.* † Amplia; quia fructus augent vniuersale, put dos, hæreditas, & similia, *l. item veniunt. §. præter hæc multa. ff. de pet.*
hæred. Vide, *Hæreditatis petitio, supra citata, v. extende*, vbi late. † Am-
13 plia; quia vniuersalia legata transeunt cum suo onere, & obligatione; secus est in rebus particularibus legatis; quia debent liberari ab hærede, plene Ias. *in l. prædia, C. de fideicom.* † Amplia; quia
14 multa conceduntur contra legatum, seu fideicõmissum vniuersale, quæ non habent locum in particulari; quia hæres fideicommissarius deducit legitimam, Trebellianicam, & sua credita, licet non fecerit inuentarium, quæ non deducit contra fideicommissum particulare, & de ratione plene Castr. *cons. 186. Dubium facit,*
15 *per tot. lib. 2.* † Amplia in iudice delegato ad vniuersitatem causarum; quia habetur loco ordinarij, & potest sua iurisdictio prorogari, Alex. *cons. 12. Viso processu, n. 4. & seq. v. primo quia, lib. 6.* pro quo plene Ias. *in l. more, n. 19. & seq. ff. de iurisd. omn. iud.* vbi, q̃ delegatus ad vniuersitatem causarum habetur pro iudice ordinario quoad multa; quia sub delegit, & alia, quæ ordinarius facit; è contra sua iurisdictio re integra morte mandantis expirat. † Amplia; quia
dispositio vniuersalis de bonis suis latiorẽ habet interpretationem, quam habeat dispositio particularis; ideo testator vniuersaliter disponens de bonis, & rebus, seu fundis suis, intelligitur non solum de iis, in quibus habet directum, vel vtile dominium, sed etiam in quibus habet actionem, vel iurisdictionem, seu iectionem, aut gubernium, seu aliud ius; secus si particulariter esset dispositio. Alexand. *cons. 59. Visis verbis, n. 3. in fin. cum seq. per to-*
ad hoc obstat, lib. 6. † Limita; quia nullum verbum adeo vniuersale est, quin restringatur ex circumstantiis. Petr. Sard. *cons. 131. n.*
23. & seq.

Vniuersitas bonorum quæ sit, & in quo differat à generalitate. Concl. 251.

VNIVERSITAS, † vel quid vniuersale dicitur aut ratione singulorum vniuersalis, aut ratione rei vniuersalis. Ratione signi dicitur, quando alicui dispositioni adiungitur signum vniuersale, vt omnia bona, omnes pecuniæ, & isto casu vniuersale signum operatur generalitatem, quæ resoluitur in singularitates; quia non plus importat genus, quam enumeratio specierum. Bald. *cons. 5. v. aut est quid vniuersale, lib. 3.* Bart. *in l. fin. §. qui in diuisam, n. 2.* Vide supra, *Verba vniuersalia omnia includunt, & qua dicantur vniuersalia. Concl. 121.* Vide supra, *Verba generalia extendunt, & comprehendunt. Conclus. 122.* † Vniuersitas ratione rei est, quando est sine signo vniuersali importat vniuersitatem, prout habetur in similia, & isto casu vniuersalitas nõ resoluitur in singularitates. Bald. *d. cons. 1. n. 5. lib. 3. v. aut est quid vniuersale.* Bart. *in l. fin. §. quinquisam, n. 2. ff. de leg. 2.* vbi exemplificat in grege, in peculio, in-
libus, quæ per nomen collectiuum Vniuersitatem important. † Restringe; quia dispositio facta de bonis mobilibus, non mobilibus, non dicitur de vniuerso facta, sed est partium. Alex. *cons. 9. Visis verbis, n. 6.* vbi apost. *in ver. vniuerso, lib. 1.* Vide,
norum appellatione quid veniat. Concl. 101.

Verba, seu nomina denotantia vniuersitatem sunt infra scripta. Concl. 252.

HÆREDITAS, † siue sit vniuersorum eius, qui disponit, siue etiam hæreditas alterius sibi legata, vel donata, *l. hereditatem. ff. de donatio.* vbi Castren. & alij *in l. cum pater. §. Lucius ff. de leg.*
2. † Patrimonium, bonorum possessio, peculium, territorium, castrum sunt nomina vniuersitatis. Bald. *cons. 32. circa fin. vers. pro-*
lib. 1. Bonorum possessio supra prox. Peculium supr. prox. † Territorium supra prox. Castr. *cons. 418. Quod dicit reddit. col. 2. vers.*
lib. 1. † Castrum supra prox. & idem Bald. *in l. fin. n. 48. C. de edict.*
ui Adrian. tollend. Innoc. *in c. ex literis, de iure patronat. n. 2. v. fallit quem sequitur* Io. Andr. *coll. 2. ver. dixit etiam Zabarell.* & alij, *dict.*
n. 10. ver. extra gloss. & communem * dicit Roch. de Curt. *in tr. de iure patronat. ver. ipse, vel is, à quo, q. 23. n. 41.* Castr. *cons. 417. col.*
in princ. lib. 1. Vide, *Castrum, villa, ciuitas, quid sint. Concl. 115.* & Con-
ibi prox. seq. † Et ideo successor in prælatura dicitur vniuersitas. Capic. *decis. 4. n. 13. & 14.* & idem in successore castri; quia dicitur successor vniuersalis; idem in successore iurisdictionis, Capic. *dec.*
20. *n.* 29. † Mensæ negotium, Mercantiæ traficum, Kalendarium negotiatio, caupona, mensa sunt nomina significantia vniuersitatem. Cuman. *in d. l. cum pater. §. mensæ. ff. de leg. 2.* vbi Castr. Vide
Mensa quid sit, & apotheca. Concl. 196. Mercantiæ, seu mercantia traficum supra prox. † Calendarium supra prox. Bart. & alij *in*
qui filium. ff. de leg. 3. Negociatio supra prox. Caupona supra prox. † Tabula, bancum, fundacum, & similia sunt nomina vniuersitatis. Castren. *d. §. mensæ, l. cum pater. ff. de legat. 2.* † Bancum est nomen vniuersale iuris. Castren. supra proxim. † Contrarium tenet Cuman. *d. l. cum pater. §. patet. ff. de leg. 2.* † Fundacum supra prox. Dos respectu mulieris dicitur quid vniuersale, secus respectu mariti. Negus. *de pignor. part. 2. membr. 4. num. 50.* † Districtus est nomen vniuersitatis, prout territorium. Castren. *d. cons.*
418. *col. 2. in princ. lib. 1.* † Curia est nomen vniuersitatis. Castren. *d. cons. 418. col. 2. in princ. lib. 1.* † Communitas, vt per Bart. *in*
extrau. ad reprimendum in ver. communitas. Vide Con-
clusionem proxime sequentem. Vide, *Nomina vniuersalia sunt nomina iuris.*
Conclus. 53.

Verba

Verba, seu nomina, quæ non denotant vniuersitatem, sunt infrascripta. Concl. 253.

1 TABERNA, † apotheca, bancum sunt nomina denotantia locum, non autem vniuersitatem. Cuman. *in §. mensæ, l. cum pater ff. de leg. 2.* & ibi Castr. Apotheca supra prox. Bancũ supr. prox.
2 † Extende; quia nomina denotantia vniuersitatem non sunt vniuersalia, quando testator non haberet, nisi locum. Cuman. *d. §. mensæ.* † Restringe; quia nomen Tabernæ, quandoq; importat
3 vniuersitatem, quando agitur de paruo præiudicio, prout de hypotheca, vel pignore, *l. cum tabernam. ff. de pignor.* † Amplia; quia
4 iudicium super istis vniuersalibus pariter dicitur vniuersale; ideo petitio hæreditatis dicitur iudicium vniuersale, etiam si ad rem particularem agatur. Vide, *Hæreditatis petitio est iudicium vniuersale, & quid veniat in eo. Concl. 34.* Vide Conclus. prox. præc.

Vniuersalis dispositio operatur, quod pretium succedit loco rei, & quando secus. Concl. 254.

1 IN † vniuersali dispositione pretium, & res succedit loco rei, &
2 quantitas loco quantitatis, *l. Imperator. § fin. ff. de leg. 2. cum l. seq. l. cum tabernam. ff. de pignor.* † Amplia; quia in vniuersalibus vna res succedit loco alterius, prout in hæreditate, *d. l. Imperator. § fin. cum seq. ff. de leg. 2.* Alex. *cons. 40. Super primo, n. 11. v. quia in vniuersalibus, lib. 4.* vbi apostil. *in ver. succedit*, citat Tiraq. *de retract. § 32. n. 10. cum*
3 *seq.* Alex. *cons. 49. lib. 3.* † Extende, quia si hæres grauatus restituere hæreditatem permutat vnam rem subiectam restitutioni cum
4 aliate, illa res recepta in permutationem succedit loco alterius rei permutatæ. Alex. *cons. 186. Omissa disputatione, in prin. lib. 5.* † Declara; quia procedit extensio, si ageretur vniuersali iudicio petitionis hæreditatis contra grauatum, vel hæredes eius; nam tunc ipse non posset aliquid opponere; sed si post permutationem hæres grauatus tertio alienasset illam rem, non posset cõpetere contra illum tertium emptorẽ iudicium petitionis hæreditatis; quia illa res nunquam fuit in bonis defuncti; si vero ageretur rei venditione, vel Publiciana, quæ sunt iudicia particularia, vna res non succedit loco alterius. Alex. pulchre *cons. 186. n. 3. in fi. cum seq. ver. minus etiam, lib. 5.* & plenius *n. 6. v. non obstant ea*, vbi idem clarius
5 declarat. † Declara; quia imo vt possit agi petitione hæreditatis contra eum, qui emit à grauato restituere ex fideicommisso, necesse est, quod agens probet eum, qui alienauit, sciuisse tempore alienationis fuisse subiecta fideicommisso. Alex. *cons. 186. n. 5. ver. fortius videtur, lib. 5.* vbi apostil. *in ver. probare*, citat Alex. *cons. 3. nu. 3.*
6 *lib. 3.* † Limita in illicitis commerciis, & negotiationibus; quia etiam *in* vniuersalibus pretium, & res non succedunt loco rei. Bal. *cons. 135. Pater Casanas, circa fin. v. item in illicitis, lib. 1.* Vide, *Pretium in quibus succedat loco rei. Conclus. 490.*

Vniuersitas quid sit. Conclus. 255.

1 VNIVERSITAS † est multorum in vnum congregatio eidem capiti subiectorum. Oldrad. *cons. 315. Circa istud.* vbi probat
2 hanc definitionem. † Et nihil aliud est, nisi homines, qui sunt ibi,
3 sed in se est persona ficta. Anch. *cons. 158. Ex narratis, n. 17.* † Et est nomen iuris in abstracto, sicut homo in Communi nõ capax parentelæ, vt Feder. *in cons. 15. Quæstio talis. in princ.* allegat *c. Romana, in fin. & c. de sent. excommun. lib. 6.* vbi, quod vniuersitate excommunicata solum singulares de vniuersitate culpabiles sint excõmu-
4 nicati. † Et est persona ficta Vniuersitas. Oldrad. *cons. 65. col. fin. v. circa pœnam, n. 7. in fin.* vbi, quod non habet animam, neq; perso-
5 nam veram, sed quantum ad veritatem sunt nomina iuris. † Et vniuersitas est corpus quoddam, quod ex multis inuicem collectis conficitur, non autem ex vna persona. Roma. *cons. 400. Quæritur, an statutum, n. 4. v. iis tamen & cons. 436. Quod indultum, n. 3.* † Et
6 diminuto grege remanet idem grex, sicuti diminuta vniuersitate remanet eadem vniuersitas. Roma. *cons. 166. Quæritur. n. 5. v. quinto istud.* † Bene potest propter accidentia vniuersitas in vna sola
7 persona remanere, *l. sicut. ff. quod cuiusq; vniuersit. nomin. ad fin.* Rom.
8 *d. cons. 400. n. 4. & cons. 366. n. 5. v. vltimo text. & cons. 436. n. 3.* † Animam non habet vniuersitas; ideo non potest excommunicari, *cap. Romana, § in vniuersitatem, de sent. excommun. in 6.* Roman. *d.*
9 *cons. 400. n. 4. & cons. 436. n. 4.* † Et aliud est persona singularis, aliud vniuersitas. Roman. *d. cons. 400. n. 5. v. secundo probatur*, vbi, quod propterea procurator vniuersitatis nõ dicitur procurator singularis personæ de vniuersitate, & repetit *cons. 436. nu. 4. & 5.*
10 † Et ideo tãquam diuersa ponuntur vniuersitas, persona, fiscus.
11 Rom. *d. cons. 400. n. 6. & cons. 436. num. 2. in fin.* † Declara; quia appellatione personę in multis casibus venit, & continetur vniuersitas, sed illud non est ex propria significatione, sed ex extensione; ideo in fauorabilibus procedit, sed de propria significatione secus; ideo in exorbitantibus, & correctoriis, seu odiosis non venit, late Roman. *cons. 400. n. 3. v. sed iis refragari. vsq; in fin.* vbi apost. *in ver. existimo.* & plenius *d. cons. 436. in princ.* vbi apost. dat concor. Vide, *Vniuersitas quando non veniat appellatione personæ, vel secus. Concl.* 270. † Et vniuersitas est quasi idem cum communitate, quæ est
12 nomẽ generale ad vniuersitatem castri, villæ, vel municipij. Bart. *in extrauag. ad reprimen. in ver. communitas.* † Syndicum dicitur ha-
13 bere vniuersitas, quasi singulorum causam dicens, *l. vlt. § defensores. ff. de muner. & honor.* † Et quæ requirantur ad constituendum
14 vniuersitatem, vel collegium, Roman. *cons. 436. n. 6. & seq.* Vide, *Collegium quid sit, & quæ requirantur ad essentiam collegij. Conclus. 452.*
15 † Et à pari procedit vniuersitas castri cum vniuersitate ciuitatis, Alex. *cons. 1. n. 22. lib. 4.* qui loquitur in casu præscriptionis, & restitutionis in integrum. † Et in sui constitutione vniuersitas quan-
16 dam vniuersitatem constituit, & vnum corpus repræsentat. Oldrad. *d. cons. 315. n. 2.* † Et consistit vniuersitas in particularibus si-
17 mul coniunctis, *cap. in Genesi, de electio.* Vide, *Collegium nunquam moritur. Conclus. 454.*

Vniuersitas, vel Capitulum qualiter conuocandum, vel citandum. Concl. 256.

VNIVERSITAS, † & Capitulum, seu collegium ad hoc, vt le-
1 gitime dicatur conuocatum, & id, quod fit à maiori parte præsentium, valeat, debent ea seruari, quæ de consuetudine fuerunt solita. † Conuocatio autem Capituli, vel Vniuersitatis est
2 de forma, & tria requirit forma ista: primo, quod fiat conuocatio de mandato eius, ad quem spectat: secundo, quia more solito debet fieri: tertio, quod nota sint locorum exquirantur. Angel. de
3 Perus. *cons. 45. Vacante Abbatissa, posti med. ver. de forma.* † Requiritur autem commissio eius, vel eorum, ad quos de iure competit conuocatio Capituli, ad hoc vt dicatur legitime facta, veluti ad Priorem, vel alium, qui sit caput Collegij, *c. 1. de maior. & obed.* vbi
4 Innocent. † Si vero non adsit aliquis, qui sit superior, & habeat facultatem conuocandi, tunc præsentes conuocabunt absentes, videlicet hoc modo, quod si vnus tantum esset præsens, ille solus
5 potest absentes vocare, & aptantur ad veniendum, ita quod nõ venientibus aliis vocatis solus, vel saltem cum iis, qui venerint, potest procedere ad electionem. Innoc. *in l. cum nobis, n. 3. & seq. in ver. reuocare. de elect.* si vero plures sint præsentes, possunt duæ partes ex tribus præsentibus vocare absentes. Lap. *allegat. 132. n. 2. v. unde tenet.* & concordat Calder. in *cons. 432.* alias *10. de iure patron. circa fin. v. unde tenet Innocent.* † Adde, quod cessante superiore, ad
6 quem spectat conuocatio Capituli, vel eo absente conuocatio, vel iussus conuocandi spectat ad antiquiorem de Capitulo. Angel. de Perus. *cons. 45. Vacante Abbatissa. in fin.* † Declara tamẽ; quia vbicunq; Capitulum totum est cõgregatum etiam sine iussu, vel
7 cõuocatione, aut non seruata forma, nihil refert; quia sole mnitas conuocandi attenditur, quando aliqui sunt absentes, vel spreti, qui non interuenerunt, & contradicunt. Ang. *cons. 45. in fin. v. consiteor tamen.* † Extende tamen, quod illi, qui citarunt ad præsenta-
8 tionem, non habebant auctoritatem; si tamen duæ partes ex tribus præsentarunt, valet præsentatio. Calder. *cons. 433. in prin.* alias *11. de iure patron.* † Citationes autem nõ debent fieri peremptorie,
9 sed sufficit vna; quia sunt loco denunciationum. Innoc. *d. c. cum nulli, n. 5. v. item si citati. de electio.* Lap. *allegat. 122. in princ.* vbi, quod ista forma citandi est approbata à consuetudine. † Declara ta-
10 men; quia in modo citandi seruatur consuetudo, quæ præualet, sed de iure vltra duas dietas absens non citatur, & si potest fieri procurator, debet fieri, sin minus, eo modo, quo potest. Innoc. *in c. quia propter. n. 10. de electio.* sequitur Calder. *cons. 432. in fin. ver. unde Innoc. tenet*, alias *10. de iure patron.* † Amplia; quia ad hoc, vt dicatur
11 legitime cõuocata, requiritur sonus campanę, vel tubæ, vel nuncij vocatio, prout est de more, & quod in loco consueto convocetur, Bald. *cons. 283. Visa inquisitione, lib. 1.* Alex. *cons. 68. Et viso, n. 7. v. nec ad hoc obstat.* Vide, *Vniuersitas quid sit, & qualiter dicatur delinquere. Concl. 255.* † Amplia etiam in Capitulo Ecclesiastico; quia si
12 spectat conuocatio ad Decanũ, tunc de eius mandato debet cõuocari Capitulum secundum consuetudinem loci. † Et si caput,
13 ad qꝑ spectat conuocatio Capituli, nõ vult conuocare, põt coram superiore compelli. Innoc. *in c. 1. de maior. & obed. in gloss. pen. ver. & credimus.* † Declara tamen; quia Innocent. non negat, quin ni-
ior pars possit conuocare Capitulum negligente capite, quia imo duæ partes ex tribus absq; alia compulsione possunt vocare

Capitu-

Capitulum,& ipſum caput Capituli, vt plene Ægid.Bell.*conſ.*7. *n.*10.*& ſeq.v.& ſi dicatur.*vbi,ꝙ ſiue caput Capituli negligit, ſiue etiam ꝙradicat conuocare Capitulum,ex iure deuoluto poſſunt duæ partes ex tribus ſe congregare, & alios citare, & valet ꝙgre-
14 gario,& citatio,nec dicuntur contempti. † Imo qñ eſſet expediens,& vtile Capitulo,& Vniuerſitati, poſſet tunc minor de Capitulo conuocare Capitulum, Ægid.*d.conſ.*7.*n.*10.*v.& ſi dicatur,*
15 *vſq; in fin.* † Limita hæc omnia de cõmiſſione,& citatione abſentium in electione,quæ fieri poteſt non vocatis abſentib. qñ duæ partes ex tribus ſunt præſentes; quia illi ſoli poſſunt eligere.Lap. *alleg.*132.*n.*12.vbi, ꝙ tamẽ prædicta cõſuetudo,& intelige,dummodo præſentes ſaltem ſint vocati, alias ſpreti poſſent caſſare electionem,vt ibi *n.*3.*v.tertio dubitatur.* vt per Cald. *conſ.*3.*de conſtit.*
☞ quod duplicatur *conſ.*260.alias 4.*de iis,quæ fiunt à Prælat.* Vide,*Capitulum quæ poſſit facere non vocatis abſentibus,vel non. Concluſ.*49.

Vniuerſitas qualiter dicatur citata, vel monita legitime, ſunt opiniones variæ. Concl.257.

1 PRIMA † eſt,quod ſufficiat monitio ſyndici. † Secunda,quod
2 in factis Vniuerſitatis ſufficiat citatio, vel monitio officialium,in factis ſingulorum ſinguli ſint monendi.Innocent.*in cap.*
3 *humilis,de maior.& obed.* † Et vbi Vniuerſitas eſt in locis diuerſis per particulas diſtributas,debent ſinguli citari,prout in Vniuerſitate Canonicorum,vel ſcholarium. Innocent.*in cap.bonæ, de elect.*
4 † Tertia opinio eſt; quia ſufficit indiſtincte citare, vel monere officiales gubernatores Vniuerſitatis. Ioan.Andr.*in c.ſi apoſtolicæ, de præbend lib.*6. ſequitur Angel.qui recitat omnes opiniones, & hanc veram dicit *conſ.*196.*colum.*3.*in prin. ver.qualiter autem admonita.*

Vniuerſitas requirit duas partes ex tribus præſentes, & maiorem partem præſentium, & quando non. Concl.258.

1 FACTVM † vt dicatur ab Vniuerſitate, requiritur, quod duæ partes ex tribus hominum de Vniuerſitate ſint præſentes, & quod maior pars præſentium conſentiat.*l.nulli, & l.plane. ff. quod cuiuſq; vniuerſ.* Lap.*alleg.*79.*In Dei nomine.n.*1.*v.nam ſi tanquam, & alleg.*132.*Inſra ſcripta ſunt,n.*2.*v.veruntamen,* quod intellige ſemper, dummodo ſolemniter,& vocatis aliis fuerint congregati, *c.*1.*de maior.& obed.* vt videl.præſentes ſemper ſint vocãdi.abſentes veroin tribus caſibus, videl.in electione,admiſſione Canonicorũ, & in ceſſatione à diuinis. Cald.*conſ.*3.*de conſtit.* ꝙ duplicatur *conſ.* 260.alias 4.*de iis,quæ fiunt à Prælat.* Bald. *conſ.*425. *Statuto Venerab. per tot.lib.*1. vbi loquitur in Collegio,& de Vniuerſitate, Bal.*conſ.* 81.*Punctus.ſuper quo,in princ.lib.*4. vbi addit, dummodo ſint legitime congregati, & in Capitulo loquitur Ang.de Peruſ.*conſ.*45.*Va-*
* *cante Abbatiſſa,* vbi, ꝙ iſtud eſt de ſubſtantia,& atteſtatur de * cõi, prout etiam Rom.*conſ.*366.*Quæritur,n.*4.*v.*4.allegat *l.nominationẽ. C.de Decurio.lib.*10.Alex.*conſ.*68.*Et viſo,n.*8.*v. nec ſufficiat, lib.*2. vbi loquitur in ꝓbatione per teſtes; quia indefinita in teſte nõ æqui-
2 pollet vniuerſali. † Et ꝙ duæ partes ex tribus conſulũ debeant adeſſe, eſt cõmunis ſententia. Abb.*in c. humilis, de maiorit. & obed.*
* *& in c.*1.*de iis,quæ fiunt à maiori parte Capit.* Dd.* cõmuniter *in l.nul-*
3 *li. ff.quod cuiuſq; vniuerſit.nomin.* † Declara;quia de ſubſtantia Capituli,vt dicatur legitime conuocatum, & congregatũ,requiritꝫ ꝙ duæ partes ex tribus ſint præſentes, & quod maior pars ꝓſentium conſentiat,alias actus dr̃ nullus.Ang.*d.conſ.*45.*in princ.* vbi
* dicit coẽm*opin.& loquitur in reuocatione Abbatiſſæ, ſeu Vicariæ per modum prouiſionis electæ ab omni Capitulo, vt non potuerit reuocari à maiori parte Capituli, ex quo duæ partes ex tribus non fuerunt præſentes,& idem dicit Rol.à Val.*conſ.*90.*n.*
4 6.*& n.*19.*lib.*1. † Si vero duæ partes ex tribus ſunt conuocatæ, & maior pars ex eis aliquid ſtatuat,& dr̃ eſſe ſtatutum ab omnib.& valebit. Rom.*conſ.*366.*Quæritur,n.*4.*v. quarto quia,* vbi reddit rationem; quia tota vniuerſitas repræſentatur in hac minori parte de iure,allegat ſimile;quia quod ſtatuit Papa, dr̃ ſtatutum à tota Eccleſia,*c pia,de excep.lib.*6. quia tota vniuerſalis Eccleſia in Papa
5 repræſentatur. † Intelligetiã; quia ſi deficeret vnus ad ſupplendum duas partes ex tribus,licet non fuerit à principio; ſi tamen ſuperuenit,& cõtradixit,ſufficit,quod duæ partes fuerint, quocunq; modo venerit iſte, qui ſuppleuit numerum.Bald.*conſ.*425.
6 *lib.*1. † Extende;quia nedum requiritur conuocatio ſono campanæ,vel tabellæ,& quod duæ partes ex trib⁹ ſint præſentes, ſed ſi agitur de alienatione ſtabilium,requiritur etiam decretum iu-
* dicis,vt valeat alienatio.Socin.*d.conſ.*95.*n.*3 *& ſeq.* vbi *n.*4. dicit * communem,& quod requiratur decretum *n.*6.lib.3.Rol.à Val. *conſ.*90.*n.*22.*lib.*1.vbi *n.*31.dicit idem eſſe neceſſarium in reuo-
tutione ſyndici ad alienandum. Bart.*in l.nulli.n.*7.*ff.quod cuiuſq; niuerſit.nomine.* † Et habet locum hæc extenſio per modum declarationis opinionum, quando iur⁹ vel ſtatutum reſtringit,& quia dicit,non fiat,& ſi aliter factum eſt, ſit nullum. Rol.à Val. *conſil.*90.*n.*52.*lib.*1. † Extende;quia habet locum in omni alienatione.Capic.*deciſ.*93.Cranet.*conſ.*652.*n.*2. † Extende,etiam ſi gatur de fructuitate imponenda.Rum.*conſ.*67.*n.*11.*lib.*4. † Extende in locatione perpetua ad longum tempus.Bertrand.*conſ.*256.*n.* cip.*Locatio,in 2.part.* † Et quod in conuocatione Vniuerſitatis quiratur ſuperioris licentia,ponit Dec.pro concluſione veri.*cum omnes,in 1.lectur.col.fin.de conſtitut.* † Nam caput Collegii laris eſt Poteſtas, & caput Collegij Eccleſiaſtici eſt Epiſcopus Bart.*in l.nulli.ff.quod cuiuſq; vniuerſ.nomin.n.*3. quihoc dicit vetus quando Collegium nõ habet caput. † Amplia,vt imo in magnon reſpiciunt vtilitatem,& neceſſitatem vniuerſitatis,dummodotant ſtatum,requiratur conſenſus omnium collegiatorum valet,quod ſit à maiori parte,niſi omnibus vocatis.Lap.*alleg.*
*In Chriſti nomine,n.*2.*v.item eſto.quod maior pars,* vbi, quod luit ſubiectio facta à ciuitate Tudertina Eccleſiæ Romanæ omnes non conſenſerunt,nec coll. g aliter. † Amplia quæcedunt prædicta etiam in vniuerſitate caſtrorum, vill arũ corum. Alex.*conſ.*1.*n.*16.*lib.*4. Rum.*conſ.*67.*col.*6.*in fi. lib.* *conſ.*90.*n.*23.*lib* 1. † Amplia in præſentatione; quia requiruæ partes ex tribus,alias non valet. Lap.*alleg.*79.*in princ.n.* *fin.v.dico ad primam,* vbi,quod ſi duæ partes ex tribus præſentes non interuenerint,non valet præſentatio;quod procedit quando non fuerunt legitime vocati,& congregati, vt in præmitatione. Calder.*conſ.*432.alias 10.*de iure patron.* vbi dicit iuris rigore ꝓcedere,ſed quod de æquitate ſufficeret totius Collegij, ne differatur ſeruitium cultus diuini, &c. *conſ.*433.alias 11.*de iure patron.* vbi, quod valet præſentatio duabus partib. † Amplia, vt imo, etiam ſi duę partes earum præſentes; tamen abientes ſunt vocandi in tribus caſibus in in electione, & receptione Canonicorum, & ceſſatione à diuinis. Calderin.*conſ.*3.*An duæ partes,de conſtit.* & quam alleg. addit Old..*conſ.*259.*n.*8.*col.fin.* in collatione præbendarum, vbi ꝙ ſolum in ceſſatione à diuinis actus eſt nullus, in aliis agitur de contemptu,& de tribus caſibus Calder. & idem Cald.*conſ.* alias 4.*de iis,quæ fiunt à Prælat.* Vide,*Abſentes quando,& quibus vocandi ſint. Concl.*36.† Amplia, vt imo ex facto Conſulum,licet niuerſitas obligetur;tamen nõ ſufficit factum eorum in defectu quia intelligitur regula, vt obligent in iis, quæ pertinent ad cium facientium. Oldrad.*conſ.*315.*in fin.n.*4. Videinfra,*Vniuerſitas ex facto Conſulum,& Magiſtratus obligatur in multis,& quandoConcl.*260. † Amplia, vt valeat electio facta à maiori parte nium habẽtium vocem,etiam ſi alij legitime vocati non fuerint, quia ſi duæ partes vocandorum etiam ſine citatione le cõgreuerint,valeat electio facta ab eis. Lap.*d.alleg.*132.*n.*3.*v.nam* concord. Calder.*conſ.*433.alias 11.*de iure patron.* † Reſtringe hanc ampliationem, vt licet valeat talis electio;tamen ſpectant ſunt illam reuocari facere,& annullare,*v.quod ſicut,& conſiis,de præbend.* Lap.*d.alleg.*132.*n.*3.*in fin.* Calder.*d.conſ.*433.*in*lias 11.*de iure patron.* † Declara omnia prædicta,vt quod dicitur maiori parte,vel de duabus partibus ex tribus, procedat quando habiles ad regendam Vniuerſitatem;quia impuberes, & mores non computantur,etiam ſi materia ſit talis, quæ ſi non competeret Vniuerſitati,minores, & mulieres admitterentur,vt præſentatio ad beneficium iuris patronatus.Feder.de Senis. 65.*n.*2.*v.quinta vero.* † Contrarium tenet Calder.*conſ.*431.*alias de iure patronat.* † Declara, vt imo actus factus, vel ſtatutum ctum aliis præſentibus in loco ſeruitij nõ valeat vllo modo; præſentes ſunt omnino vocandi,*c.fin.de maior.& obedient.* derin.*conſ.*3.*in fin.de conſtitut.* quod duplicatur *conſ.*260.alias *iis,quæ fiunt à Prælat.* † Reſtringe declarationem, vt non procedat in iis, quæ fiunt à Capitulo, quod tenetur officio incumbente ſunt Canonici; quia in hac materia non dicitur præſens, qui in loco, niſi interuiat in officio. Calder.*conſ.*260.*in fin.* alias *iis,quæ fiunt à Prælat.* † Amplia; quia quãdo ſunt vocati præſentes & aliqui ſunt abſentes, Capitulum licite dicitur congregatum duabus partibus etiam computato vno, qui ſuperueniat in & contradicat.Bald.*conſ.*425.*Statuto venerabilis.lib.*1.vide infra 34. † Amplia, vt quæ dicuntur de Vniuerſitate,procedant etiam in ſyndico Vniuerſitatis; quia ad hoc, vt poſſit oẽs obligare, requiritur, quod ſit creatus à duabus partibus præſentibus legitime congregatis,& quod maior pars præſentium cõſenſerit, & quod obligo

obligatio sit pro bono publico. Bald. *d. cons.* 81 *per tot. lib. quarto.*
26 †Amplia intantum requiri præsentiam duarum partium ex tribus ad hoc, vt factum Vniuersitatis noceat, vt non sufficiat, quod sono cãpanæ, & more solito sit facta conuocatio; quia si duæ partes ex tribus non conuenerunt, non valet factũ à minori parte, & nõ creditur Notario dicenti; quod præsentes faciebãt maiorẽ partẽ Vniuersitatis, quando constat de contrario. Ioan. de Imo. *cons.*
27 32. *p tot.* plene Socin. *cons.* 95 *n.* 3. *& seq. lib.* 3. †Declara; quia si Notarius dicat, q̃ præsentes faciebant duas partes extribus, statur Notario, donec contrariũ probetur; si vero Notarius asserat, quod præsentes dicebant se facere duas partes ex tribus; tunc illi nõ creditur. Soc. *consil.* 95. *n.* 5. *lib.* 3. & idem dicit *consil.* 52. *n.* 4. *lib.* 4. latissime Rol. à Valle *cons.* 90. *n.* 37 *& seq. lib.* 1. Ruin. *consil.* 154. *n.* 12. *lib.* 5.
28 †Extende; quia imo ẽt si Notarius attestaretur adfuisse maiorẽ partem, nõ sufficeret; quia si vnus tantũ adesset supra medietatẽ, diceretur maior pars, quæ nõ sufficit, sed debet dicere, quod duæ partes ex tribus erant præsentes. Alex. *consil.* 1. *num.* 4. *lib.* 4. Socin.
29 *d. consil.* 95 *nu.* 3. *lib.* 3 plene Corn. *consil.* 195 *nu.* 5 *lib.* 1. † Vide tamen Ruin. *consil.* 217. *in princ. lib* 1. qui distinguit, quod imo electi à consilio, si aliquid attestantur, quod is, cui conscssernnt immunitatem, sit bene meritus, standum attestationi, donec cõtrariũ probetur.
30 †Imo *nu.* 13. *& seq d. consil.* 217. *lib.* 1. dicit, quod standum in trumẽto, in quo dicitur, quod decem interfuerunt, licet non exprimantur nomina; quia illa verba probant numerũ, & idẽ dicitur in priuilegio Consilij, vel Vniuersitatis; quia standum priuilegio, & præsumi-
31 tur pro eo, maxime si habet sigillũ Cõmunis, vide eũ. † Limita in electione, vel præsentatione; q̃a licet duæ partes ex tribus nõ sint præsentes, dũ modo fuerint legitime conuocati, sufficit, & valet, q̃ stabit præsentibus. Feder. *consil.* 65. *Infrascripta quæst. ver. ad id. quod dicitur. quarto. sub. n.* 1. qui loquitur in præsentatione. Ratio est, vt euitetur periculum moræ. Lap. *alleg.* 132. *in pr. & nu.* 2. vbi dicit ita seruare consuetudinem Cald. *consil.* 432. alias 10. *de iure patron.* vbi tenebat opin. & tenet hanc de æquitate, licet aliam dicat verã de
32 rigore. † Declara tamẽ, dũmodo omnes præsentes vocati fuerint; quia videtur, q̃ vocatio absentiũ nõ sit necessaria, ita Lap. *allegat.* 132. *in princ. Infrascripta sunt pacta.* & expresse tenet Calder. *cons.* 3. *de nostit in fin.* q̃ omnes præsentes sunt vocandi in omni actu, aliàs non valet actus, quod duplicatur *consil.* 260. alias 4. *de iis, quæ fiunt*
33 *à Prælat.* Vide supra *num.* 26. *ver. amplia quia,* & declara ibi. † Extẽde hanc limitationem, vt procedat nedum in electione ipsa, sed ẽt in omnibus actibus, qui sunt ad effectum electionis. Lap. *d. alleg.* 132. *in princ. ver. & tam in actu.* Calder. *consil.* 432. *in princ. ver. & si hoc*
34 *procedit*, alias 10. *de iure patron.* † Limita in iis, quæ fiunt vtiliter, seu advtilitatem Vniuersitatis; quia sufficit factum ẽt à minori parte duarum partium extribus. Lap. *d. alleg.* 132. *in prin. ver. item si vtiliter.* Bald. *cons.* 462. *Punctus quidã lib.* 4. vbi declarat procedere, quãdo illud factum vtile cõmunicatur omnibus, alias si certis personis tantũ, secus, & dummodo à maiori parte sit factum. Vide, *Maior*
35 *pars nihil operatur multis casib. Concl.* 15. † Limita; quia in impositione collectarum, onerum, & aliorum, quę fiunt ab Vniuersitate, valet, quod fiat à maiori parte Vniuersitatis, etiã si sint pauperiores, & alii contradicentes minorem partem personarũ faciẽtes sintditiores; q̃a attenditur maior pars personarũ. Cald. *cõs.* 262. alias 6. *de*
36 *iis, q̃ fiunt à Prælat.* † Extende limitationẽ, quod standum maiori parti Vniuersitatis, etiam si sententia cõtraria minoris partis sit humanior. Calder. *d. cons.* 262. *in fi.* alias 6. *de iis, quæ fiũt à Prælat.* † Limita; q̃a factum vtile nomine Vniuersitatis obligat singulos, quando maior pars fecit, etiam si duas partes ex tribus non repræsententẽ; secus si factum non est vtile, vel si tendat vtilitas ad commodum
37 particularium. Bald. *consi.* 462. *Punctus quidam, lib.* 4. *per tot.*

Vniuersitas, vt valide obligetur, quæ sint necessaria, vel non. Concl. 259.

1 DONATIO † facta p Vniuersitatem castri, ad hoc, vt valeat & præiudicet, requiritur, q̃ interuenerit consensus, vel decretũ Rectoris prouinciæ, vel loci, vel quod omnes de Vniuersitate singulatim consenserint. Bald. *cons.* 400. *Super primo, num.* 3. *ver. nõ*
2 *obstat. lib.* 4. quod est Bartoli, & Cyni. Vide, *Cõmunitas quid sit, qua-*
liter possit vendere, & quæ requirantur pro solemnitate. Concl. 543 † Et p̃cedũt à pari Vniuersitas castri, & ciuitatis in hoc, vt nõ curratpræscriptio contra castrum, prout nec cõtra ciuitatem. Alex. *cons.* 1. *n.*
3 22. *lib.* 4. † Declara tamen; quia si interuenit decretum superioris, quod cõgregetur Vniuersitas, illud habet vim decreti, & sufficit; ita Capic. *decis.* 4. *nu.* 9. *ver. quarta difficultas,* vbi declarat ibi Corne.
4 aliter sentiẽtem. † Amplia; quia si in loco (prout est in castro Lugi) extet statutum, quod Vniuersitas nõ possit alienare sine certa solẽnitate, quæ est vltra ius cõmune, si derogatur solẽnitati statutariæ, non censetur derogatũ solemnitati iuris cõmunis; ideo alienatio facta in vim derogationis, vel alias, non seruata solẽnitate iuris cõmunis, non valet. Alexand. *consil.* 1. *per totum,* maxime *n.* 14. *& seq. lib.* 4. † Amplia; quia vt cõmunitas obligetur, & valeat alienatio facta, requirũtur plura; primo q̃ sit legitime cõuocata sono tubæ, vel campanæ, aut alias de mandato superioris, vel aliter, si extaret consuetudo aliter faciendi. Roland. à Valle *cons.* 90. *n.* 17. *&*
5 *seq li.* 1. vbi *n.* 18. dicit seruandam esse consuetudinem circa morẽ vocandi, & quod de iure debeant omnes vocari. Bart. in *l. nulli ff.*
6 *quod cuiusque vniuer. nomine, in fi.* allegat *l.* 2. *C. de decurio. lib.* 10. † Secũdo requiritur, quod duæ partes ex trib. interuenerint, & quod maior pars ex illis duabus partibus ex tribus cõsentiat. Rol. *d. cons.*
90. *nu.* 19. *ver. secundo facit, lib.* 1. Alex. *cons* 114. *In causa, & lite, nu.* 12.
7 *ver. quia aliud est, lib.* 4. † Tertio requiritur, quod omnes habentes bona, & maxime magis honorati vocentur, & simul omnes iurẽt
8 credere expedire Rolan. *d. cons.* 90. *n.* 20. *lib.* 1. † Quarto, quod nomina singulorum describantur in rebus põderatis, & quãdo Vniuersitas non est parua. Rolan. *d. cons* 90. *num.* 21. vbi de * communi, *hb.* 1. † Declara, vt plenius Capic. *decis.* 4. *in princ.* quia si exprimit
9 nomina collectiua, aut ciuiũ, primo casu nõ requiritur specificatio. † Quinto requiritur decretum iudicis. Rol. à Vall. *d. cons.* 90. *n*
10 22. *lib.* 1. allegat plures, & est text. in *l. fin. C. de venden. reb. ciuit.* † Sex-
11 to, quod in licentia data syndico vẽdendi dicatur, quod vẽdat et verbum, *debeat*, non per verbum, *possit.* Rol. *d cons.* 90. *num.* 28. *lib.* 1.
12 † An requiratur omnia, quæ requiruntur in alienatione bonorum minoris, videlicet causæ, & subhastatio, de quib. in *ver. Minor sine*
decreto non potest alienare. Concl. 249. vide ibi, quia subhastatio, quæ
13 est in rebus fisci, non est in rebus ciuitatis, *l. Lucius.* §. *fi. in fin.* & ibi gl. *ff. ad muncip.* & ita seruari etiã dicit Imol. *cons.* 99. *in* 7. *dubio,* licet quoad minorem secus sit. Vide, *Minoris bona vt valide alienari possint,*
multa sunt requisita, & necessaria, & quæ. Concl. 268. † Cõtrariũ, quod
14 imo si sunt conuocati, & congregati legitime ab eo, qui habet auctoritatem, si nõ sunt præsentes duæ partes ex tribus, nõ est actus nullus; quia vocati debẽt venire, ita Caccialup. in *repet l. omnes populi n.* 41. *ff. de iust. & iur.* vbi dicit * communem. † Et procedit cõtrarium, etiam si duæ partes venerint, & postea aliqui recedant, ita
15 quod remaneant præsentes duæ partes. Crot *d. l. omnes populi. n.* 47 *& seq. ff. de iust. & iur.* † Declarat Caccialup. *d. l. omnes populi. n.* 42. *&*
seq. quod prima opinio, quæ requirit duas partes ex tribus esse præsentes, procedit; quando se ipsos cõgregauerunt; secus si de mandato superioris; vel procedit, quando sumus in valde arduis, cõtrariũ in minus arduis, quia vocati debent venire, & si cõtumaces
16 sunt, nõ audiẽdi, alias negocia cõmunitatis esset derelicta. † Amplia; quia quod dicitur de Vniuersitate ciuitatis, procedit etiam in Vniuersitate castri, vel villæ. Roland à Valle *dict. cons.* 90. *n.* 23.
& seq. li. 1. Vide, *Ciuitas quando obligetur ex mutuo, & aliis contractibus.*
Concl. 282. Vide, *Vtilitati Ecclesiæ quando aliquid conuersum esse dicatur. Conclus.* 375. † Limita, quando omnes de cõsilio, nullo discrepante, aliquid cõmuni voto faciunt non seruata forma; quia tunc
17 valet, ex quo omnes sunt præsentes, & volentes. Roland. à Valle
18 *d. cons.* 90. *nu.* 48. *& seq. ver. nec obstant. lib.* 1. † Limita; quia stante statuto, quod non possit alienari aliquid de hauere Communis, nisi per consilium generale, non comprehendit concessionem exẽptionis factæ propter benemerita exempti; quia verbũ, *hauere Cõmunis*, intelligitur de redditibus penes communitatem, ita Ias. *cõs.*
101. num. 4. *lib.* 4.

Vniuersitas ex facto Consulum, & Magistratus obligatur in multis, & quando secus. Concl. 260.

VNIVERSITAS † regulariter obligatur ex facto Cõsulũ, & deputatorum à Magistratu quo ad ea, quæ respiciunt officium
1 facientium, & ipsorum Consiliatorum. Oldrad. *consi.* 315. *in fi. n.* 4.
2 *ver sed idem.* † Amplia, vt Vniuersitas dicatur facere id, quod maiores de Vniuersitate faciunt, vel maior pars maiorũ aliquid facit.
3 *ff quod cuiusq; vniuer l. nulli & ff. ad municip. l. quod maior.* † Amplia, vt intãtũ procedat, quod quando Vniuersitas debet puniri, puniãtur maiores de Vniuersitate *c. veniens, de simon.* Feder. de Sen. *cons.*
15. n. 3. *ver. & cum delicta*, & latius *n.* 6. *ver. & non obstant iura*, vbi reddit rationem; quia ipsi præsumuntur mandasse fieri delictum, cũ habeãt gubernium. † Limita; quia in arduis soli Decuriones, vel
4 officiales non possunt constituere procuratorem, sed requiritur, quod cõstitutio fiet ab Vniuersitate cũ auctoritate superioris. Gemin. *cons.* 149. *in pr. ver. ité non apparet.* † Extẽde; quia imo Antiani; &
5 Cõsiliarii ciuitatum, & Castrorũ nõ possunt procuratorem constitue-

stituere, neq; bona Vniuersitatis obligare, Vant. *de nullit. ex defectu mandati num.* 127. vbi reddit rationem; quia liberam administrationem non habent. Alex. *cons.* 186. *Visis subtilissimis, n.* 8. *& seq. li.* 2. *& cons.* 135. *in pr. li.* 7. vbi, quod nõ possunt obligare. † Extẽde; quia quod non possunt Antiani, & Priores Aretii in ciuitate Aretina, non possunt etiam priores Florentiæ ciuitatis dominãtis.

7 Dec. *cons.* 72. *in fi.* † Restringe; quia bene Decuriones possunt cõstituere procuratorem, quorum loco hodie sunt Consiliarii, nõ

8 autem Antiani, vel Priores. Alex. *cons.* 17. *in pr. lib.* 6. † Restringe, quando tale mandatum fuisset ratificatum à consilio generali sciente. Alex. *dict. cons.* 135. *n.* 2. *li.* 7. secus, si ratificatio nõ sit certa, Deci. *d. cons.* 72. *in fi.* vbi distinguit, an ex certa sciẽtia, vel in forma

9 communi. † Limita, quia non possunt capita creditorum cõstituere procuratorẽ, sicut nec Priores, qui sunt capita Vniuersitatis à maiori. Alex. *consil.* 186. *nu.* 8. *& seq. lib.* 2. † Limita; quia Vniuersitas nõ punitur ex facto, vel delicto Consulũ, vel Officialiũ. Vide plene, *Vniuersitas quid sit, & quando dicatur delinquere. Conclus.*

255. Vide, *Decuriones, Antiani, & Priores, & eorũ priuilegia. Concl.* 127.

Vniuersitas nõ afficitur, neq; obligatur ex actib singulorum de Vniuersitate, & quando secus. Cõcl. 261.

1 VNIVERSITAS † tanquam vnum corpus non afficitur ex actibus, & gestis singulorum de Vniuersitate. Oldr. *cons.* 224. *n.* 19. *ver. non obstat hoc*, vbi arguit, quod licet omnes de Capitulo singulariter subiecti sint Episcopo; non tamen sequitur, quod

2 Capitulum sit subiectum. † Et aliud est factum Vniuersitatis, aliud factum singulorum. Feder. de Sen. *consil.* 15. *in pr. ver. præterea aliud.* Vide plenius per Anton. Gabriel. *lib.* 6. *tit. de cuiusque vniuersitatis nomine. Concl.* 1. *Vniuersitas & singulares an sint idem* † Amplia; quia si maior pars Vniuersitatis habentis ius patronatus præsentauit, non possunt postea singuli de Vniuersitate contrauenire;

3 quia actus singulorũ non attenduntur. Lap. *alleg.* 79 *In Dei nomine, num.* 2. *& 3. ver. item si vt præfertur.* † Amplia, vt si collatio spectet ad Episcopum, & Capitulum, non valet collatio facta ab Episcopo, & duobus, vel tribus Canonicis consentientibus tanquam à maiori parte; quia licet solus Episcopus habeat medietatem, & Capitulum aliam medietatem; tamen non augetur medietas per consensum singulorum de Capitulo. Fed.

4 de Sen. *consil.* 1. *per tot.* vbi allegat pro vtraque parte, & tandem ex voto Ioan. Andr. ita soluit. † Amplia in ciuitate Tudertina libera, quæ non potuisset se subiicere Ecclesiæ Romanæ per consensus singulorum non collegialiter præstitorũ.

6 Lap. *alleg.* 86. *in pr. ver. in iis enim.* † Amplia; quia scientia singulorũ nõ est scientia Vniuersitatis; ideo nõ afficitur Vniuersitas. Vbal.

7 *consil.* 283. *Visa inquisitione, per tot.* maxime *n.* 3. *circa fi. li.* 1. † Amplia; quia ad probandam possessionem Vniuersitatis non sufficiunt actus gestia à singulis, nisi constet de mãdato ab Vniuersitate in consilio, vel arrengo, vel nisi constet de scientia, & patientia administratorum, & officialium Vniuersitatis. Bald. *cons.* 438. *Præmittendum est, circa pr. ver. secundo præmittendum, lib.* 1. Vide, *Possessio*

8 *Vniuersitatis qualiter probetur. Concl.* 423. † Amplia; quia vbi Papa, aut Princeps aliquid cõmittit pluribus sub nomine collectiuo; vel nomine appellatiuo, prout si Capitulo, Ecclesiæ, & Consulibus fabricæ, censetur committere vti collegiis, & sic duæ erũt voces, non aũt singulis; ideo si cõuenirent vt singuli, nihil agũt. Abbas *consil.* 57. *Attingam, col.* 2. *ver. secundo addẽ li.* 1. & plenius *col.*

9 3. *ver. itẽ & secundo.* † Amplia; quia quando iunguntur simul plura corpora, nõ ut faciant vnũ corpus, sed vt diuersa, ad hoc, vt actus dicatur factus ab omnib. seu à maiori parte, oportet, q; interueniat consensus cuiuslibet corporis. Abbas *d. cons.* 57. *n.* 3. *ver. & ad prædicta addo, lib.* 1. vbi citat text. cũ ibi not. in *cap. pastoralis. de rescr.*

Vide, *Capitulariter quæ fieri debeant, & quæ à singulis expediri possint.*

10 *Concl.* 47. Vide, *Electio capitulariter facienda. Concl.* 63. † Limita in patronis laicis; quia licet ad eos tanquã ad Collegiũ spectet præsentatio; tamen trãsmittunt, & committunt voces singulariter. Lap. *alleg.* 8. *n.* 5. *ver. circa fin.* & latius *alleg.* 79. *In Dei nomine. n.* 5. *ver.*

11 *item compromittunt.* † Declara tamen, quod licet Vniuersitas non afficiatur ex actibus singulorum; tamen secus est è contra; quia quando aliquis actus fit contra Vniuersitatem, qui non põt applicari Vniuersitati, tunc applicatur singularib. personis, *c. si sententia. in fi. de sent. excomm. in fi.* Fed. *d. cons.* 15. *n.* 4. *ver. nam quãdo.* vbi

12 idem in præceptis factis Vniuersitati, vt afficiant singulos. † Limita; quia per homines de Vniuersitate acquiritur Vniuersitati. Vide Ant. Gabriel. *li.* 6. *tit. de cuiusq; vniuersitatis nomine. Concl.* 2.

13 *Possessio acquiritur vniuersitati.* † Limita, seu declara, q; in iis, quæ sunt facti meri, mandatũ contra Capitulum, vel Communitatẽ, vt soluat gabellas, vel Canonicum recipiat Capitulum, debent explicari à singulis; quia factum personale non cadit in personam; si vero mandatur aliquid iuris, intelligitur, quod fiant, conuenti tamen in vnum, vt repræsentent Capitulum & Vniuersitatem. Innocen. in *c. Romana, el primo. de sent. excom. li.* 6. *in fin.* Feder. de Sen. *cons.* 15. *nu.* 6. *ver. item non obstat.* quod dixit

Vide Conclusionem prox. sequentem.

Vniuersitas in quibus non possit præiudicare singulis, & è contra, & quando secus. Concl. 261.

VNIVERSITAS † non potest ex facto suo obligare singulares, quando abutitur iure sibi competenti delinquendo vel aliàs. Per. de Anchar. *cons.* 10. *nu.* 6. *ver. & per hoc tollitur.* Vide *Decuriones, Antiani, Priores ciuitatum qui sint, & eorum priuilegia. Conc.* 127. † Amplia, ut procedat etiam, quando Vniuersitas vtitur re ad vsum destinatum; quia tunc non præiudicat, neque obligat singulares. Per. de Anchar. *d. cons.* 10. *num.* 6. *ver. adde tamen que.* † Amplia, quia Vniuersitas non potest compelle[re] ad tandum domicilium, & vnus solus non consentiens non potest compelli. Bald. *cons.* 81. *Punctus, super quo, circa fi. ver. sed contra* † Amplia; quia vbicunque Vniuersitas, vel maior pars de compellendo alios, vt emant, vel fortalitium faciant, [non] santes non possunt compelli, nisi bonum publicum [ver]sus qualiter; quia si aliquibus maius commodum [af]ferri possunt compelli. Bald. *d. consil.* 81 *per totum, lib.* 4. † Regula quod Vniuersitas contrahens, vel se obligans, non obligat gulares personas vt singulares, sed obligat solum ipsa[m] sitatem, & res ipsius Vniuersitatis. Bald. *consil.* 47. *Ad [quæ]* *in princ. lib.* 3. & rationem adducit; quia syndici videntur mandatum ab vniuersis, non vt à singulis, & quia allat gatio Vniuersitatis, alia singulorum, vt idem Bald. *d. cons.* *ver. tertio præmittendum.* † Amplia; quia maxime est verum Vniuersitas ex suo contractu non potest obligare singu tempore contractus non erant de Vniuersitate; quia cum ciatur tempus contractus, & isti non essent de Vniuersitate possunt obligari vt singulares. Bald. *d. cõs.* 47. *n.* 4. *ver. secundo præmittendum, lib.* 3. † Declara, vt non procedat ampliatio [or]di naliis; quia vbicunque sint, non distinguitur in illis, qui [in]per sunt de Vniuersitate. Bald. *dict. cons.* 47. *n.* 6. *ver. quarto limitã lib.* 3. † Restringe ampliationem, vt non procedat in impõno nibus onerum respicientibus successiuam solutionem; quia cet illi, qui non erant de Vniuersitate, non potuerint obligari ad soluendum onera præterita tempore, quo non erant de Vniuersitate, bene possunt compelli, & obligari ad onera tum decurrenda pro tempore, quo effecti sunt de Vniuersitate. Bal. *d. cons.* 47. *circa finẽ, ver. quarto ad euidentiã, li.* 3. Vide, *Onera & oblectæ qualiter, super quib. & à quib. imponi possint, vel non. Cõclu.* 118. † Limita; quia consilium generale repræsentat Vniuersitatem, potest præiudicare, & concedere immunitatem. Bald. *cons.* 43 *Visa immunitate, lib.* 2. † Limita; quia vbicunque ex contra Vniuersitatis obligantur singuli, censentur obligati vti fideiussores Vniuersitatis, non autem vti principales. Bald. *d. cons.* 47. *princip. ver. & si singuli, lib.* 3. & ideo non tenentur, nisi in subsidium Castr. *cons.* 424. *Quia scio, num.* 5. *ver. non obstat, lib.* 1. allegat. *Ias. quod cuiusque vniuer. nomine.* † Declara; quia non tenetur particulares, nisi in subsidium, quando Vniuersitas potest conveni alias secus; quia tenentur, ut principales. Castr. *d. cons.* 424. *num. ver nec obstat. lib.* 1. † Limita; quia bene Vniuersitas ex contra suo obligaret singulos, si hoc esset dispositum ex lege municipali. Bart. in *l.* 4. *§. actor. ff. de re iud.* quem sequitur Bald. *d. cons.* 47. *num.* 3. *ver. tamen prædicta lib.* 3. † Declara limitationes, vt procedat in illis, qui erant de Vniuersitate tempore obligationis, nõ [qui] Bald. *d. cons.* 47. *nu.* 4. *ver. secundo præmittendum, lib.* 3. † Limita, quando syndici, vel illi, qui habebant mandatum ab Vniuersitate etiam se obligassent nomine proprio, & principali; quia tenetur nomine proprio. Bald. *d. consil.* 47. *num.* 3. *ver. item fallit, lib.* † Limita; quia si agitur de publica vtilitate, tunc factum ciuitatis, vel superioris obligare potest singulares, & eorum bona; ideo pro pace publica ineunda potest remittere damna [sua] subditis suis, prout fecit ciuitas Perusina, quando fecit pacem cum Romana Ecclesia. Alex. *consil.* 190. *Mature digesto, num.* 13. *ver. fortificantur, lib.* 2. vbi ponit multa similia. Vide, *Princeps potest [re]mittere ex causa ius tertii, & quando secus. Concl.* 680. Vide, *Publica vtilitas habet multa specialia. Conclus.* 960. † Et ideo Princeps, & [ci]uitas, potest auferre bona bannitorum concessa, seu vendita, vt restituantur pro publica vtilitate, & quiete. Alexand. *d. consil.* 190. *num.* 13. *ver. apertius firmat. lib.* 2. † Et potest ciuitas quæ remisit onera publica aliquibus ob paupertatem, revocare tem-

lem

lem remiſſionem, ſi peruenerunt ad pinguiorem fortunam illi, quibus facta fuit remiſſio. Alexan. *d.conſ.*190.*n.*13. *ver. idem in ſimilitatem* obligare vnum pro alio, vt ſi banniti non ſeruent conſinia data, incidant in pœnã mille, & obligare eorum coniunctos per lineam maſculinam. Alexan. *d.conſ.*190.*n.*13. *ver. idem dicit Angel.lib.*2. † Limita; quia quando ciuitas, & Vniuerſitas habet facultatem legis condendæ; tunc factum Vniuerſitatis habet vim legis, & ligat ſingulares. Bartol. *in l. ciuitas, n.*3. *ff. ſi cert. pet.* Caſtr. *conſ.*424. *Quia ſcio, lib.*1. vbi loquitur in communitate Venetorum. Vide, *Statutum poteſt quicquid poteſt pactũ & è contra, & quando ſe.us. Concl.*435. † Extende maxime, quando Vniuerſitas obligatur ex delicto, vel tenetur pro damno dato, vel robaria; quia poſſunt capi bona ſingulorum, quando communitas non recognoſcit ſuperiorem. Caſtr. *d.conſ.*424 *n.*5. *ver. iis non obſtantibus, lib.*1. † Extende; quia tunc contractus illius ciuitatis, quæ poteſt legem condere, poſſunt allegari in iudicio, tanquam ſtatuta contra ſingulares. Bartol. *d.l. ciuitas, n.*4. *ff. ſi cert. pet.* † Extende; quia ſi conſtituat Vniuerſitas, quæ poteſt legem condere, ſyndicum ad obligandum bona, & perſonas Vniuerſitatis, & ſingularum perſonatum, tunc poterunt ſingulares perſonæ obligari, & conueniri; quia habet vim legis. Bar- * tol. *d.l. ciuitas, n.*5. *ff. ſi cert. pet.* cuius opinionem communem * dicit Ia- ſon *in l. ſi ſe obtulit, n.*24. & 25. *ff. de re iudic.* † Contrarium tenet gloſſ. * *in l.*2. *C. quæ ſit longa conſuetudo*, quam communiter * approbari dicit Alexand. *conſ.*44 *Viſo themate, num.*5. *lib.*1. † Declara; quia ſi agitur principaliter de negocio vniuerſali, & ſecundario de negocio particulari; tunc vera eſt opinio Bartoli: ſi vero agitur de negocio ſingulorum principaliter: tunc vera eſt opinio contraria, ita Alexan. *conſ.*44. *n.*5. *lib.*1. † Declara; quia aut ciuitas conſtituit ſyndicum ad obligandum perſonas particulares, & non valet; quia non valeret ſtatutum tali caſu in odium particularis perſonæ, ita aposſt. ad Bartol. *in d.l. ciuitas, in ver. notandum. ff. ſi cert. pet.* & eſt eadem declaratio cum præcedenti. † Extende; quia procurator Vniuerſitatis in cauſa, quæ non tangit Vniuerſitatem, niſi pro cõmodo ſingulorum, præiudicat ſingularibus: exemplum; conceſſit Reſpublica Venetorum Iudæis, vt poſſint ſub vſuris mutuare ſuper pignoribus cum pacto, quod poſt annum pignus ſit Hebræi, communitas obtinuit alias litteras pro moderatione, & dedit procuratorem ad cauſam in qua ſuccubuit, vel obtinuit, dicitur habere mandatum à ſingularibus, & ſententia præiudicat ſingularibus. Caſtren. *conſ.*176. * *dicitur, col. fin. ver. præterea vltra prædicta, lib.*2. Vide Concluſionem proxime præcedentem.

Vniuerſitas non requirit expreſſionem nominum proprium eorum, qui ſunt de Vniuerſitate, & quando ſecus. Concl. 263.

1 VNIVERSITAS, † ſeu Capitulum, vel Collegium demonſtratur abſq; expreſſione nominis eorum, qui ſunt de Vniuerſitate, vel Collegio: ideo valet mandatum rogatum nomine Capituli, ſeu Vniuerſitatis abſq; expreſſione nominum illorum de Capitulo.
2 Oldr. *conſ.*100. *In exequutione.* † Limita, quando mandatum, vel actus fieret ſub nomine non vniuerſali, vt ſi dicatur, Canonici, vel Priores, & ſimilia nomina; qa cum poſſit fermo verificari in duobus, non ſufficit, niſi exprimantur nomina. Oldrad. *d. conſ.*100. *In exequutione, ver. quarto videtur.* Alex. *conſ.*7. *in fin.* vbi aposſt. *in ver. duobus, lib.*1. † Contrarium de conſuetudine ſeruari, quod nomina Canonicorum, & illorum de Capitulo non exprimantur, tenet Cra-
4 uet. *conſ.*121. *n.*9. qui alios citat. † Limita in arduis explicandis; quia requiritur expreſſio nominum ſingulorum, alias non valet man-
5 datum. Alex. *conſ.*1. *n.*3. & 4. *lib.*4. vbi dicit * communem. † Limita; quia de ſtylo curiæ requiritur expreſſio nominis ſingulorum. Franc. Pauin. *tract. de offic. & poteſt. Cap. ſede vacante, prælud.*5. *n.*19. Li-
6 mita; † quia nomina deputatorum ad aliquod officium debent ſpecifice exprimi in actu geſto ab eis. Bart. *in l.*1. *ff. de alio ſcriben.*

Vniuerſitas non eſt capax multorum. Concl. 264.

1 VNIVERSITAS † cum ſit perſona ficta, non eſt capax cognationis ſpiritualis, vel parentelæ temporalis. Vide, *Compaternitas, vel alia parentela non contrahitur cum Vniuerſitate. Concluſ.*486. Vide duas Concluſiones prox. ſequentes.

Vniuerſitas quorum actuum ſit capax, qui cadant in perſonam animatam. Concl. 265.

1 VNIVERSITAS † poſſidere dicitur, *l.*2. *ff. de acquir. poſſeſſ.* licet poſſeſſio ſine animo poſſidendi non acquiratur, *l.*3. *§. in amittenda. ff. eod tit.* † Infert metum Vniuerſitas, *l. metum. §. aduertendũ. ff. quod met. cauſ.* † Vim facere poteſt, *l. fin. ff. de vi, & vi armat.* † Motam in- 2 3 currit, quæ non poteſt committi ſine dolo, & ſine animo, late hæc 4 omnia accumulat Fed. de Sen. *conſ.*15. *Quæſtio talis, n.*1. *in fin. ver. ſed contra.* † Habet ſeruos, palatia, theatra, & multa, quæ ſine animo 5 non retinentur, *l. in tantum. ff. de rer. diuiſ. & C. de ſer. Reip. manumit. per tot.* † Item poteſt delinquere, *c. ad abolendam. de hæret.* Feder. *dict.* 6 *conſ.*15. *in pr. ver. ſed contra.* latius Oldr. *conſ.*65. *n.*7. *col. ſi. ver. circa pœnã.* Vide infra, *Vniuerſitas ſi punienda, qualis pœna ſit imponenda, diſtinguitur. Concl.*274. † Item poteſt priuari priuilegiis, & capite minuitur 7 per mortem ciuilem, ſicut vera perſona per mortem naturalem. Oldr. *conſ.*65. *in fin. n.*8. *ver. & ideo dicit.* † Declara tamen, quod non 8 habet perſonam veram, neque animam; & ideo ſpiritualia in eam non cadunt, prout excommunicatio, Feder. de Sen. *conſ.*15. *n.*6. *ver. eodem modo.* † Limita, vt in Concluſione proxime præcedente, & 9 in Concluſione proxime ſequente.

Vniuerſitas non poteſt excommunicari, ſed ſuſpendi, & qualiter procedat. Concl. 266.

VNIVERSITAS † non poteſt excommunicari; quia excommu- 1 nicatio infligitur animæ, vt per eam tradatur Sathanæ, *c. audi.*11. *q.*3. Vniuerſitas non habet animam; ergo, ità Fed. de Sen. *conſ.*15. *Quæſtio talis eſt, n.*6. *ver. eodem modo.* Oldr. *conſ.*65. *in fin. ver. punitur etiam pœnis*, vbi recitat aliquos tenentes contrarium, & dicit Ioannem Papam XXII. ſemel in Conſiſtorio dixiſſe, quod non poſſit excõmunicari, & reddit rationem; quia non habet animam, nec perſonam veram, ſed fictam, & iſta eſt communis * opinio ſecun- * dum Couar. *lib.*2. *var. reſolut. c.*8. *nu.*9 & 10. vbi, quod ſi feratur, nihilominus non ligat, niſi culpabiles. Roma. *conſ.*400. *n.*4. & *conſil.* 436. *num.*4. Vide, *Iuramentum non obligat ſucceſſorem non iurantem, & quomodo. Concl.*519. Fictio autem non cadit circa ſpiritualia. Vide, *Fictio in ſpiritualibus non habet locum. Concl.*222. † Amplia, vt idem ſit 2 de municipio, curia, & ſocietate, & ſimilibus, quæ vicem perſonæ ſubſtinent. Oldrad. *conſ.*65. *Hic agitur, in fin. n.*7. *ver. & ideo dicit lex*, allegat *l. mortuo ff. de fideiuſſ.* † Extende in Capitulo, Collegio, & ſi- 3 milibus, Couarru. *d. lib.*2. *variar. reſolutio. c.*8. *n.*9. & *ſeq.* † Limita; qa 4 ciuitate excommunicata non ſunt excommunicati non culpabiles, ſed culpabiles tantum de ciuitate. Feder. de Sen. *conſ.*118. *Factũtale eſt, in pr.* Couar. *d. c.*8. *variar. reſolut. lib.*2. *circa fin.* † Limita; quia 5 poteſt Vniuerſitas puniri aliis pœnis ſpiritualibus, vt ſuſpenſionis, & interdicti, *c. ſi ſententia. §. ſi. de ſent. excomm. in* 6. Oldr. *d. conſil.* 65. *in fi. n.*7. *ver. punitur etiam.* Couar. *d. cap.*8. *var. reſolut. lib.*2. vbi reddit rationem; quia excommunicatio priuat excõmunicatum participatione bonorum ſpiritualiũ, interdictum ſuſpendit, auditum non priuat. † Declarat Fed. de Sen. *conſ.*15. *n.*4. *ver. nam quando.* vbi, 6 quod interdictum contra Vniuerſitatem; quia non poteſt verificari vere in ea, verificatur in ſingulis, & *n.*6. *ver. item non obſtant iura*, vbi, quod eſt ſpeciale in interdicto, quod effectu careat, & plenius Couar. *d. lib.*2. *variar. reſolutio. c.*8. *circa fin.* Vide, *Excommunicatio generaliter, vel particulariter promulgata non ligat non culpabiles. Conc.*442.

Vniuerſitas qualiter conſtituat ſyndicum, & quæ ſolemnitas requiratur. Concl. 267.

VNIVERSITAS † valide conſtituit ſyndicum, ſi legitime congre- 1 gata cum decreto conſtituat ſyndicum ipſum; ſed tamen ſufficit decretum conſulum, qñ ita ſolitum eſt fieri. Bald. *conſ.*278. *Cauſus talis eſt, lib.*5. † Extende; qa valet conſtitutio ſyndici facta in Ec- 2 cleſia, quando inſtrumentum dicit, q̃ in loco ſolito fuit congregatio facta; & quia in iis, quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis, valent geſta in Eccleſia, licet de honeſtate in Eccleſia fieri non debeant. Bald. *d. conſ.*78. *n.*2. *ver. nec obſtat, lib.*5. Vide plenius, *Procurator qualiter conſtituatur ab Vniuerſitate, & minoribus. Concl.*814. Vide, *Actor, vel ſyndicus pro Vniuerſitate, vel minore. Concl.*124. † Limita; quin Prio- 3 res cõmunitatis, ſeu Antiani non poſſint conſtituere ſyndicum pro Vniuerſitate; quia ipſi non ſunt loco Decurionum ſubrogati, ſed Conſiliarii dicuntur ſubrogati loco Decurionum, & poſſunt conſtituere ſyndicum. Alex. *conſ.*17. *In cauſa, & lite, n.*3. *lib.*6.

Vniuerſitas comprehendit etiam ſacerdotes, & priuilegiatos quoad fauorabilia. Concl. 268.

VNIVERSITATIS † & populi appellatione comprehenduntur 1 etiam ſacerdotes, & alii quomodolibet priuilegiati; ideo in ſui fauorem poſſunt vti priuilegiis, & ſtatutis vniuerſitatũ, & eis debetur ius paſcẽdi, ſicut aliis. Oldr. *conſ.*32. *Quæſtio eſt vtrũ.* † Am- 2 plia; qa appellatione officialiũ Communis venit Epiſcopus in fa-

uorabilibus. Feli. in c. *Ecclesia S. Mariæ de constit.* Vide, *Officialis ciuitatis quis dicatur, & quis officialis Papæ vel Principis, vel non. Conclus.* 82. † Contrarium videtur tenere Abb. in sua *qu.* 6. incip. *Augerio, col.* 4. *ver. secundo principaliter*, vbi, quod duo genera personarum disparũ non faciunt vniuersitatem, *c. duo sunt genera Christianorum.* 12. q. 1. † Declarat Abb. *d. q* 6 *n.* 4. *in fi. col.* 4. *ver. sed hæc opinio, & n.* 5. quod personæ disparis professionis non faciunt Vniuersitatem, vel Collegium in realibus; secus in personalibus, quod dicit bene notandũ, quamuis in iure non reperiantur hæc vocabula, & reddit rationẽ; quia in collegiis realibus, ne detur scandalum, vt vnus viuat vno modo, alius alio modo, in personalibus secus; qa omnes tendunt ad eundem finem. † Declarat alio modo Abb. *d. q.* 6. *col.* 8. *nu.* 8. *ver. nunc ad secundum.* vbi, quod sunt considerandi tres casus, puta in Vniuersitate scholarium; quia aut plures sunt clerici, quam laici, & est Ecclesiastica Vniuersitas, & rector habet iurisdictionem tam in clericos, quã laicos; & hoc, siue sit Vniuersitas in realibus, siue in personalibus; quia magis dignum trahit ad se minus dignum; & idem per omnia in secundo casu, quando tot sunt clerici, quot laici; in tertio casu, quando plures sunt laici, quam clerici; tunc Vniuersitas est secularis, & rector non habet iurisdictionem in clericos, intelligendo quoad iurisdictionem circa respicientia Vniuersitatem, nisi ipse rector sit clericus. † Intellige tamen, q rectores Vniuersitatum habent iurisdictionem in illos de Vniuersitate quoad negocia Vniuersitatis, qñ sunt Vniuersitates, & Collegia ad aliquã negociationem approbatam, alias secus, si essent ad sola pietatis opera; quia rector habet solã præeminentiã, vt possit inobedientem eiicere. Abb. *d. q.* 6. *col.* 10. *ver. & attende, quod non omnes.* † Confirmari an debeat rector Vniuersitatis, antequã ministret? dicas, quod non, nisi essent duo electi, vel nisi esset consuetudo, sed bene sciret seruare statuta. Abb. *d. q.* 6. *col.* 9. *in fi. & col.* 10. *in prin. ver. an autem electus.* † Ad quem appelletur à sententia rectoris Collegii, vel Vniuersitatis, vide Abb. *d. q.* 6. *col.* 10. *cum seq. ver. quod talis appellatio*, vbi arguit pro vtraque, & soluit, vt ibi.

Vniuersitas agit pro iniuria facta vni de Vniuersitate. Concl. 269.

1 VNIVERSITAS † agit pro iniuria facta vni de Vniuersitate, vel Collegio; quia qui tangit partem, tangit totum. Oldr. *cons.* 66.
2 *ver. an pro iniuria.* † Amplia, vt etiam agat nomine suo proprio Vniuersitas, quando contumelia facta vni de Vniuersitate redundat etiam in ipsam Vniuersitatem. Oldr. *cons.* 66. *in fi. ver. item si est talis.*

Vniuersitas non venit appellatione personæ, & quando secus. Concl. 270.

1 STATVTVM † compellens personas litigantium ad compromittendum non habet locum in Vniuersitate; quia statutum est exorbitans, & odiosum; ideo in odiosis appellatione personæ venit
2 Vniuersitas. Rom. *cons.* 400. *Quæritur, an statutum, per tot.* † Extende in derogatione priuilegiorum concessorum quibuscunq; personis; quia non veniunt priuilegia Vniuersitatum, & Collegium; quia in odiosis non veniunt appellatione personarum, quando derogatio est odiosa ad instantiam partis. Rom. *cons.* 436. *Quod indultum, in princ.* vbi apost. dat concord. Declara, vt in *ver. Vniuersitas quid sit. Concl.* 255. *n.* 9. *& seq.*

Vniuersitas, vel Capitulum quando computetur pro vno, vel pro pluribus in concursu cum aliis. Conclus. 271.

1 VNIVERSITAS † consulum si à testatore relinquitur exequtrix ad eligendum, & distribuendum certum legatum pium, & testator voluit, quod sui hæredes habeant duas voces, si vniuersitas consistit in sex consulibus, an debeant habere sex voces, ita q cum hæredibus sint octo, & sic videatur Vniuersitas per capita vocata? Abb. *cons.* 37. *Arbitror, in prin.* arguit, quod sic, postea ex absurdo reprobat, ex quo per nomen collectiuum vocatur Vniuersitas, videlicet consules, *lib.* 2. vbi, quod necessario, quando collectiue vocatur, pro vno computatur; quia est vnicum corpus, quod
2 repræsentatur per omnes, vel maiorem partem eorum. † Declarat Abb. *cons.* 37. *col.* 2. *ver. quarto trado, lib.* 2. vbi, quod est sumenda Vniuersitas, & Collegium, prout quando Capitulum aliquid debet facere cum Episcopo; quia Capitulum vnicum corpus repræsentat; tamen fiet computatio per capita, vt videri possit, an Capitulũ sit per maiorem partem repræsentatum, prout requiritur; & ideo spectat electio ad Capitulum, prout vnum corpus cum consensu duarum vocum hæredum; quia nec datur potestas insolidum, nec diuisim, prout etiam Episcopus non potest sine Capitulo aliquid; quia debet Capitulum interuenire, nec sufficit, quod Episcopus cum aliquibus de Capitulo faciat, nisi sit maior pars Capituli, alias non valet actus, si vnus sine altero faciat. † Restringe; quia quando aliqui vocantur non collectiue, sed distributiue; tunc bene-guli censentur vocati pro rata. *clem. plures, de iure patronat.* Abb. *cons.* 37. *in fin. lib.* 2. Vide, *Plures copulati quando vnam personam, vbi* † *res repræsentent. Concl.* 370.

Vniuersitas an possit donare. Concl. 272.

DECVRIONES † non possunt donare bona Vniuersitatis, *l.* C. *de decret. decurio. lib.* 10. Alexand. *cons.* 43. *Visis, n.* 3. *ver. primo,* 4. Vide, *Communitas quid sit, qualiter possit vendere, & quæ requirantur pro solemnitate. Concl.* 543. † Sed bene Vniuersitas potest ipsa de re. Alexand. *dict. consil.* 43. *num.* 10. *ver. nec obstat, quod donata.* † Declara; quia bene potest Vniuersitas, & etiam Decuriones donare propter benemerita, si constat de eis. Alexand. *dict. consil.* 43. *Visis, num.* 3. *& 4. ver. nec obstat, lib.* 4. & plenius *num.* 10. *& seq.* Vide, *Donatio ob benemerita quando valeat, vel non. Conc.* 646. † Et idem in Prælato, qui potest ex causa benemeritorum donare, & remunerare; tamen sola assertio benemeritorũ etiã cum consensu Capituli non sufficit, sed reuocari potest, si non constat de eis. Alex. *d. consil.* 43. *n.* 4. *ver. & in terminis, lib.* 4. † Amplia; quia vniuersitas non potest alienare bona ad vsum publicum deputata, quæ est platea, Theatrum, & similia. Alex. *d. cons.* 43. *nu.* 11. & 12. *ver. non obstat, lib.* 4.

Vniuersitas, vel Collegium potest accusari, & punir[i] & quando secus. Conclus. 273.

VNIVERSITAS, † Collegium, seu Communitas licet fictio[n]a ficta; tamen potest accusari, & puniri secundum communem* opinionem; quia potest delinquere, & metum infer[re] *cons.* 65. *col. fi. ver. circa pœnam imponendam, n.* 7. quod intelligi[t] quit conuocato consilio, late per Corn. *cons.* 124. *Consilium* [...] *lib.* 4. *per tot.* vbi, quæ requirantur, vt dicatur factũ conuocato consilio, maxime *n.* 13. & 14. Ang. de Perus. *cons.* 165. *Cum multa* [...] recitat quatuor opin. & dicit hanc veram, quod potest punire criminaliter, quando conuocata, & congregata delictum committitur, & loquitur in Vniuersitate Palnicarpenis Perusiæ, [...] cum multitudine peregrinorum, vbi omnes concurrant ad [...] xam, vt teneantur de occiso, & est text. in *extrauag. ad reprimendum*, secundũ Bartol. ibi in *ver. corpus.* † Extende; quia si Vniuersitas potest puniri; ergo potest delinquere secundum Bart. in *d. extrauag. ad reprimendũ, in ver. corpus.* † Declara, vt plene per Bart. in *l. ait Iulia. § fi. ff. de pœn.* Vide Rimin. *cons.* 165. † Et qualiter sit Communitas, seu Vniuersitas citanda, Bart. plene in *d. extrauag. ad reprimendum, in ver. citatum.* † Amplia, vt possit puniri etiã pœnis spiritualibus, vt suspensionis, & interdicti. Oldr. *d. cons.* 65. *circa fi. ver. punitur etiam pœnis.* † Amplia, vt proprie pœna corporis ficti sit priuare priuilegio & facere, quod desinat esse persona ficta. Oldr. *cons.* 65. *in fin.* † Extende; quia ciuitas potest priuilegiis ciuitatis priuari, vt ob delict[um] desinat esse ciuitas. Bald. *cons.* 363. *circa fi. lib.* 3. † Amplia; quia potest inquiri, & condemnari. Bald. *cons.* 283. *Visa inquisitione, per tot. lib.* [...] Contrarium, quod imo nullo modo cadat delictum in Vniuersitatem; quia caret animo, qui requiritur in delicto. Anch. *cons.* [...] *n.* 17. vbi concludit, quod factum particularium inducit delictum † Declara, quod dicitur Vniuersitatẽ posse puniri, intelligi tamen quod minuitur pœna ob multitudinem delinquentium; sed men seuerius puniuntur principales Vniuersitatis, qui fuerunt auctores delicti. Bald. *d. cons.* 363. *Venerabilis in Christo. n.* 3. *ver. [...] ptum est, lib.* 3. † Declara, quod licet Vniuersitas, Collegium, & personæ fictæ possint puniri; non tamen possunt excõmunicari. Oldr. *d. cons.* 65. *ver. punitur etiam pœnis, in fine*, vbi recitat aliquos, qui tenuerunt, quod etiam possit excõmunicari, & dicit Ioan. XXII. semel in Consistorio dixisse, quod non potest puniri, & videtur innuere circa excommunicationem. Vide supra, *Vniuersitas non potest excõmunicari, sed suspendi, & qualiter procedat. Concl.* 266. † Declara etiam, quod quando delicta Communitatis, seu Vniuersitatis punienda, puniri debent maiores de Vniuersitate, *c. veniens, de sponsa* Fed. de Sen. *cons.* 15. *n.* 3. *ver. & cum delicta.* † Limita; quia delinquit non dicitur Vniuersitas, nisi præcedat vnitas consentiendi in ipsum delictum, videlicet communicatio consilii, sono tubæ, vel campanæ præmisso, alias licet singuli, vel omnes delinquant, non est delictum Vniuersitatis, sed singularium. Oldr. *cons.* 315. *non est circa quod.* Bald. *consil.* 283. *Visa inquisitione, per totum.* vbi, quod præsumitur pro teste dicente Vniuersitatem hoc fecisse, nisi ponat de iis, quæ sunt facti, vt Vniuersitas repræsentetur, [...] quia ad delictum Vniuersitatis inducendum requiritur ista [...] mnitas. Castr. *consil.* 104. *In causa Sforti, in princ. lib.* 2. vbi positis [...] Corn. *consil.* 225. *Considerata forma, colum.* 2. *lib.* 4. Vide, *Testes de* [...] *tes de iis, quæ sunt iuris, & per verba iuris non probant, &c. Conclus.* [...] † Item

14 †Imo, quod nullo modo cadat delictum in Vniuerſitatem; quia caret animo, qui requiritur in delicto, Anch. *conſ.* 158. *num.* 17. vbi
15 concludit, quod factum particularium inducit delictum. †Extende, quod Vniuerſitas non tenetur ex delicto Aduocati, vel Conſilium, *l. neque in eo dicto ff. de regul. iur.* Oldr. *d. conſ.* 315. *nu.* 3. *in fin. ver.*
16 *non obſtat, ſi dicatur*. †Extende; quia eſt regulare in omnibus, quod Vniuerſitas non tenetur ex delicto cuiuslibet adminiſtratoris,
17 procuratoris, & ſimilium. Anch. *d. conſ.* 158. *n.* 14. †Extende, vt non teneatur Vniuerſitas ex delicto Conſulum, etiam ſi maior pars eorum interuenerit ad delictum; quia quod maior pars fecit, omnes feciſſe dicantur, habet locum in iis, quæ pertinent ad officium
18 ſcientiũ, alias ſecus. Oldr. *conſ.* 315. *in fin. n.* 4. *ver. ſed idem*. †Et quod non ſufficiat, ſi dicatur conuocatis Decurionibus, niſi dicatur, ꝙ in ipſa congregatione interuenerunt duæ partes ex tribus. Alex.
19 *conſ.* 114. *In cauſa, & lite, n.* 12. *lib.* 4. Vide ſupra, *Vniuerſitas vt valide obligetur, quæ ſint neceſſaria, vel non. Concl.* 259. Vide, *Prælatus cum Capitulo delinquendo non præiudicat Eccleſiæ, & quando ſecus. Concl.* 505. † Ratio eſt, quod non punitur Vniuerſitas ex delicto officialium ſuorum; quia ſub generali mandato non venit delictum. Oldrad. *conſ.*
20 66. *in prin.* & licet Mil. in *ver. vniuerſitas tota*, teneat contrarium; tamen reprobatur per Corn. *conſ.* 224. *n.* 13. *lib.* 4. dic, vt ſupra *ver. amplia, vt etiam puniri*. † Declara totam materiam, vt etiã puniri poſ-
21 Vniuerſitas ex delicto commiſſo per officiales Vniuerſitatis. *Corn. conſ.* 224. *lib.* 4. *n.* 6. qui dicit* communem; ſed tamen *nu.* 20. dicit illud procedere, quando factum eſt conuocata maiori parte,
id eſt, duabus partibus ex tribus, & conuocato conſilio, & in iis, quæ de conſuetudine fieri conſueuerunt. Oldr. *conſ.* 66. *inpr.* vbi, quod delictum non venit ſub mandato generali; & ideo concludit non poſſe puniri, contrarium Mil. *in repert. ver. vniuerſitas tota re-*
tentur, quem reprobat Corn. *d. conſ. n.* 13. vbi diſtinguit, & conciliat opiniones, vt poſſit puniri eo caſu tantũ, quando ſolemniter fuit cõgregata in loco ſolito, & ſeruatæ ſolemnitates fabarum, & par-
22 titorum, & duæ partes ex tribus interuenerint, alias particulares delinquentes ſolum teneantur. †Limita; quia Communitas, ſeu Vniuerſitas non tenetur ex delicto per ſingulares homines Vni-
uerſitatis commiſſo; quia reſiſtere potuerit, & non reſtiterit; quia procedit in iis, qui habent dominicæ, vel patriæ poteſtatis auctoritatem. Old. *d. conſ.* 315. *n.* 3. *ver. non obſtat, ſi dicatur*. Vide, *Damnum,*
22 *vel robariam, &c. Concl.* 15. †Contrarium dicit Anchar. *d. conſ.* 158. *n.* 15. *& multis ſeqq. ver. in contrarium*, vbi, quod is, qui poteſt prohibere delictum, ſiue priuatis, ſiue Vniuerſitas, vel Eccleſia, tenetur reſiſtere, & prohibere in iis, quæ habent tractum ſucceſſiuum, non momentaneum, alias ſunt ſocii, & auxiliatores; ideo tenetur ad
23 damna cauſata. †Declara, vt per Anchar. *d. conſ.* 158. *nu.* 19. vt de rigore teneatur; de æquitate ſaltem debet damna, in quantum eſt
24 locupletior. †Declara; quia appellatione hominum, puta medicinæ, non infertur ad Vniuerſitatem medicinæ; & ideo ſi probetur, quod homines medicinæ fecerunt delictum, nõ propterea Communitas, vel Vniuerſitas probatur deliquiſſe; quia illa dictio, *homines*, poteſt verificari in duobus. Alex. *conſ.* 114. *In cauſa, & lite, nu.*
12 *lib.* 4. vbi poſt. in *ver. homines*, citat eundem Alex. *conſ.* 7. *n.* 2. *lib.*
25 1. †Limita; quia ad hoc, vt Vniuerſitas deliquerit ex actu celebrato, & ſcientia illius, requiritur probatio, quod ſciuerit, vt Vniuerſitas conuocato conſilio adunato, nec ſufficit ſcientia particularium. Bald. *d. conſ.* 283 *num.* 2. *ver. ſecundo probatur hoc, lib.* 1. *& ſeq.* vbi, quod ſcientia particularium non eſt ſcientia Vniuerſitatis. Anch.
d. conſ. 158. *n.* 14. *& ſeq. ver. præterea vt dicatur*, vbi, quod requiritur ſolemnis concurſus pulſata campana, & propterea raro poteſt de-
26 linquere Vniuerſitas. †Extende, vt procedat, etiam ſi teſtes deponerent de publica ſcientia; quia non probant, niſi reddant cauſam
27 ſcientiæ. Bal. *d. conſ.* 283. *n.* 3. *ver. tertio probatur, lib.* 1. †Limita; quia in materia *l. ſi quis in tantam, C. vnde vi*, ad hoc, vt Communitas incidat in pœnam *d. l.* requiritur, quod intulerit violentiam in forma Vniuerſitatis conuocato conſilio; quia Vniuerſitas non cadit à
28 iure ſuo propter delictum particularium perſonarum. Bald. *conſil.* 439. *Viſis conſiliis, poſt med. ver. ſecundo quia, lib.* 1. † Extende; quia ad hoc, vt delictum dicatur cõmiſſum à ciuitate, vel populo, requiritur, quod fuerit factum communicato conſilio, & deliberatione præcedente eorum, qui repræſentant ciuitatem, vel fuerit factum ab ipſo populo ad hoc congregato more ſolito, & prius deliberatione facta. Hiero. Tort. *conſ. ſuo quod eſt in fine conſiltorum Anton. de*
29 *Butr. n.* 2. *in fin & n.* 3. †Et ideo ſi totus populus ad ſonum campanæ cum vexillo fuerit ad occidendum aliquem, non dicitur ciuitas deliquiſſe, ſed particulares, ſi non præceſſit conuocatio populi, &
deliberatio, ita Hier. Tort. *d. conſ. poſt conſ. Anton. de Butr. n.* 3. vbi di-
30 cit hanc veram, & communem. †Declara, niſi populus, & ciuitas ratum habeat delictum, ſed requiritur, quod ratificatio, vt operetur, ſit facta de delicto nomine ciuitatis, alias ratihabitio non ſufficit; item requiritur, quod ratificatio non ſit ſolum de facto, ſed de qualitatibus facti, ita Hier. Tort. *d. conſ. n.* 3. vbi late. Vide, *Capitulariter quæ fieri debeant, vel non, & quæ à ſingulo poſſint expediri. Concluſ.* 47. †Limita; quia Eccleſia non obligatur regulariter ex delicto Prælati. Anchar. *conſ.* 158. *n.* 14. *& ſeq.* Vide ſupra, *Vniuerſitas quo-*
31 *rum actuum ſit capax, qui cadant in perſonam animatam. Concl.* 265.

Vniuerſitas ſi punienda, qualis pœna ſit imponenda, diſtinguitur. Concl. 274.

POENA † qualiter ſit inferenda Vniuerſitati, diſtingue plures 1
caſus, vt per Angel. *conſ.* 165. *circa med. ver. in modo autem, vſque in fin.* † Primus eſt, quando pœna imponitur, quæ poteſt directe cadere in Vniuerſitatem, prout confiſcatio bonorum, & in hoc non 2
eſt differentia. Angel. *d. conſ.* 165. *circa med. ver. in modo autem*. † Secundus, quando pœna æque poteſt cadere in Vniuerſitatem, & in 3
ſingulares, vt ſi eſt pœna pecuniaria, & ſiquidem eſt Vniuerſitas hominum ſenſatorum, prout Collegium certæ artis, vel militiæ, & puniuntur delinquentes tantum. Angel. *d. conſ.* 165. *circa med. ver. ſi vero aque cadit*. † Si autem eſt Vniuerſitas magna, in qua ſunt ſen- 4
ſati, & non ſenſati; tunc pœna imponitur toti Vniuerſitati propter incertitudinem delinquentium. Angel. *d. conſ.* 165. *in med. ver. ſi vero eſt Collegium*. † Tertius caſus, quando delictum non cadit proprie 5
in Vniuerſitatem, prout homicidium; quia Vniuerſitas non poteſt interficere, & ſiquidem pœna imponitur, quæ poteſt cadere in Vniuerſitatem, vel etiam in ſingulos, prout pœna confiſcationis, vel pœna pecuniaria, punitur. Angel. *d. conſ.* 165. *n.* 2. *ver. ſed ſi de-*
lictum. † Si vero pœna delicti non poteſt cadere in Vniuerſitatem, 6
prout pœna capitis; tunc alteratur pœna, & mutatur in pecuniariam, & talem, quæ poſſit cadere. Ang. *d. conſ.* 165. *n.* 2. *ver. ſi vero pœna non cadit*. † Declara tamen hunc vltimum caſum procedere de pla- 7
no, ſi Vniuerſitas habet de ſuo; ſi autem eſſet imponenda collecta omnibus; tunc collecta reſtringitur ad ſolos delinquentes. Ange. 8
d. conſ. 165. *circa fin. ver. ſed ſi neceſſe*. † Quartus caſus eſt, qñ Vniuerſitas magna conuocata, & cõgregata deliquit; quia ſi committitur homicidium, vel quid ſimile, vltra pœnam pro delicto commiſſo, quæ imponitur Vniuerſitati, poſſunt etiam puniri particulares delinquentes, qui commiſerunt homicidium, & qui dederunt auxilium, videlicet de delicto principali, & de auxilio. Ang. *d. conſ.* 165. *in fin*. † Amplia; quia Vniuerſitas, & Collegium poteſt accuſari, & 9
puniri criminaliter, communem * dicit Iul. Clar. *in prax. crimin. q.* * *16. n.* 7. *ver. vlterius quæro*. † Et poteſt Communitas, & Capitulum, 10
tam conſentiendo, quam committendo delinquere, * communẽ * Clar. *d. q.* 16. *n.* 7. † Declara tamen; quia ad hoc, vt Vniuerſitas poſ- 11
ſit puniri pro delicto, non ſufficit, quod totus populus, vel ſingulares delinquant, ſed debet præcedere conſilii conuocatio, & deliberatio. Clar. *d. q.* 16. *n.* 8. vbi dicit* communem, ſed quando om- *
nes delinquunt non vocato conſilio, neque deliberatione facta, omnes puniuntur, qui deliquerunt. † Qualiter autem puniatur 12
Vniuerſitas delinquens, vide plene Clarum *in prax. crim. q.* 16. *n.* 9. *ver. ſed quomodo punitur*, quem videas omnino; quia ſemper delinquentes etiam puniuntur vltra Vniuerſitatem, & an ſinguli de Vniuerſitate debeant ſentire pœnam, vide ibi.

Vniuerſitas qualiter deſinat eſſe, & an ſemper ſit eadem. Concl. 275.

VNIVERSITAS † nunquam moritur, neque deſinit eſſe, niſi de- 1
ſtruatur edicto Principis, iuxta not. *in c.* 2. *de nou. oper. nunciatio.* Gemin. *conſ.* 65. *n.* 10. *ver. nec obſtat*. † Et quod poſſit ciuitas priuari 2
priuilegiis ciuitatis ob delictum, & deſinat eſſe ciuitas. Bald. *conſil.* 363. *Venerabilis in Chriſto, circa fi. lib.* 3. † Amplia in tantum, vt eadem 3
ſemper dicatur Vniuerſitas etiam poſt mille annos. Gemin. *d. conſ.* 65. *n.* 10. *ver. nec obſtat*. † Declara tamen, quod ſi de loco ad locum 4
transferatur Vniuerſitas, licet eædem ſint perſonæ, quæ primo erant; tamen reſpectu loci non eſt eadem, & ideo res commiſſa arbitrio Concilii Conſtantienſis, ſi alibi transfertur, non erit iudex commiſſionis prædictæ in alio loco. Gemin. *d. conſ.* 65. *nu.* 10. Vide, *Deſtructio, & demolitio rei quando faciat ceſſare rem ipſam. Concluſ.* 228. Vide, *Collegio diſſoluto, & deſtructo ad quem bona collegii ſpectent. Concl.* 457. Vide, *Collegium nunquam moritur. Concl.* 454.

Vniuerſitas, quæ acquiſiuit bona antiqua, non tenetur communicare nouis ciuibus, & quando ſecus. Concluſ. 276.

VNIVERSITAS † ſi longo tempore acquiſiuit bona, & ſuperue- 1
niant noua capita, non debent nouis communicari quæſita à primis antiquioribus. Sign. Homod. *conſ.* 44. *Vniuerſitas habet bona. ver. ſecundo caſu*. † Extende in caſu converſo; quia Vniuerſitas, quæ 2

imposuit certa onera de præterito, non potest grauare noua capita, quæ non erant tempore grauaminis. Signor. *d. cons. 44. in fine.* Vide. *Onera, & collecta præteritæ debentur per emptorem, & quando secus, &c. Concl. 130.* †Limita; quia in dispositione, quæ fit super Vniuersitate, bene continentur noua, & antiqua capita Vniuersitatis. Signor. *d. cons. 44. in prin.* Vide, *Vniuersitas comprehendit etiam sacerdotes. Concl. 268.*

Volaterrana ciuitas, statuta, consuetudines, & priuilegia. Concl. 277.

1 CIVITAS † Volaterrana est de Imperio; ideo in ea ius ciuile seruatur circa suspiciones iudicum. Castr. *cons. 231. Visis actis, ver.* 2 *primo quia, lib. 1.* † Appellatio à sententia Prætoris deuoluitur ad DD. Priores, vti Collegium, non autem vti singulos; ideo sententia Priorum est nulla, nisi sit lata à maiori parte eorundem. Castr. 3 *d. cons. 231. in pr. lib. 1.* † Salis fodinas habebat hæc ciuitas sibi locatas à Florentinis titulo oneroso per annos 25. & ideo cùm sit ex contractu oneroso; quia certam salis quantitatem debent dare Flo- 4 rentinis, non potuit reuocari. Deci. *cons. 291. Pro tenui, per tot.* † Statutum est circa bannimenta, quod debeant in actis Notarii registrari, quæ solemnitas si omittatur, bannimentum non potest dici legitimum, sed debet annullari; & ideo Iudæi, qui posito bannimento super venditione pignorum non registrato bona pignorata vendiderunt, furti pœna puniri possunt. Rom. *cons. 203. Quoad* 5 *primum, per tot.* vbi apostillæ. † Habet plura statuta, per quæ prohibentur fieri concessiones gratiosæ, & gratiæ, nisi seruatis statutis, & accedente consensu septem partium ex octo, & nisi seruata forma, super quibus Alex. *cons. 7. Attentis, lib. 7.* vbi latissime super nullitate cõcessionis in emphyteusim pro modica recognitione pro dominio, vt sit gratia, & titulo lucratiuo; ideo cadat sub dispositio- 6 ne statutorum. † Ciuitas Volaterrana ab antiquo habuit controuersiam territorii cum terra S. Geminiani, & fecerunt cõpromissum tandem in Communitates Florentiæ, Senarum, & Lucarum post deprædationes factas. Gemi. *cons. 100. Hoc est summariũ, per tot.* 7 vbi multa commemorat pro cõmunitate S. Geminiani. † Balnea sunt in territorio Volaterrano, & sunt sub dominio Communis Volaterranæ, licet fuerint fabricata per Commune Florentiæ, de 8 quo facto vide Ang. de Perusio *cons. 19. Officiales Communis, per tot.* † Episcopus Volaterranus habet iurisdictionẽ temporalẽ in certo castro, p cuius tuitione potest indicere bellũ, & clerici interessentes de mandato Episcopi, etiã si vulnerent, dummodo non occidant, non sunt irregulares. Card. Zabar. *cons. 19. Casus proponitur.*

Vocabula multa sunt ex consuetudine regionum. Concl. 278.

1 EXFORTIVM, † seu Sfortium est vocabulum proprium regionis Foriiulii, seu Furlanorum; quia non est à iure cognitum, & importat idem, quod violentia spoliatiua, licet etiam aptetur ad eum, qui violenter domum alienam ingreditur, licet non animo occupandi possessionem. Castr. *cons. 57. col. 2. in fi. n. 4. lib. 2.* Po- 2 dere † est vocabulum procedens ab vsu loquendi; ideo importat mansum, videlicet quantum vnum par boum potest laborare; quandoq; congeriem multorum agrorum secundum vsum patrisfamilias. Bart. in *l. 1. in fin. ff. de reb. dub.* & dicit Castr. *d. cons. 57. col. 2. in fin. lib. 2.* quod est adinuentum à consuetudine prouinciæ.

Voluntas quid sit, & quid non voluntas. Concl. 279.

1 VOLVNTAS † est secundum requisitum ad omnes actus humanos; quia consensus, & voluntas sunt radices omniũ actuum humanorum, & eam substantiam vocamus. Vide, *Actus humani omnes regulantur, & pendent à tribus, voluntate, potestate, & modo. Concl.* 2 *127.* vbi potestas est primum requisitum. † Et verbum, *volo*, licet sit futuri temporis, quando inducat dispositionem, vel non, Vide supra, *Verba futuri temporis non in. ludunt præteritum, neque præsens de sui natura, & quando secus. Concl. 116.* Vide supra, *Velle aliquid importat de* 3 *futuro, non de præsenti, & quando secus. Concl. 40.* † Voluntas de sui essentia est, quod sit libera, nec potest cogi necessitate præcisa; quia voluntas est, quæ libere vult, & de sui natura voluntas secundum Philosophos, & Theologos nunquam vult, nisi quod bonum est existenter, vel apparenter, & licet quandoq; velit, quod malũ est, & cognoscit malum; tamen id vult sub specie boni, videlicet delectabilis. Bart. plene in *extrauag. ad reprimendum, in ver. videbitur; n. 2.* vbi, quod duplex est voluntas; vna, quæ est libera; quia vult illud, quod est delectabile, siue regulata ratione, siue non; alia, quæ est regulata à ratione, & ista dicitur arbitrium boni viri; quia bonus vir ita arbitraretur. † Et velle suum importat voluntatem suam; 4 ideo qui conuenit cum suo creditore, quod circa bona hypothecata creditori possit facere velle suum libere, censetur habilitatus ad alienandum, sed non propterea dicitur absolutus à personalitate. Alex. *cons. 12. Viso, in pr. ver. secundo confirmatur, n. 9. ver. non obstat secundum argumentum, lib. 2.* Vide, *Consensus quando præsumatur ex* [illegible] *sentienti, vt perdat ius suum. Concl. 752.* † E contra non voluntas, & inuoluntas dicitur coacta voluntas, & quæ non monetur libero arbitrio gerentis actum. Ang. *cons. 215. Reperitur in quadam, n. 2. in primo modo.* † Ignorantia inducit inuoluntatem, siue sit ignorantia [illegible] nec cadere potest, vel quia illud cadere potest in intelligentiam [illegible] sed propter accidens non intellexit; quia dicitur deficere voluntas. Ang. *d. cons. 215. n. 2. ver. alio modo.*

Voluntas coacta dicitur voluntas, & quando secus. Concl. 280.

COACTA † voluntas etiam dicitur voluntas; ideo fatetur quod trahens ciuem Florentinum ad iudicium extra fines suum incurrat pœnam, non habet locum in eo, qui traxit coram iudice ordinario ratione rei sitæ, coram quo ipse tractus comparuit; quia dicitur voluntarie comparuisse, licet sit coacta voluntas à principio. Roman. *cons. 197. Franciscus, n. 5.* vbi apostill. in *ver. tum.* Bart. in *extrauag. ad reprimendũ, in ver. videbitur, n. 2.* [illegible] *quæ nobis, n. 2. ff. de acquir. poss.* † Declara; quia quod dicitur coacta voluntas, dicitur tamen voluntas, procedit quoad peccatum Deum, sed quoad pœnam temporalem incurrendam secus, [illegible] me in iis, in quibus requiritur dolus; ideo mulier adultera per violentiam, vel metum, bene peccat quoad Deum, [illegible] perdit dotem, neque puniri potest pœna adulterii, plene [illegible] *cons. 4. Facti contingentia, per tot. lib. 1.* † Extende; quia coacta voluntas vere dicitur voluntas, *l. si mulier. §. quod si metu. ff. quod met. caus.* quem text. ita Bart. in *d. extrauag. ad reprimendum, ver. videbitur n. ver. nam dicitur vere.*

Voluntas coacta quando dicatur, vel non. Concl.

VOLVNTAS † dicitur coacta, quando quis facit actum ex voluntario præcedente iussu tyranni, vel alterius qui potest compellere; quia in vim metus censetur facere. Anch. *cons. 399. Visa supradicta per tot.* vbi plura allegat. † Et ideo qui facit aliquid inuitus, vel coactus, ex illo actu præiudicium sibi non parit. Bart. in sua *q. 2. Pisanæ ciuitatis, in pr. nu. 3. ver. tertio hoc probat.* Vide. *Moneperatur multa. Concl. 222.* † Amplia; quia actus voluntarius dicitur coactus, quando potest gerens compelli de iure ad faciendum illum actum, *l. nouissime. §. quod si compulsus ff. quod cum fil. fam.* † Extendẽ; quia compromissum factum inter consanguineos dicitur factum ex necessitate, quando statutum hoc præcipit, licet partes à se ipsis fecerint. Anch. *cons. 159. Rationes, quæ, nu. 4. & seq. ver. quare hoc prolo.* † Extende; quia soluens id, ad quod potest compelli iure, dicitur soluere ex necessitate, non ex voluntate. Vide, *Judum aliquid fieri quid importet. Concl. 201. ver. & ideo si vnus.* † Amplia; quia is, qui habet rem communem, quę non potest commode diuidi, sed ex necessitate debet vni ex sociis adiudicari, si socius vendat socio partem suam, videtur ex necessitate fecisse, licet non expectauerit prouocari ad diuisionem; ideo non tenetur ad garentiam venditionis voluntariæ isto casu. Castr. *consil. 144. Dubium vidi. ver. sed iis non obstantibus, lib. 1.* vbi allegat plura ad hoc. † Amplia; tractus in iudicio dicitur inuitus trahi; tamen ex quo comparuit sponte, dicitur voluntarie comparuisse; quia coacta voluntas nihilominus dicitur voluntas. Roma. *cons. 197. Franciscus, nu. 5. verterum,* vbi apost. in *ver. inuitum,* dat concord. † Amplia; quando concurrit ad actum causa necessaria; quia tenetur facere, quã præsumitur fecisse ex causa voluntaria. Castr. *cons. 233. Istis tinus, nu. 2. ver. nec aliquid videtur, lib. 2.* Vide, *Causa necessaria, & voluntaria si concurrant, quæ attendatur. Concl. 149.* Vide, *Necessitas simplex, & de singulis. Concl. 21. & Concl. ibi seq.* † Amplia; ga dicitur acta voluntas, quando quis cogitur in consequentia, sed dicitur luntas vera; quia si quis vult effugere pœnam, vel tormenta, test hoc libere velle, sed si aliquid facit, per quod debet punitorqueri, dicitur velle hoc, sed in consequentiam cogitur. Ro- *extrau. ad reprimendum, ver. videbitur, n. 2.* † Limita; quia adultera non præsumitur coactum, sed voluntarium, si constat de consuetudine se inuicẽ cognoscendi; quia consuetus facere aliquid præsumitur talis, qualem consuetudo demonstrat. Rom. *cons. 167. tonius, n. 7. ver. vltimo hoc adulterium,* vbi apostill. in *ver. consuetudo.*

Voluntas disponentis præsumitur conformis iuri, statutis, & consuetudini. Concl. 282.

VOLVNTAS † patris legantis dotem filiæ cum onere fideicommissi præsumitur conformis legi, & cõsuetudini; ideo nõ habet locũ fideicõmissum contra statutũ disponens de lucro dotis, quod pars

pater præsumitur voluisse, quod tale statutum haberet locum in
1 sua dispositione. Bald. *consil. 79. Casus talis est, Zeno, num. 4. ver. item*
2 *ex quo lex disponit, lib. 1.* † Amplia; quia voluntas testatoris præsumi-
tur talis, qualis esse debet secundum iuris dispositionem. Ioan. de
3 Anan. *cons. 28. num. 5.* † Extende; quia præsumitur in morte talis,
qualis inter viuentes esse deberet. Io. de Anan. *d. cons. 28. num. 3. in*
4 *fine.* † Extende; quia præsumitur voluisse suam dispositionem esse
conformem iuri communi magis, quam fieri possit. Alex. *cons. 4.*
Ponderatis, num. 12. ver. & testator, lib. 4. & voluisse id, quod lex dis-
ponit. idem Alex. *cons. 55. Perspectis, num. 2. lib. 5.* vbi plenissima apost.
5 citat infinitos concord. † Extende; quia in dubio videtur cogitas-
se illud, quod ius disponit. Alex. *d. consil. 4. num. 12. lib. 4.* Vide ple-
nius, *Testator censetur se conformare cum statuto, & quando secus. Con-*
clus. 137.

Voluntas operatur multa circa spiritualia, & temporalia. Concl. 283.

1 VOLVNTAS † & animus sunt de essentia peccati; quia vbi defi-
cit animus & voluntas, ibi deficit peccatum; & ideo sublata
voluntate de medio omnes actus sunt indifferentes. Bald. *consil.*
2 *267. Ad euidentiam præmitto, n. 4. ver. nam animus, lib. 1.* † Amplia; quia
volenti, & scienti dolus non infertur. *l. cum donationis. C. de transact.*
Castrens. *cons. 367. Filius iste, in princ. lib. 2.*

Voluntas testatoris qualiter per testes probetur, & per quos. Concl. 284.

1 TESTES † debent examinari ad probandam voluntatem testa-
toris dubiam. Bald. *cons. 12. Quidam nomine, num. 2. ver. item an*
2 *fideicommissarius, lib. 2.* † Intellige de testibus descriptis in testa-
mento, quando agitur de interpretando testamento; quia alii
testes non descripti, vel non rogati non probarent; secus si essent
testes rogati, licet non descripti. Bald. *dict. consil. 12. in fin. lib. 2.* Ex-
3 tende; † quia imo etiam testes non descripti, & non rogati proba-
rent voluntatem testatoris, quando ageretur de voluntate extra
testamentum: secus si de iis, quæ in testamento continentur. Bald.
4 *consil. 12. in fin. lib. 2.* † Amplia; quia sufficiunt duo testes ad de-
clarandam voluntatem testatoris dubiam, licet ad ipsam volun-
tatem inducendam plures requirantur. Bald. *consil. 439. in fin. &*
consil. 440. lib. 2. vbi, quod licet requirantur septem testes ad sub-
stitutionem directam; tamen si iam substitutio apparet, & est du-
5 bia, sufficiunt duo testes pro declaratione. † Et ad probandam vo-
luntatem vltimam alicuius, quod legauerit, vel disposuerit, sem-
6 per sunt necessarii quinque testes, *l. fin. in fin. C. de codicill.* † Decla-
ra, nisi essemus in vltima voluntate patris inter filios, vel mili-
7 tis, vel ad piam causam. † Vel nisi adsit constitutio particularis, vel
statutum, cuius forma debet seruari. Castr. *cons. 320. circa fi. lib. 2.*

Voluntas testatoris quando mutari possit per exequutores. Concl. 285.

1 VOLVNTAS † testatoris, quod fiat Hospitale in domo sua, cui
applicentur bona, potest per exequutores in aliam causam
piam mutari, quando non sufficerent pro voluntate implenda
bona testatoris, neq; requiritur dispensatio. Castr. *consil. 303. Visis,*
& consideratis, n. 6. lib. 1. Vide plenius, *Exequutores testamentarii quid*
possint. Concl. 537.

Voluntas præsumitur durare, & in quibus. Concl. 286.

1 VOLVNTAS † durare præsumitur, nisi contrarium probetur. Si-
gnor. *cons. 22. In quæstione vertente, nu. 7.* vbi dicit hanc esse regu-
lam, allegat *l. cum qui, ff. de probat.* Decian. *cons. 61. num. 31. lib. 2.* vbi lo-
2 quitur in testatore, & statuentibus, & *cons. 15. n. 8. lib. 3.* † Extende;
quia nemo præsumitur facere actum animo mutandi voluntatē,
nisi probetur, & propterea actus factus præsumitur, vt valeat, &
3 duret. Alex. *cons. 171. Accurate. n. 7. v. quia respondeo, lib. 5.* † Extende;
quia potius præsumitur error, quam mutatio voluntatis, quod
declara, nisi ad extraneos actus diuertisset, vel ex interuallo. Ias. in
4 *l. si quis in fundi vocabulo, n. 39. ff. de leg. 1.* Alex. *cons. 96. in fi. lib. 7.* † Am-
plia; quia etiam voluntas nulla à principio conualesceret; quia præ-
sumitur durare, vt in sponsalibus contractis inter infantes; quia
licet sint nulla; tamen si non dissentiunt effecti maiores septen-
nio, censentur durare, & conualescunt sponsalia. Fed. de Sen. *cons.*
194. *In dubiis matrimonialibus, in pr. iuncto ver. item cum vt dictum est,*
5 *circa med.* Cald. *cons. 458.* alias 1. *de sponsal.* Vide, *Sponsalia nulliter con-*
tracta &c. Concl. 404. † Amplia; quia voluntas per mortem ciuilem
non præsumitur mutata; ideo concessio facta de officio à rectore
Prouinciæ ad sui beneplacitum durat, etiam si Rector Prouinciæ
finiat officium suę rectoriæ; quia adhuc ille officialis durat, donec
reuocetur beneplacitum. Calder. *cons. 26. Rector Prouinciæ per tot.*

alias 3. *de rescript.* † Amplia; quia ad effectum matrimonii voluntas 6
durare præsumitur, licet ex matrimonio seruitus coniugalis indu-
catur; ideo si est contractum matrimoniū inter impuberes, quod
est nullum, conualidatur, si peruenerint ad ætatem legitimam, &
non reuocauerint voluntatem; quia durare præsumitur. Cald. *con-*
sil. 461. alias 4. *de spons. in fin.* † Extende; quia voluntas contrahentis 7
matrimonium nō præsumitur mutata, nisi à die, quo apparet mu-
tata, sed præsumitur perseuerata vsq; ad diem mutationis; ideo ra-
tificatio absentis ante mutationem conualidat matrimonium A-
lex. *cons. 146. In causa, & lite. n. 16. & seq.* maxime *n. 19.* vbi apostill. in
ver. voluntatem, dat concord. *lib. 5.* † Amplia; quia voluntas testato- 8
ris non præsumitur mutata; ideo ademptio legati in dubio non
præsumitur, nisi probetur. Alex. *cons. 169. Viso themate, nu. 4. & seq.*
ver. moueor, maxime *n. 7. lib. 5.* † Amplia; quia si quis condemnatus 9
arbitrio iudicis, non censetur mutata voluntas; vel arbitrium iu-
dicis, licet moriatur, vel sit finitum officium, cōem* dicit Foller. in *
prax. crimin. can. fol. 282. in pr sequitur Clar. in *§. fi. q. 71. in fin.* † Con- 10
trarium, quod imo tale arbitrium cēseatur extinctum, tenet Ant.
Gomez. *c. 8. delictorum, n. 5.* vbi dicit* communem, quam ad hoc ci- *
tat Clar. vbi supra. † Declara; quia sunt attendenda verba, an sit 11
dictum, *si non reuocauero*, vel, *arbitrio meo, donec reuocauero*, & non
præsumitur reuocatio: aut verba dicunt, *donec voluero*, & cessat vo-
luntas per mortem. Bart. in *l. centesimis. §. fi. n. 9. & seq. ff. de verb. oblig.*
† Declara; quia si conditio fiat à persona publica, prout à iudice, 12
arbitrium durat, & prima opinio verior; aut à priuato, & procedit
contrarium. Clar. *d. §. fi. q. 71. in fin.* & ibi dicit, quod ita seruatur in
statu Mediolani, pro qua opinione vide Dec. *cons. 108. col. pen. in fin.*
† Declara melius, aut arbitrium reseruatur à legato, vel prolega- 13
to, aut delegato, & finito officio, vel morte, vel alias, finitur arbi-
trium. Franch. in *cap. si gratiosę, n. 13. de rescrip in 6.* Vide, *Beneplacitum*
alicuius quando dicatur durare, vel non. Concl. 89. Vide, *Mutatio volun-*
tatis præsumitur, & quando. Concl. 434.

Voluntas testatoris seruanda est, & quando secus. Concl. 287.

VOLVNTAS † & dispositio testatoris est seruanda; quia lex dici- 1
tur, *§. disponat. auth. de nupt.* † Et nihil est, quod magis homini- 2
bus debeatur, quam vt suprema voluntatis, postquam aliud velle
non possunt, liber sit stylus, & licitum, quod non redit, arbitriū, *l.*
1. C. de sacros. Eccl. † Limita, quando testator disponit fauore priua- 3
ti, veluti si legat domum suam vxori, & post eam piæ causæ, & de-
bere vendi post mortem vxoris per exequutores: nam cōsentien-
te vxore possunt exequutores non expectata morte domum ven-
dere, & pretium distribuere. Abb. *cons. 11. Tria sunt, in pr. lib. 2.* † Ex- 4
tende; quia si testator instituat hæredem, & si decesserit sine filiis,
iubet hæreditatē suam dari Seio, poterit hæres concordare cum
Seio pro certa parte hæreditatis, vel pro pretio conueniendo, &
renunciare fideicommisso. Abb. *d. cons. 11. in pr. ver. & optime, lib. 2.*
allegat text. in *l. 1. & in l. cum proponas. C. de pact.* quia quilibet potest
iuri suo renunciare. † Limita, quando continet turpia, & contra- 5
ria bonis moribus; ideo si testator iubet in suo funere fieri festū,
& familiam vestiri de rubeo, non valet, neque hæres tenetur im-
plere, etiam si adsit pœna. vide multa per Mantic. *de coniect. vlt. vo-*
lunt. lib. 2. tit. 5. n. 9. ver. cum autem quidam. † Limita, quando est con- 6
tra legem; & ideo non valet præceptum testatoris, quod filius, vel
nepos imputet in suam legitimam illud, quod non tenetur impu-
tare, & proprium est filii, vel nepotis. Castrens. *consil. 145. Visis, &*
ponderatis, col. 2. ver. breuiter, lib. 1.

Votum captandæ mortis reprobatum, & quando dicatur tale. Concl. 288.

VOTVM † captandæ mortis est reprobatum; ideo non valet dis- 1
positio, vel pactum de hæreditate viuentis, quando agitur de
hæreditate certæ personæ. Gemin. *cons. 139. num. 4. ver. non obstat.* † 2
Amplia; quia vbicunque agitur de hæreditate viuentis sine con-
sensu illius, pactum, & spes deducta in conuentione reprobatur;
quia est odiosa, & plena tristissimi, & periculosi euentus, *l. fin. C. de*
pact. c. accepimus, cum gl. 1. eod. tit. † Et idem, quando feudum non a- 3
pertum conceditur alteri non vocato post mortem obtinentis;
quia nō valet, ex quo inducitur votum captandæ mortis alterius,
& ex voto sæpe venitur ad actum facinoris; quia auaritia insatia-
bilis lupus est, *l. fi. C de pact.* ita Bal. *consil. 401. Proponitur, circa fin. nu.*
12. in fi. lib. 1. † Amplia; quia exemplo Gentilium Concilium Late- 4
ranense pariter prohibuit dari expectatiuas, & promissiones ad
certa beneficia vacatura propter votum captandæ mortis. *ca. 2. &*
3. de conces. præb. c. de testanda, eod. tit. in 6. Concilium Trid. *sess. 24. de*
reform. c 19. † Limita, quando dispositio, vel pactum esset incertū, 5
puta de hæreditate obueniente; quia potest in societatem deduci,

prout etiam de expectatiua ad primum beneficium in genere, quando non specificatur certa persona, per cuius obitum vacare debeat; quia non inducitur votum captandæ mortis. Gemin. *dict. consil.* 139. *n.* 4. *in fin. ver. secus autem si fiat, & n.* 5. Vide, *Pactum circa futuram successionem quando valeat, vel non. Concl.* 14.

Votum multiplex, & quomodo emittatur, & qualiter obliget. Concl. 289.

1 VOTVM † solo animo, & consensu absque verbis emittitur, & obligat spiritualiter; non tamen obligatio est sacramentalis in voto, sicut in Matrimonio, vel Baptismo. Lap. *alleg.* 57. *In Dei nomine, n.* 6. *ver. nec obstat secundum eum*, & idem tenet Cald. *cons.* 462. 2 alias 5. *de spons.* vbi eadem repetit. † Et duplex est votum; quia aliud obligat Deo, & in hoc non requiritur minister, sed sola voluntas sufficit vouentis, & profitentis. Calder. *cons.* 411. alias 26. *de regul. ver. & hoc puto verum.* † Et si Ecclesiæ constat de ista voluntate, & 3 voto, seu professione, cogit vouentem implere. Calder. *d. cons.* 411. alias 26. *de regul. ver. & si de ista voluntate*, vbi, quod compellit etiam professum de futuro profiteri, & professum in genere religionis 4 aliquam religionem ingredi. † Matrimonium non dirimit iam contractum, licet impediat contrahendum tale votum, & talis professio non solemnis, sed generica. Calder. *d. consil.* 411. *ver. ante tamen talem, circa med.* alias 26. *de regular.* † Aliud est votum, quod fit 5 solemne, & obligat vouentem nedum Deo, sed etiam regulæ Calder. *cons.* 411. alias 26. *de regul. ante med. ver. & hoc puto verum*, & in hoc requiritur præsentia ministri, qui recipiat; quia inter dantem & recipientem debet esse distinctio personarum, vbi dicit intantum requiri eum, qui recipiat, vt si fiat in manibus eius, qui non habet potestatem, tale votum non obliget regulæ, & idem tenet 6 Gemin. *cons.* 60. *Circa dub. in princ.* † Declara tamen, quod tale votum emissum in manibus non habentis facultatem tunc valet, & obligat, si vouens perseueret in eadem opinione & superior ratificet. Calder. *cons.* 411. alias 26. *de regul. circa princ. ver. item facit*, vbi, quod valet matrimonium contractum per talem medio tempore ante ratificationem superioris. † Minister igitur, qui recipiat, 7 debet esse talis, qui possit obligare monasterium, alias non potest tale votum recipere, vt Gemin. *d. cons.* 60. *in princ.* Vide Conclusionem proxime sequentem.

Votum solemne quod dicatur, & qualiter obliget. Concl. 290.

1 VOTVM † solemne est, quando quis vouit Deo aliquam religionem in specie in manibus ministri, & religionis habentis facultatem recipiendi. Calder. *cons.* 411. alias 26. *de regul. circa med.* Vide Conclusionem proxime præced. *n.* 5. *& seq.*

Votum qui emittere non possint, & non obligentur. Concl. 291.

1 VOTVM † emittere non possunt impuberes ratione ætatis; ideo non obligãtur, & hoc siue sint filiifamilias, siue non. In- 2 noc. & Host. in *c. scripturæ, de voto.* † Extende, vt procedat tam in voto religionis, quam in voto ordinis; ideo impubes ordinatus ad Subdiaconatum non obligatur, maxime, quando non est doli 3 capax. Cald. *cons.* 463. alias vnico, *qui clerici, vel vouentes.* † Filiifamilias etiam puberes non possunt emittere votum sine consensu patris, & ad emissum non obligantur. Fed. de Sen. *cons.* 191. *in pr. nu.* 2. 4 *ver. hinc est.* † Extende, quod filius familias non obligatur ex voto sine consensu patris etiam cum iuramento, *c. pueri.* 22. *q.* 5. Fed. *dict.* 5 *cons.* 191. *n.* 2. *ver. hinc est.* † Restringe in voto religionis, quod potest emitti per filiumfamilias puberem sine consensu patris; quia tale votum liberat à patria potestate. Fed. de Sen. *d. cons.* 191. *n.* 2. *ver. hinc* 6 *est.* † Metus adhibitus illi, qui vouit religionem, vel ordinem sumpsit, facit vouentem non teneri; quia si est metus præcisus, est omnino nullum votum; si metus est conditionalis, & talis, qui potest cadere in constantem virum, non obligatur vouens, nisi ratificauerit postea. Cald. *cons.* 463. alias *vnico, qui clerici, vel vouentes, in fi.* 7 † Impubes etiam doli capax non potest obligari, etiam si professionem emittat expressam, vel voueat. Gemin. *cons.* 4. *n.* 6. *ver. & licet aliqui*, vbi dicit* communem. Vide, *Metus quotuplex, & quando excusęt, vel non. Concl.* 214.

Vota plura si concurrant, quod prævaleat. Concl. 292.

1 VOTVM † religionis, hoc est, monachatio præiudicat voto vltramarino; ideo quando concurrunt duæ causæ piæ, videlicet religio, & recuperatio Terræ sanctæ, magis fauetur religioni, ita arguit Fed. de Sen. *cons.* 233. *circa fi. ver. item non obstat recuperatio.* Vide, *Matrimonium carnale dirimit spirituale posterius. Concl.* 146. *& Conclus. ibi prox. sequen.*

Vox Prioris, & Prælati in Capitulo valet, quantum ces totius Capituli, & quando secus. Concl. 293.

VOx † Prioris, Abbatis, vel alterius superioris, seu capitis... ctibus capitularibus, præponderat pro medietate, videlicet... quantum residuæ voces Capituli de iure Hostiensi... *concess. præb.* † Extende in Rectoribus, Potestatibus, & aliis... libus, glos. in *l. pl. ne. ff. de leg.* 1. † Contrarium, quod non seruat... opinio Hostien. dicit Ioan. de Anan. *cons.* 62. *col.* 3. *ver. circa tertium.* † Declara igitur; quia vox Prioris in Collegio habito respectu... auctoritatem, zelum, & meritum, erit magis ponderosa, & fa... quam sint aliæ voces singulorum, ita Ioan. de Anan. *d. cons.* 62. 3. *ver. circa tertium.*

Vrbana, & rustica prædia quæ dicantur. Concl. 294.

VRBANA † prædia dicuntur ædificia in ciuitate, & castro; qua... ista non sunt propter prædium. Castr. *cons.* 92. *Notandum, in.* 1 *lib.* 1. † Extende; quia etiam ædificium nobile, vel alias propter... lubritatem aeris in rure existens, quod non seruit fundo, dicitur... vrbanum. Castr. *dict. cons.* 92. *n.* 3. *lib.* 1. vbi, quod ædificium... prædio non potest dici vrbanum, sed rusticum. † Declara tamen... quia quoad seruitutes aliter distinguitur; quia etiam ædificium... citur vrbanum, siue seruiat, vel non, fundo, siue in rure, vel ci... te; omne vero prædium dicitur rusticum quoad seruitutem... sit in Vrbe. Castr. *d. cons.* 92. *n.* 3. *lib.* 1.

Vrbini ciuitas, statuta, consuetudines, & privile... Concl. 295.

CIVITAS † Vrbini est de iurisdictione Romanæ Eccles... 1 *c. Raynaldus, de testam.* † Vrbini est confraternitas fami... riæ Misericordiæ, quæ regitur per duodecim nobiles, & hæc... fraternitas non subest Episcopo; neq; potest visitari, nequ... quartam de legatis. Card. Zabar. *cons.* 13. *In ciuitate Vrbinat. pun.* 2 Constitutio Episcopi est in ciuitate Vrbini, quod decimæ... phyteuticis etiam litigiosis, & deuolutis componitur, vt possi... emphyteuta de eis testari. Fulg. *cons.* 131. *Quidam ser Sarus, mp. & in fine.* † Conuentiones sunt inter Canonicos Vrbini, & comm... 4 nitatem, quod emphyteusis non deuoluatur ad Ecclesiam ob ce... nonem non solutum; sed quædam aliæ pœnæ imponuntur, quæ... capitula ad emphyteuses præteritas extendi consuluit Pet. de Ar... char. *cons.* 44. *Primo de viribus, per tot.* dumodo caducitas, seu non... lutio sit post conuentiones. † Paulus de Castr. *cons.* 173. *Præsupposita... obseruantia, lib.* 1. dicit, quod dicta capitula habent locum etiam in... bonis Ecclesiasticis in territorio Vrbini, licet Ecclesiæ præditæ... quorum sunt bona, sint extra territorium Vrbini; quia sufficit bo... na esse in territorio Vrbini, vt seruentur capitula, & consuetudi... nes. † Imo quod communitas Vrbini habeat concordiam cum... Archiepiscopo, quod finita generatione inuestitus possit in... traneum alienare, licet non in præiudicium inuestitorum, & de... bentiũ ius ex inuestitura. Castr. *cons.* 244. *Viso, & examinato, n.* 3. *in... super tertio, lib.* 2. vbi per totum recitat plura capitula, & dicit, quod... ille, in quẽ debet fieri renouatio, debet esse hæres vltimi inuesti... secundum capitula; quia filius, qui repudiat, vel non est hæres... non habet renouationem. † Consuetudo ex conuentione inter... Ecclesiasticos, & laicos est in territorio Vrbini, quod emphyteu... tæ bonorum Ecclesiasticorum non cadant, neque expelli possint... ab emphyteusi, etiam si cessauerint soluere per biennium. Abbas... *cons.* 72. *In negocio Guidonis, in princ. lib.* 1. vbi, quod non habet locum... in emphyteutis Abbatiæ, vel Ecclesiæ, quæ est extra territorium... Vrbini etiam pro bonis emphyteuticis in territorio Vrbini dictæ... Ecclesiæ; quia Clerus non potest pro Ecclesiis extra territorium... vel diœcesim conuenire, vel præiudicare. † Canonici Vrbini ha... bent ius eligendi ad Canonicatus, & Præbendas Ecclesiæ Cathe... dralis; & ideo expectatiua ad beneficia, & Canonicatus ad con... tionem Episcopi non capit Canonicatus ad electionem Capitu... Abb. *cons.* 38. *In quæstione, colum.* 2. *ver. quarto posset attendi, lib.* 2. † 3 consuetudo est Vrbini, quod Canonici præsentes in ciuitate po... sunt eligere ad Canonicatus vacantes non vocatis absentibus, d... dato, quod non esset præscripta, saltem constituit præsentes... quasi possessione eligendi, quæ quasi possessio sufficit. Abb. *d. cons.* 38. *col.* 2. *circa med. ver. venio nunc ad iura, lib.* 2.

Vrbini Dux, & eius facta aliqua. Concl. 296.

DVX † Spoleti fuit creatus per Romanam Ecclesiã Com. Vrbi... ni, inter quẽ, & Bracchiũ de Fortebracchio orta guerra, ipse... Bracchius occupauit Eugubiũ, & Assisiũ, quæ erant Com. Vrbini. Fulgos.

Fulgos.*cons.*236.*per tot.* vbi, quod licet tam Com. quam Bracchius sint confœderati Communis Florentiæ; tamen Commune tenetur adiuuare Com. Vrbini; quia Bracchius iniuste bellum mouit.
2 †Comites de Monte Feretro habuerunt guerram cum Communi Florentiæ; quia Com. Antonius spoliauerat Com. Franciscum Gabrielli castro Cantiani Comitatus Eugubii sub fiducia Communis Florentiæ; sed tamen Comes misit Gibertum Pium, & cõpromisit in Commune plenissime omnes controuersias. Bald. seriem facti recitat *cons.*147. *Orta guerra, lib.*2. super quo facto consuluit etiam Ang. *cons.*373. *Visis instrumentis*, vbi per errorem dicitur
3 Marchio Montis ferrati. † Iste Comes Vrbini postea fuit stipendiatus, & recommendatus Communi Florentiæ, inter quos facta sunt capitula cõfœderationis, de quibus Fulgos. *d. cons.*236. *in princ.*
4 †Feudum Ecclesiæ Romanæ est Ducatus Vrbini, vt est notorium,
5 dicit Ias. *cons.*86. *n.*5. *lib.*3. † Dux Vrbini nepos Iulii Papæ II. interfecit Cardinalem Alidosium Legatum Bononiæ, & quia Cardinalis erat rebellis Papæ, vt post mortem fuit ostensum, fuit Dux liberatus, pro quo consuluit Ruin. *cons.*4. *lib.*5. Ferret. *cons.*31. *lib.*1.

Vrbis appellatione quid veniat. Concluſ. 297.

1 VRBIS † appellatio muris, Romæ autem continentibus ædificiis finitur, *l. vrbis. ff. de verb. significat.* † Declara tamen; quia in differentibus, prout, vt quis citari possit ad domum; quia absens à ciuitate est; includitur etiam Comitatus, *l.*1. §. *cum Vrbem. ff. de offic. præfect. Vrbis.* Rom. *consil.*454. *In repræsenti, n.*7. *& seq.* vbi apostill. in
2 *ver. comprehendit*, dat concord. Vide, *Castrum, villa, ciuitas quid sint. Concluſ.*115. Vide, *Ciuitas significatur diuersis modis. Concluſ.*280.

Vrbs vetus, & eius ſtatuta, conſuetudines, & priuilegia. Concluſ. 298.

1 DIVISA † fuit Vrbs vetus in partes factiosas, & pro vna parte erant Muffati, & Bretones; pro alia parte erant Mercurini pro Ecclesia, & Bretones expulerunt Vicarii Papæ; tamen factæ sunt treugæ inter istos nobiles, super quorum facto, & deprædationibus consuluit Bald. *cons.*140. *Factum se habet, lib.*4. † Comites de
2 Mirsiano habent eorum feuda libera empta à ciuitate Vrbis veteris, & sunt exempti ex causa contractus; quia se fecerunt ciues Vr-
3 bis veteris. Ang. *cons.*138. *Visis omnibus. per tot.* † Item statutum circa successionem decedenti ab intestato, quod succedant agnati in paternis, cognati in maternis, habet locum, etiam si infans, & intestabilis decedat. Ang. *cons.*99. *per tot. & cons.*211. *Factum tale, n.*4.
& de eodem statuto Vrbis veteris consuluit etiam Bart. *consil.*141.
4 quod habet locum, etiam si impubes decedat, *lib.*1. † Item idem statutum præferens masculos fœminis operatur, quod quomodocunque filia sit dotata, non potest dici præterita, & valet testa-
5 mentũ; in quo masculi sunt instituti. Ang. *d. cons.*99. *in princ.* † Statutũ, quod decedenti ab intestato succedant agnati exclusa matre, quod etiam procedit in impubere decedente secundum Bart. qui super eo consuluit *cons.*141. *Statuto Vrbis veteris, lib.*1. vbi, quod non obstat, quod viuente matre nõ possit habere bona materna; ergo statutum nõ loquitur hoc casu, quasi vtrumq; præsupponat; quia (vt inquit) quando duo substantiua, vel adiectiua neutraliter posita sunt copulata, vnumquodq; stat per se principaliter; secus, qñ
6 accessorie iunguntur. † Contrarium, quod statutum Vrbis veteris nõ excludat matrem, licet habeat locum in impubere decedente, tenet Ang. *cons.*99. *Petr. de Vrbeueteri*, qui dicit moueri; quia disponit, quod decedenti ab intestato succedant agnati in paternis, & cognati in maternis; ergo nõ loquitur de matre, nisi vsus ita induxerit, & idem Ang. *cons.*211. *Factũ tale est, n.*4. *ver. quoad quintum, vsq;*
7 *in fin.* † Item, quod testamentum inter filios, & nepotes ratum, & firmũ esse debeat, nec possit retractari. Bald. *cõs.*391. *Punctus quæstionis, lib.*4. vbi, quod intelligitur, si testamentũ esset nullum propter solemnitatem; secus si propter præteritionem; quia non tollit legitimam filiorum, imo præteriti possunt dicere de nullitate.

Vſucapio quid ſit, & quibus vſucapiendi conditio acquiratur. Concluſ. 299.

1 VSVCAPIO † est præscriptio in rebus mobilibus, præscriptio
2 in rebus stabilibus; gloss. & Bart. in *l. vsucapio ff. de vsucap.* † Acquiritur vsucapiendi conditio ex eisdem causis, quando traditur bona fide res aliena, quibus acquiritur dominium, quando traditur res propria; & ideo si emo à non domino credens eum dominum, ex tali contractu acquiro vsucapiendi conditionem; quia si à domino emissem, acquisiuissem dominium. Dyn. *cons.*1. *col.*2. *n.*9.
3 *ver. item patet.* † Extende ampliationem in casu contrario negatiue; quia ex quibus causis non acquiritur dominium ab eo, qui habet traditionem à domino, ex eisdem causis nõ acquiritur vsucapiendi conditio ab eo, qui habet traditionem à non domino, Dyn. *consil.*8. *In quæstione petitionis, in fin. ver. in alia vero.* † Amplia; quia 4
vsucapiendi conditio acquiritur etiam, quando fit traditio rei alienæ à non domino; sed traditur eadem res tanquam propria recipientis in iudicio, & auctoritate iudicis. Dyn. *d. consil.*8. *in fin. ver. in alia vero.* † Restringe in extraiudicialibus; quia si res 5
aliena traditur, tanquam res eius, cui fit traditio, non transfertur vsucapiendi conditio; quia neque dominium transiret, si res propria eo modo traderetur. Dyn. *d. cons.*8. *in fin.* † Triennio 6
vsucapione acquiruntur fructus. Vide, *Fructus quando dicantur consumpti, vel non. Concl.*492. quod intellige in bonæ fidei possessore, sed tamen sufficit titulus pro suo, latè Rom. *consil.*149. *Conclusionem, in princ. ver. secundam*, vbi plena apostill. dat concord. & dicit
* communem. Vide, *Præscriptio triennalis quando habeat locum. Con-* *
*clus.*575. † Extende in caldarius, & aliis bonis mobilibus; quia cum 7
titulo, & bona fide triennio vsucapiuntur, *Instit. de vsucap. l. traditionibus. ff. de acquir. rer. domin.* † Et procedit vsucapio mobilium per 8
triennium, etiam si mobilia sint affixa domui, & parietibus, secundum Alex. *consil.*134. *In causa. & lite, num.*13. *&* 14. *ver. quod autem, lib.*2. † Et *authen. malæfidei. C. de præscript. long. temp.* procedit so- 9
lum quoad immobilia; secus quoad mobilia; quia non habet locum. Alex. *consil.*134. *in fin. num.*16. *lib.*2. † Restringe, seu declara; 10
quia præscriptio, seu vsucapio triennio perficitur, quando duo concurrunt, titulus, & possessio ex parte præscribentis, alias si alterum deficit, requiritur idem tempus, quod requiritur in re immobili, ita Socin. *Reg.*13. *Res mobilis regulariter, in ver. fallit.*

Vſusfructus quid ſit, & in quibus rebus cadat, vel non. Concluſ. 300.

VSVSFRVCTVS † est quid inseparabile à persona; quia cedi non 1
potest, & differt vsusfructus, & fructuum commoditas; quia fructuum commoditas bene potest cedi. Bald. *cons.*384. *In hoc puncto, in princ. lib.*4. † Et est ius vtendi, & fruendi salua rerum substan- 2
tia, *l.*1. *ff. de vsufruct.* † Et differt ab alimentis; quia alimenta sunt 3
quid facti. Angel. Aret. *cons.*56. *In causa, n.*10. *& seq. ver. sed casus noster.* † Et est vsusfructus de iure gentium; quia est in vsu omnium 4
gentium quoad materiã. *Instit. de vsu, & habit. in fin.* sed quoad formam est de iure ciuili; quia quibusdam modis adinuentis de iure positiuo est adinuentus. Castr. *consil.*229. *Visis, & consideratis, col.*2.
*circa med. ver. sed vsusfructus, lib.*1. † Et habens vsumfructum dicitur 5
habere quoddam quasi dominium vtile. Castr. *d. consil.*229. *col.*2.
*circa fin. ver. & vsufructuarius, lib.*1. † Amplia; quia vsusfructus potest 6
constitui super iurisdictione, vel pedagio. Bald. *consil.*119. *Ad euidentiam, n.*2. *ver. secundo est præmittendum, lib.*4. † Amplia; quia vsusfruc- 7
tus etiam constitui potest in instrumentis, & aliis ad vsum fundi; quia licet non sint in fructu; tamen quando cadunt sub vsufructu, præstari debet cautio de restituenda æstimatione. Bald. *consil.*485. *Qui legat, in princ. lib.*4. † Amplia; quia in bonis mobilibus 8
constituitur vsusfructus per cautionem facta traditione rei mobilis; quia dominium transfertur in vsufructuarium. Angel. Aret.
*consil.*55. *Nulli dubium, n.*6. *& seq. ver. sed iis non obstantibus.* Vide infra, *Vsufructuarius stabilium & mobilium qualiter, & de quibus cauere debeat. Concl.*304. † Extende idem in pecunia. Fulgos. *cons.*197. *n.*1. *ver. circa alium.* † Et quod in pecunia consistat commodatum ex vsu, quæ 9 10
quodammodo vsumfructum operatur. Castr. *consil.*382. *Primo videndum, col.*2. *ver. si vero quæritur, lib.*1. *& consil.*416. *Ad primum, col.*1. *in fin. ver. ad tertium. lib.*2. vbi, quod nõ potest consequi vsumfructum rei mobilis, vel pecuniæ, nisi præstita cautione de restituendo.
† Declara tñ; quia vsufructuariæ pecuniæ, quæ ex necessitate de- 11
bet satisdare de restituendo, si nõ habet in loco cautionẽ, remittitur, vt præstet in alio loco eiusdẽ iurisdictionis nõ multũ distanti; secus, si esset voluntaria fideiussio; quia debet in loco præstari, vbi petitur. Castr. *d. cons.*416. *in fi. ver. ad quartũ, lib.*2. † Limita; quia vsus- 12
fructus nõ potest constitui in re, in qua vsufructuarius habet dominiũ; quia istud sapit contrarietatem. Dyn. *cons.*3. *Quæstio talis est; quidam, in princ.* † Extende; quia cõuentio, quod maritus commu- 13
nicet vxori vsumfructum omnium bonorum suorum cum hoc, quod ipse maritus pariter sit dominus, & vsufructuarius bonorũ vxoris, intelligitur de solo vsufructu, vel solo dominio; quia copula inter contraria disiungit, & stat alternatiue; quia nõ stant simul, q̃ sit dominus, & vsufructuarius, Io. de Imol. *cons.*13. *n.*5. *& per tot.*
† Declara; quia non procedit limitatio; qñ mulier; vel alius habens 14
vsumfructum, esset etiã hæres institutus in proprietate post vsumfructum; quia poterit cum protestatione de nõ præiudicando sibi in proprietate continuare vsumfructum. Bald. *cons.*113. *Si ista domina, lib.*4. † Limita; quia in prothocollis Notarii nõ cadit vsusfruct9; 15
quia q̃ percipitur; non renascitur, eo quod nõ est verisimile, quod

is, qui habuit semel authenticum, illud perdat, vel iterum reluet.
16 Bart. *consil.* 50. *Gilius Petri, in fin. lib.* 1. † Declara tamen; quia pecunia, quæ redigitur ex prothocollis, spectabit ad vsum, & commodum vsufructuarii, ita Bernard. Landr. in *additio. ad Bartol. d. consil.* 50. *num.* 3. *lib.* 1. *ver. adde*, allegat Bald.

Vsusfructus quid sit, quotuplex, & quid veniat appellatione vsusfructus. Concluſ. 301.

1 VSVSFRVCTVS † est ius vtendi, & fruendi re aliena, salua rerum
2 substantia. *Instit. de vsufr. in princ.* vbi glos. dicit, quod est seruitus, per quam aliena re quis fruitur. † Alius est causalis, vt quando dominus idem est proprietatis, & fructuum, quia fructus habet à causa dominii, & nō est proprie vsusfructus; glos. *Instit. de vsufruct.*
3 *in ver. ius.* Alex. *consil.* 103. *Quoniã abunde, in princ. lib.* 6. † Alius est formalis, qñ vnus habet proprietatem, alter vsumfructū, glos. *Instit.*
4 *de vsufr.* Alex. *d. consil.* 103. *Quoniã abunde, in princ. lib.* 6. † Et iste vsusfructus formalis licet extinguatur, si res reuertatur ad vsufructuariū, & efficiatur sua; tamen si ipse vsusfructus formalis fuisset concessus ab vsufructuario habente illū in re aliena; non extinguitur; si res, in qua est vsusfructus formalis, efficiatur vsufructuarii; quia per causalem isto casu non extinguitur formalis quoad illum tertium, licet extinguatur quoad illum, qui effectus est dominus rei;
l. quod in rerum. §. 1. ff. de leg. 1. ita Alex. *d. consil* 103. *Quoniam, n.* 2. *lib.* 6.
5 † Ius accrescendi habet locū in vsufructibus diuisis, vt si vnus habet medietatem; alter aliã medietatem, & procedit ius accrescendi de causali ad formalem, nec non & de formali ad formalem.
6 Castr. *consil.* 218. *Quod vxor, circa princ. ver. filius tamen, lib.* 1. † Appellatione bonorum venit vsusfructus; quia etiam cōmoditas dicitur vsusfructus, licet nō sit formalis. Bald. *consil.* 163. *Statuto cauetur, lib.* 1.
7 *in princ.* † Amplia; quia quandoq; vsusfructus importat alimenta, & è conuerso appellatione alimentorū venit vsusfructus ex mente testatoris, seu proferentis. Bald. *consil.* 408. *Quidam ciuis. n.* 10. *ver.*
8 *modo restat, vsque in fin. lib.* 1. † Declara tamen; quia magis latum est legatum vsusfructus, q̃ legatum alimentorum, vt apparet ex late
9 traditis à Surd. in *q.* 15. *tit.* 2. *de alim.* † Amplia; quia appellatione vsusfructus fundi venit vsus instrumentorum, & eorum, quæ sunt
10 parata pro fundo. Bald. *consil.* 481. *Qui legat, in princ. lib.* 4. † Aliquando etiã appellatione vsus, vel vsusfructus venit proprietas ex verisimili mente præcedentiū, & sequentium, & ex verisimili mente, veluti si sit perpetuo concessus Vniuersitati; quia censetur data licentia vendendi; quia cum eo transit vtile dominiū; idem, si datur cum facultate habendi omne mandamentū. Castr. late *cons.* 377.
11 *Licet iudex, in princ. & per tot. lib.* 1. † Vsusfructus in genere potest sumi large, & stricte; large pro omni vsufructu etiam rerum, quæ vsu consumuntur; stricte pro vsufructu in bonis fructuosis. Alex.
consil. 96. *Visis narratis, num.* 8. *ver simile videmus. lib.* 4. vbi idem dicit de possessione, vt importet proprie possessionem in rebus corpo-
☞ ralibus, & improprie in rebus incorporalibus. Vide Conclusionem proxime sequentem.

Vsusfructus qualiter constituatur. Concluſ. 302.

1 VSVSFRVCTVS † constitui potest non solum in vltimis voluntatibus, sed etiam inter viuos; & idem in vsu, & habitatione.
2 Angel. de Perus. *cons.* 2. *Certum est, in princ. n.* 1. † Et non solum pro parte diuisa, sed etiam pro indiuisa constitui potest. Ang. Aret. *con-*
3 *sil.* 55. *Nulli dubium. in princ.* † Amplia; quia vsusfructus constituitur ex legato fructuum, vel redditiuum. Cuman. *consil.* 121. *ser Petrus, in*
☞ *princ.* Vide, *Legatum quando respiciat proprietatem; vel vsum tantum.*
4 *Concl.* 90. † Restringe; quia ad substinendum testamentum intelligitur vsusfructus coniunctus cum proprietate, veluti si pater instituat filium in vsufructu certorum bonorum; quia pro quantitate legitimæ extenditur ad proprietatem. Anchar. *cons.* 128. *Si huic,*
5. 6 *per tot.* † Contrariū Bald. *cons.* 274. *post med. lib.* 4. † Restringe, quando apponitur onus, vel prohibitio nō conueniens vsufructui, sed
7 proprietati; quia facit censeri legatā proprietatem. Cuman. *d. consil.* 121. *n.* 2. † Restringe; quia licet legentur fructus, vel vsusfructus; si tamen testator dedit licentiam libere disponendi, censetur legata proprietas; quia qui vult consequens, vult necessarium antecedens. Cuman. *cons.* 121. *per tot.* Barbat. *consil.* 64. *n.* 5. *lib.* 2. Castr.
consil. 377. *Licet iudex, col.* 1. *&* 2. maxime in *ver. tertio probatur, lib.* 1.
8 † Contrarium tenet Angel. *cons.* 2. *n.* 2. vbi, quod facultas operatur, vt ad primū hæredem transeat, sed loquitur, quando fuit dictum,
9 quod ad hæredes transeat. † Imo quod facultas alienandi concessa vsufructuariæ non faciat illam dominam quoad proprietatem, late Socin. *consil.* 131. *lib.* 1. & veriorem dicit Gabriel. *consil.* 143. *n.* 7.
vsque in fin. vbi; quod per hæredis institutionem non censetur vti voluisse licentia in iis, in quibus non est dominus, & quod licentia alienandi non faciat dominum eum, qui non est plenissimo.
Gabriel. *consil.* 83. *in princ.*

Vsusfructus quando dicatur relictus, vel proprietas, & quando neutrū, sed obligatio personalis. Concl. 303.

PROPRIETAS † censetur relicta, si testator dixit, *lego domum*
Titio ad gaudendum, & vsufructuandum. Fulg. *cons.* 13. *Circa primum*
n. 3. *ver. in secundo consultationis articulo*, quia actus legandi respicit
proprietatem. Alex. *consil.* 223. *Visis verbis, n.* 5. *lib.* 2. & est communis † opinio, vt dicit apost. ad Alex. ibi in *ver. ad vsum*, vbi infinitos
allegat, & Alex. *cons.* 150. *in princ. lib.* 7. Mantic. *de coniect. vltim. voluntat.*
lib. 9. *tit.* 2. *n.* 12. † Contrarium tenent Bald. in *pr. lud. feud. adhuc.* &
alii, quos citat apost. ad Alex. *d. consil.* 223. *n.* 5. *ver. ad vsum, in fin. lib.* 2.
† Declarat eadem apostill. ad Alex. *d. cons.* 223. *n.* 5. *lib.* 2. *ver. ad vsum*
quia si clare constat de mente; quia testator legauit rem, vel pro-
prietatem, licet addat, *ad vtendum, &c.* illa verba ex equitate non
alterant legatum, alias secus, si essent verba dispositiua, non ex-
quutiua, & ita etiam declarat Fulg. in *l. si. in princ. ff. de vsufruct. ear.*
quæ vsu consum. † Extende; quia siue fiat legatum, siue fiat donatio
de domo, vel prædio ad gaudendū etiam pro certo termino
fixo; adhuc dicitur legata proprietas. Rom. *cons.* 219. *Pro declara-*
ne, in fine, n. 4. *ver. quoad vltimū*, vbi apost. in *ver. legato.* Alex. *cons.*
Visa facti, lib. 5. *n.* 10. † Et procedit, etiam si legatum bonorum
cum hoc, quod possit possidere, gaudere, & vsufructuare ad
suam; quia censetur relicta proprietas, non autem vsusfru-
Alex. *d. cons.* 173. *n.* 10. *lib.* 5. *ver. quia respondeo.* Vide, *Legatum quando*
respiciat proprietatem, vel vsum tantum. Concl. 90. † Extende; quando
tum refert, an legetur fundus ad alimenta, an alimenta ex fundo
quia primo casu est relicta proprietas, secundo casu vsusfru-
Ias. in *l. cum ii. §. si vni. ff. de transact.* † Extende; quia etiam si addat
gandi respiceret vsumfructum, vt quia legasset vsumfructum
morum, si tamen prohibuit pignorari, vel obligari domos
tur legata proprietas. Fulg. *cons.* 13. *n.* 4. Bald. in *l. Proculus ff. de*
† Et quod censeatur legata proprietas, si legatur vsusfructus
prohibitione, ne possit alienari. Mantua. *singul.* 652. *Ruinam vid.*
n. 13. *lib.* 2. plures allegat Gabriel. *consil.* 143. *n.* 6. Rom. *cons.* 206. *Licet*
de communi, n. 4. *ver. tertio licet*, vbi plena apost. in *ver. legis, circa pri-*
rimos. Alex. *cons.* 150. *Viso themate, in princ.* vbi apost. in *ver. prohibi-*
nem, dat concord. plures. † Contrarium, quod imo si testator insti-
tuit vsufructuarium in vsufructu, & prohibuit alienari posse per
eum proprietatem, non censeatur institutus etiam in proprietate,
tenet apost. ad Alex. *cons.* 150. *lib* 7. *in ver. prohibitionem*; in fin. licet ta-
hil alleget, & apost. ad Rom. *cons.* 206. *in ver. legare, in fine*, quæ addu-
cit pro hac parte Rom. in *l. donationes. § species, post princ. ff. de donat.*
† Declara; quia si legati verba incipiunt à bonis, licet addatur,
vitam possit vti frui, est legata proprietas; si vero incipit ab vsu-
ctu, vt lego vsumfructum; tunc censetur vsusfructuarius per
dicta. † Declara tamen, quando prohibitio alienandi esset adie
in eadem oratione; si vero in diuersa; videtur Fulgos. *d. cons.* 13. *a*
fin. tenere contrarium. † Extende, vt idem sit, quando testator in
stituit eidem; cui legauit vsumfructum domorum, alium in
domibus; quia censetur legata proprietas; ex quo substituit
in proprietate. Fulgos. *d. cons.* 13. *circa fin.* † Extende idem, quan
grauauit vsufructuariū ad restituendum proprietatem; quia
necessario censetur institutus; vel censetur factum legatum
quoad proprietatem. Rom. *cons.* 206. *n.* 3. *ex hoc igitur.* † Restrin
quando testator voluit, quod bona remaneant legatario obli
quia tunc videtur, quod sit legatus vsusfructus, & nō proprie
Io. de Anan. *cons.* 39. *in fin.* † Restringe; quando vsufructuario
data facultas alienandi; quia per talem licentiam nō est domi
neq; instituendo hæredem dicitur alienare aliena, nisi expres
Soc. *cons.* 131. *lib.* 1. sequitur Gabriel. *d. cons.* 143. *n.* 7. *lib.* 1. †
quia vbicunq; datur castrum mulieri ad vitam suam pro dot
censetur mulier proprietaria ad vitam suam; non autem v
ctuaria. Guid. Pap. *decis.* 525. *sed iuxta prædictam.* † Amplia
nans reseruato sibi dominii vsufructu censetur sibi reserva
vitam dominiū, & proprietatem. Put. *decis.* 222. *lib.* 3. † Limita
vsusfructus dicitur constitutus, quando fructus indeterm
rei, vel feudi conceduntur personæ; quia tunc est vsusfructus
seruitus. Alex. *cons.* 18. *Attentis narratis, in princ. lib.* 5. Rom. *consil.*
Præsupponitur. in princ. † Idem, si concedatur Titio, vt Lapicidi
fundo meo fodiat, erit seruitus personalis; quia est indeterm
quantitas. Alex. *d. cons.* 18. *n.* 3. *lib.* 5. † Idem, si concedo tibi fru
certæ arboris; quia quoad arborem erit concessus vsus, & fr
seruitus vsus arboris. Alex. *d. cons.* 18. *n.* 3. *lib.* 5. † Si vero concedo
tur fructus rei determinati, puta quod omni anno percipias
mea feudali stario vnum frumenti; quia fructus sunt determ

nati, tunc eſt potius obligatio perſonalis, quam vſus fructus, vel * ſeruitus realis, ita Alex. *conſ.* 18. *n.* 3. *lib.* 5. vbi dicit communem, * & magis communem. † Idem, ſi concedatur, quod ex tali arbore excipias & habeas decem poma; quia non eſt ſeruitus, ſed obligatio perſonalis. Alex. *d. conſ.* 18. *n.* 3. *lib.* 5. † Declara; quia neque vſus fructus, neque proprietas cenſetur relicta, quando pater inſtituit filios, vxorem vero fecit dominam, maſſariam, & vſufructuariam; quia habebit ſola alimenta ex conſuetudine vulgari communiter approbata. Bald. *conſ.* 459. *in princ. lib.* 1. † Extende, vt idem ſit, quando teſtator inſtituit filias, quas ſolas habebat, in legitima, vel dote; & vxorem fecit dominam omnium bonorū ſuorum, & hæredem vniuerſalem, in reſiduo inſtituit fratrem; quia vxor non erit domina, neq; vſufructuaria, ſed ſolū habebit alimenta eo modo, quo in vita mariti, & hoc ex mente, licet verba videātur repugnare. Signor. *conſil.* 175. *per tot.* Vide infra, vſusfructus relictus vxori per verba, *dominam, maſſariam. & vſufructuariam, &c.* Concluſ. 315.

Vſufructuarius ſtabilium, & mobilium qualiter, & de quibus cauere debeat. Concluſ. 304.

1 VSVFRVCTVARIVS † rerum immobilium, ſeu ſtabilium cauere debet, quod illis vtetur ſalua rerum ſubſtantia. Feder. de Sen. *conſil.* 46. *Iure cautum, in princ.* Abb. *conſ.* 4. *In quæſtione, quæ vertitur, in fine, ver. formatur, & ſextum, lib.* 2. vbi, quod reſpectu ſtabilium præſtare tenetur idoneam cautionem de vtendo, & fruendo ſalua rerum ſubſtantia arbitrio boni viri, & de illis reſtituendis finito vſufructu, vide infra *n.* 4. Vide; *Cautio fideiuſſoria quibus caſibus præciſe ſit præſtanda ab omnibus. Concl.* 174. † Vel de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri. Bald. *conſil.* 459. *Quidam inſtituto, circa fin. ver. ex quibus concluditur, lib.* 1. *& conſil.* 237. *Titius in teſtamento, in princ. lib.* 1. *& conſil.* 259. *Teſtator ita dixit, n.* 2. *lib.* 1. *& conſil* 231. *Viſo dicto puncto, n.* 2. *lib.* 5. † Amplia; quia vſufructuarius ſtabilium tenetur cauere de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri. Bald. *conſ.* 163. *Statuto cauetur, ver. ſolutio, & conſ.* 237. *Titius in teſtamento, in princ. & conſ.* 459. *Quidam inſtituto, circa fin. ver. ex quibus concluditur, lib.* 1. *& conſil.* 494. *in princ. ver. poſt mortem, lib.* 4. † Et ideo tenetur nedū cauere de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, ſed etiam de reſtituendo finito vſufructu. Bald. *conſil.* 64. *Punctus talis eſt, in fin. & conſ.* 494. *Poſt mortem iuuenalis, lib.* 4. *in princ.* Alex. *conſil.* 57. *Ponderatis n.* 4. *ver. quantum vero ad dubium, lib.* 3. & plenius *conſ.* 58 *Habita, n.* 5. *& 6. ver. poſito ergo, lib.* 3. vbi, quod debet eſſe de reſtituendo, prout extabunt, vide ſupra *in princ. n.* 1. † Amplia, vt procedat etiam in vſufructu rei particularis relicto. Bald. *d. conſ.* 64. *in fin. lib.* 4. vbi loquitur in vſufructu apothecæ legato. † Amplia; quia omnis vſufructuarius, ſiue ſit cōſtitutus vſusfructus inter viuos, ſiue in vltima voluntate, tenetur cauere de vtendo arbitrio boni viri, alias poteſt denegari ſibi vtendi poteſtas. Ang. *conſ.* 2. *Certum eſt, n.* 6. *ver. & quia cum.* vbi loquitur in eo, qui erat in poſſeſſione. † Reſtringe in vſufructu reſeruato à donante. Corn. *conſ.* 267. *n.* 7. *& ſeq. lib.* 4. † Amplia in tantum teneri fideiubere vſufructuarium, vt imo ſi nō fideiubet, poſſit ſequeſtrari vſusfructus, maxime, ſi eſt ſuſpectus. Rom. *conſil.* 312. *Circa propoſitam, n.* 3. *ver. quoad tertium.* † Declara tamen; quia ſi vſufructuarius vult cauere, & offert cautionem, non poteſt fieri ſequeſtratio vſusfructus, imo ſi eſſet appoſitum ſequeſtrum, to leretur. Abb. *d. conſ.* 312. *col.* 2. *ver. quoad tertium*, vbi apoſt. dat concord. † Amplia; quia reſpectu inſtrumentorum, & eorum, quæ parata ſunt pro vſu fundi, cuius vſusfructus legatus fuit, cautio debet eſſe de reſtituenda æſtimatione inſtrumentorum. Bald. *conſil.* 485. *Qui legat, in princ. lib.* 4. † Idem eſt circa arneſia, & alia, quæ vſu conſumuntur; quia debent æſtimari, cum traduntur, & ſatisdatio debet eſſe de æſtimatione reddenda. Bald. *conſ.* 237. *Paſtuccius, in fin. lib.* 5. *& conſ.* 442. *Factum tale eſt, in fin. lib.* 5. † Amplia; quia vſufructuarius tenetur vltra cautionem prædictam etiam facere inſtrumentum deſcriptionis bonorum cum ſuis qualitatibus, vt aduenientе caſu reſtitutionis poſſit habere probationem, ex quo probatio per teſtes poſſet perire. Alex. *conſil.* 58. *Habita, num.* 8. *ver. ergo apparet, lib.* 3. Vide, *Inſtrumentum probat, & eſt probatio probata. Concl.* 237. † Amplia in tantum; vt non poſſit teſtator remittere vſufructuario cautionem, ſi male vteretur. Bald. *conſ.* 223. *Super primo, n.* 4. *ver. ſuper tertio, lib.* 4. & eſt ratio; quia induceret delictum, & dolum. Bart. & Iaſ. in *l. nemo poteſt. de leg.* 1. & eſt text. & ibi gloſſ. Bart. Bald. & cæteri in *l.* 1. C. *de vſufruct.* Vide, *Inuentarium quando poſſit à teſtatore remitti, vel prohiberi. Concl.* 348. Caſtr. *conſ.* 221. *Antequam veniam, in princ. lib.* 2. Abb. *conſ.* 4. *in quæſtione, col. fi. lib.* 2. Alex. plene *conſ.* 58. *Habita, n.* 10. *ver. non obſtat, lib.* 3. vbi plena apoſtill. in *ver. remitti*, dat plurimos concord. Vide Concluſionem proxime ſequentem, *n.* 3. & 4. Vide, *Liberatio relictatutori per teſtatorem quando valeat, vel non. Concl.* 328. † Extende; quia neq; valet prohibitio teſtatoris; quod non teneatur vſufructuaria facere inuentarium. Caſtr. *d. conſ.* 221. *n.* 2. *ver. ex quo ſequitur. lib.* 2. Alex. *conſ.* 58. *n.* 8. *lib.* 3. Corn. *conſ.* 267. *n.* 6. *lib.* 4. † Contrarium tenet Deci. *conſ.* 418. *n.* 13. vbi, quod cōfectio inuentarii poteſt per teſtatorem remitti. † Extende; quia etiam ſi teſtator prohibuerit vſufructuarium moleſtari ad præſtandam cautionem de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, & de reſtituendo per hæredem ſub pœna priuationis; quia adhuc licet hæres petierit cautionem, non priuatur hæreditate. Caſtr. *d. conſil.* 221. *n.* 2. *ver. ex quo ſequitur, lib.* 2. vbi loquitur, etiam ſi obtinuiſſet à iudice, q. præſtaretur. † Imo, ſi hæres occultauit aliqua bona hæreditaria vſufructuariæ, non priuatur hæreditate. Caſtr. *d. conſ.* 221. *n.* 2. *ver. ſimiliter non incidit, lib.* 2. † Extende; quia imo etiam quod valuerit prohibitio, vt quia hæres petens cautionem præſtari ab vſufructuario fuit à iudice repulſus, adhuc tamen non haberet locum pœna priuationis; quia non ſufficit de facto fieri, ſi non eſt ſequutus effectus. Caſtr. *d. conſil* 221. *n.* 2. *ver. ſecundo præmitto, lib.* 2. allegat *l.* 1. *§. fin. ff. quod quiſq; iur.* ibi, *quid enim obſuit conatus.* † Extende etiam; quia teſtator nō poteſt prohibere, vel mandare, quod vſufructuarius non teneatur ad præſtandam cautionem, ſeu fideiuſſionem de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, & de reſtituendo finito vſufructu etiā circa bona mobilia, & quæ vſu conſumuntur, ſecundum * communem, de * qua Alex. *d. conſil.* 58. *Habita, n.* 10. *lib.* 3. Deci. *conſ.* 565. *n.* 5. Vide apoſt. ad Alex. *d. conſ.* 58. *lib* 3. *in ver. remitti*; quæ dat concord. Crauet. *conſil.* 187. *in fine.* † Contrarium tenet Cyn. in *l.* 1. C. *de vſufructu*, quia ex quo pro mobilibus tenetur cauere de reſtituenda æſtimatione, & valore, non tenetur de vtendo, &c. & Alex. *conſ.* 120. *Quia opportune, n.* 6. *& ſeq. ver. & prædicta, lib.* 6. vbi allegat Petrum, & Cynum, ac etiam Anchar. in *c. cum conſtet, de pign.* & dicit duas eſſe rationes, propter quas non poteſt prohiberi, quæ ceſſant in bonis mobilibus; prima eſt fauore hæredis; & hodie iſta ceſſat; ſecunda, ne male vtatur, & doloſe ſe gerat, ſed cum teneatur reſtituere æſtimationem, vel eandem rem in bonitate; non poteſt male verſari; quia habet dominium rerum mobilium, & in fine dicit, quod in illo caſu procedit propter ſtatutum Bononiæ. † Declarat idem Alex. *d. conſil.* 58. *n.* 10. *& ſeq. lib.* 3. *ver. nec obſtat*, vbi, quod non poteſt teſtator prohibere propter duas rationes; vna eſt, ne detur materia delinquendi; alia fauore hæredis; & licet prima ceſſet in bonis mobilibus, quæ vſu conſumuntur; tamen non ceſſat alia ratio, quæ ſufficit; & quia licet poſſit prohibere Falcidiam; non tamen extenditur ad hanc ſatisdationem vſufructuarii; & reprobat Cynum, & contrarium tenentes. † Extende, vt procedat; etiam ſi teſtator deciſſet licentiam vſufructuario alienandi; quia licet poſſit alienare bona, in quibus habet vſumfructum; non tamen eſt liberatus à fideiuſſione prædicta. Alex. *d. conſil.* 58. *n.* 11. *ver. nec obſtat etiam. lib.* 3. † Declara extenſionem; quia facultas vendendi bona mobilia cōceſſa à teſtatore cenſetur arbitrio boni viri conceſſa; ideo ſi dolo malo, tenetur ad reſtitutionem pretii, ſi bona fide, ſecus. Alexand. *d. conſil.* 58. *Habita, n.* 11. *& ſeq. per tot. ver. quantum vero. lib.* 3. vbi diſtinguit plures caſus. Vide, *Licentia in prohibitis qualiter intelligatur. Concluſ.* 352. † Reſtringe, quando extaret ſtatutum (prout Bononiæ) vbi, quod poteſt teſtator remittere cautionem vſufructuario, & valet ſtatutum. Alex. *conſil.* 120. *in fin. lib.* 6. † Reſtringe; quia hæres bene poteſt remittere hanc cautionem ex pacto, vel alias. Alex. *d. conſil.* 120. *in fin. lib.* 6. † Amplia; quia nedum vſufructuarius ex vltima voluntate iſtas cautiones præſtare debet, ſed etiam vſufructuarius ſuccedens de iure communi, prout mater, quæ tranſiens ad ſecunda vota ſuccedit ſolum in vſufructu, & non in proprietate, filio extantibus aliis filiis; quia debet cauere pro ſtabilibus, & mobilibus, vt ſupra. Bald. *conſil.* 231. *per tot.* maxime *n.* 2. *lib.* 5. Angel. Aret. *conſil.* 55. *Nulli dubium, n.* 5. *ver. quia imo*, per *l. hac edictali. §. ius illud. C. de ſecund. nupt.* † Tu videas Floria. de S. Petro *conſ.* 2. *n* 7. & 8. vbi imo facit differentiam; quia in alio vſufructuario attenditur, an ipſe ſit contumax in danda cautione petita, & non facit fructus ſuos; aut non eſt petita, & facit fructus ſuos; in vſufructu vero mariti, vel vxoris tranſeuntis ad ſecunda vota dicit adeſſe particularem prouiſionem ex *l. hac edictali. §. ius illud. C. de ſecund. nupt.* vbi circa mobilia, ſi non offert cautionem non petitam, nec auditur circa ſtabilia; ſi excipitur; debet præſtare; ſed reuera, licet ſit prouiſio particularis, tamen videtur conformis alteri vſufructui. † Amplia; quia in tantum tenetur vſufructuarius præſtare fideiuſſionem, vt antequam illam offerat, agere non poſſit, & excludatur; ideo tenetur offerre, Odofr. in *l.* 1. C. *de vſufruct. num.* 3. Rofred. in *tract. de ordine iudicia. fol.* 333. & 335. Alberic. in *l. vſufructu. num.* 2. C. *de vſufruct.* vbi etiam Salyc. Goffred. in *l. vxori, la prima. ff. de vſufruct. leg.* Paul. de Montepico in *l Titia. §. Titia. ff. de leg.* 2. *q* 52. *num.* 143. Ruin. *conſil.* 202. *num.* 6. & 7. *lib.* 2. & communem * dicit * Bertran. *conſil.* 144. *num.* 12. *lib.* 3. *in* 2. *parte.* † Reſtringe; quia non tene-

tenetur offerre, neq; cauere, si hæres negat omnino velle tradere
30 vsumfructum. Bald. in *l. 2. in fine. C. commun. de legat.* † Amplia etiam; quia vsurarius cauere debet proprietario de habitando arbitrio boni viri. Bald. *cons. 214. Punctus, si vnus est, lib. 5. & cons. 284. Pater, n. 4.*
31 *lib 2.* † Limita; quia vsufructuarius, qui nō potest cauere in ciuitate Mutinæ, in qua est forensis, admitti debet ad fideiubendū in alia ciuitate eiusdē prouinciæ, prout Mantuæ; quia ambæ sunt in Lombardia, & statur iuramento vsufructuarii, *l. si fideiussor. §. si necessaria, in ver. in alia eiusdem prouinciæ ciuitate, iuncta l. de die. §. tutor. ff. qui satisd.*
32 *cogan.* † Declara; quia procedit limitatio, qñ sunt sub eodē Principe, alias autē quælibet ciuitas iudicatur, ac si esset prouincia separata, & ideo recurritur ad aliā distinctionē; quia si ciuitas est alienæ iurisdictionis, & multū remota, & nō admittitur fideiussor in ea; aut est vicina, & admittitur, si aliter nō potest fideiubere, & dicitur vicina, vel remota arbitrio iudicis, & secundū alios, si est intra centū milliaria. Alex. plene *cons. 57. Ponderatis, n. 4. in fin. cum seq.*
33 *ver. quo vero ad dubiū. lib. 3.* † Et qñ non potest cauere, etiam admittitur ad iuratoriam cum distinctione, de qua Alex. *d. cons. 57. n. 7. ver.*
☞ *quinimo, lib. 3.* Vide, *Cautio iuratoria quando admittenda. Concl. 175.*
34 † Mobiliū vero, & quæ vsu consumuntur, & propterea transeunt in dominiū vsufructuarii, debet cauere æstimationē restituturū; *l. si tibi. ff. de vsufructu ear. rer. quæ vsu consumun.* vel si constant in quantitate de quantitate restituenda; ideo cauet de æstimatione, vel quantitate restituenda. Bald. *cons. 231. n. 2. lib. 5.* Fulg. *cons. 197. Zungus Ondidei. n. 1. ver. circa aliam.* Abb. *cons. 4. In quæstione, in fin. lib. 2.* distinguit, q̄ si sunt mobilia, quæ vsu consumuntur, cauet de restituenda æstimatione; si vero vsu nō cōsumuntur, sed veterascūt, cauet, pro-
35 ut de stabilibus; & idē dicit Alex. *cons. 58. Habita, n. 6. lib. 3.* † Et lana dicitur res, quæ vsu consumitur, & chartæ, & pecunia, & granum, vinum, oleum, & similia; plene Alex. *cons. 120. Quia oportune, lib. 6. in*
36 *princ.* † Differunt tamen; quia aliqua mobilia recipiunt functionē, aliqua non, prout dicimus quod ea, quæ in numero, pondere, vel mensura cōsistunt, ista recipiunt functionem; quia nō eadem res in identitate restituitur, sed eadem in specie iuncto pondere, vel mensura, prout vinū, granum, pecunia, & similia; alia vero mobilia sunt, quæ vsu consumuntur, sed non recipiunt functionem, sed æstimationem, prout vestes, vegetes, scamna; & alia similia. Alex.
37 *d. cons. 120. per tot. lib. 6.* allegat *l. si vini. ff. de vsufruct. ear. rer. quæ vsu consumun.* † Amplia, vt idem sit in vsufructu earum rerum mobilium, quæ vsu nō consumuntur, sed quæ veterascunt, prout sunt vestes, vegetes, & similia. Feder. de Sen. *d. cons. 45. in princ.* licet ibi moueat dubiū; tamen concludit, quod cautio sit de æstimatione restituenda. Bald. *cons. 485. Qui legat, in princ. lib. 4.* & idem in omnibus mobilibus, quæ vsu cōsumuntur. Bald. *d. cons. 231. n 2. lib. 5.* & Alex. *d. consil. 120. Qui opportune, in princ. lib. 6.* vbi loquitur in vestibus, & vege-
38 tibus, quæ veterascunt, & citat Feder. de Sen. † Vide Abb. *d. cons. 4. in fi. lib. 2.* vbi, quod in iis, quæ veterascunt, cautio sufficiat de vtendo, & fruendo sālua rerum substantia, & de restituendo finito vsufructu, prout de stabilibus, & idem dicit Alex. *cons. 58. n. 6. ver. & hoc*
39 *pro rebus, lib. 3.* † Contrarium tamen, quod in bonis mobilibus, quæ vsu consumuntur, videatur legata proprietas, & ideo cautio nō sit necessaria, *l. donationes in concubinam. § species. ff. de donat.* vbi Dyn.
40 † Declara, vt procedat cautio, quando constat, q̄ testator voluit, quod fieret restitutio, alias secus, ita Feder. de Sen. *cons. 45. n. 3. ver.*
41 *quando constat.* vbi ponitur opin. Ioan. Palearensis. † Restringe in mobilibus, quæ recipiunt functionem, prout in grano, vino, & similibus; quia satisdatio fit de reddenda specie in eadē quantitate, & bonitate, nō autem de reddenda æstimatione. Bald. *cons. 237. Pa-*
42 *stuccius, circa fi. lib. 5.* † Contrarium Alex. quia vinum, & similia vsu cōsumuntur; ideo cauet de æstimatione restituenda. Alex. *cons. 58. Habita, n. 6. ver. & hoc pro rebus. lib. 3.* & idem dicit de vestibus, & aliis,
43 quæ vsu consumuntur. † Et pro contrario tenet Bald. *cons. 442. circa finem, ver. frumentū, quod erat. lib 5.* vbi, quod fideiussio datur de resti-
44 tuenda æstimatione fruméti. † Declarat Alex. *cons. 120. Quia opportune, in princ. & per tot. lib. 6.* quod æstimatio fit, vt reddatur eadē res mobilis, quæ recipit functionem in eadē specie, quantitate, & bonitate sine dubio: quo vero ad mobilia, quæ non recipiunt in se functionem, vt vestes, vegetes, & similia, dicit idem esse, quod restitui debent illæ ipsæ res in specie, & in eadem æstimatione; & q̄ deterioratū est in æstimatione, allegat ad hoc text. in *d. l. vini. ff. de vsufruct. earum rer. quæ vsu consumunt.* qui text. facit regulam primo in bonis, quæ recipiunt functionem, & deinde dicit idem esse in cæteris rebus, quæ vsu consumuntur; & ideo cum electio sit debitoris, æstimatio hoc casu non facit venditionem, nec pretium est in obligatione, sed in facultate soluendi; & probat ratione; quia ex legato vsufructus mobilium, quæ vsu consumuntur, iam erat dominium translatum in legatarium; igitur æstimatio hoc non po-
test operari, & dicit* communem, *num. 3.* & probat declarationem ex *d. l. vini. §. constituitur.* quia tunc tenetur ad pretium æstimationis, quando ita fuit expresse conuentum; ergo contrarium si non est conuentum. Vide Conclusionem proximè sequentem. Vide † Ant. Gabr. *lib. 5. tit. de vsufructu. Concl. 1. Vsufructuarius debet cauere.*

Vsufructuarius cauere debet per satisdationem, & quando secus. Concluſ. 305.

VSVFRVCTVARIVS † regulariter cauere debet per satisdationem, *l. vsufructu constituto. C. de vsufruct. & l. si cuius, in princ. ff.* qui text. loquitur vniuersaliter cōprehendens omnes vsufructuarios. † Extende; quia cautio vsufructuarii in tantum est de rebus vsufructus, vt licet proprietarius promiserit pati, quod liberetur, & fruatur, & non molestabit; potest tamen petere satisdationem, quæ remissa non censetur; quia est de natura vsufructus. Rom. *cons. 211. Allegatione, n. 3.* † Amplia, vt procedat, etiamsi testator in testamento remiserit cautionem; quia non potest nec valet talis remissio. Alex. *cons. 58. Habita super narratis, n. 10 ver. non obst. quod testator, lib. 3.* vbi dicit * communem. Castr. *cons. 221. antequam veniā, lib. 2. in princ.* † Extende; quia imo etiam si testator remiserit cautionem, & inuentariū vxori vsufructuariæ cū adiectione quinquennalis præiudicij hæredi, si molestaret vxorem, adhuc molestando & petendo cautionem, & inuentarium nō incidit in pœnā remissionis. Castr. *d. cons. 221. Antequam veniam, in princ. lib. 2.* Vide plura
in Concluſ. proxime præcedente, in princ. † Amplia; quia vxor licta vsufructuaria à marito tenetur cauere hæreditati, quæ hæreditas sit delata ipsi vxori per mortem filii, donec deliberet ipsa velit potius vsumfructum, an hæreditatem, & interim præstando nō sibi præiudicat, si recipit vsumfructū, Bald. *cons. 3.* † Limita in donante, qui donauit omnia bona sua reseruato sibi vsufructu; quia non tenetur præstare satisdationem. Corn. *In hac consultatione, n. 7. ver. in contrarium, cum seq. lib. 4.* Dec. allegat *cons. 265. col. fi.* Rol. à Vall. *cons. 37. n. 14. lib. 2.* vbi plura legat, vide omnino Borgnin. *de vsufruct. fol. 303. n. 153.* Vide *Donat. habet multa priuilegia contra donatarium. Concl. 715.* † Extende; neque tenetur inuentarium conficere. Borgnin. *de vsufruct. fol. 135. n. 153.* vbi etiā, quod propria auctoritate capit possessionem. † Limita in fisco, cui relinquitur vsusfructus; quia non tenetur satisdare, ex quo fiscus semper præsumitur dives. Corn. *d. cons. 267. n. 8. lib. 4.* vbi ex ratione videtur extendere, vt non procedat quando concurrunt duæ rationes; quia est soluendo, & nō concurrit suspicio. † Limita in eo, cui est obuentura proprietas post certum tempus; quia si est vsufructuarius eorundem bonorum, non tenetur satisdare. Corn. *d. cons. 267. n. 8. ver. item ille, cui post. lib. 4.* † Declara, quia mulier habens vsumfructū hæreditatis mariti succedit filio in parte, & pro ea parte, pro qua succedit, liberatur à fideiussione pro alia vero tenetur. Bald. *d. cons. 113. Si ista domina, lib. 4.* † Limita in patre; quia non tenetur satisdare, licet habeat vsumfructum in bonis filii. Corne. *d. cons. 267. n. 8. ver. similiter, & pater, lib 4.* Cast. *cons. 455. Ad primum, in fin. ver. quartum dubium.* Vide, *Pater in quo sit legitimus administrator filiorum, vel non. Concl. 125.* † Restringe in casu tantum, quando pater haberet vsumfructum rei, cuius nudam ex castrensi quæsiuisset nudam proprietatem. Corn. *d. cons. 267. n. 9. ver. & alias ipse pater, lib. 4.* † Restringe; quando pater transit ad secundas nuptias; vel vergeret ad inopiam, aut alias esset fallidus. Castr. *d. cons. 455. in fin. ver. quartū dubium, lib. 2.* † Limita; quando vsufructuarius est pauper; quia statur iuratoriæ cautioni, licet non potest cauere, maxime, quando est persona talis, in qua non cadit mala suspicio. Ang. *consil. 91. Sancta Carmelitarum, in fin.* vbi loquitur in religioso. † Limita, quando vsufructuarius non vellet consequi vsumfructum. Ang. *consil. 91. n. 4.* † Limita in religioso dispensato per Papam, vt possit habere bona ad vitam; quia si non esset vsufructuarius, non tenetur cauere. Ang. *d. consil. 91. fin.* vbi, quod debent verba priuilegii inspici.

Vsufructuarius ante fideiussionem præstitam non habet fructus suos, & quando secus. Concluſ. 306.

VSVFRVCTVARIVS † non facit fructus suos, licet esset delegati prius, q̄ dederit cautionem, seu satisfecerit, *l. vsufr. legat.* ita Oldr. *consil. 194. Factum tale est, in princ. ver. an quæ dicta.* Bald. *cons. 21. Super primo, in princ.* q̄ est Petri de Perus, ibi vbi videtur velle; quod hoc procedat; si nō ipse, sed proprietarius percepit, & idem dicit Signor. *cons. 179. in fin.* Castr. *cons. 333. Pro Vannucius, in fi. lib. 1.* Bart. *cons. 68. Quidam fecit, in princ. lib. 2.* † Erubesc non tenetur hæres restituere fructus perceptos ante præstitam fideiussionem. Bald. *d. cons. 21. in princ. lib. 1.* Castr. *d. cons. 133. in fin. lib. 1.* † Amplia; si hæres petat eam sibi præstari; quia tunc nō confitetur vsumfructū, nisi ea præstita; quia si non petitur, potest etiam

& non

& non eſt de ſubſtantia. Bald. *conſ.* 459. *Quidã inſtituto, circa fin. ver. ex quibus cõcluditur, lib.* 1. vbi, quod cautio nõ eſt de ſubſtantia vſusfructus, & quod nõ ſit cautio de ſubſtantia, licet debeat dari de natura vſusfructus. Bald. *conſ.* 87. *Omnes cõmuniter, in prin. lib.* 3. Ang. Aret. *conſ.* 55. *Nulli dubium, n.* 8. *& ſeq. ver. ſed dubium eſt*, vbi, quod debet petita cautio præſtari, & iterũ plenius *conſ.* 56. *In cauſa, in princ. & n.* 2. *ver. nec etiã obſtat.* † Extende, vt idẽ ſit, ſi hæres proprietarius ignorat vſufructuariũ poſſidere, vel ſi ſciat, & cõtradicit; quia tunc non facit fructus ſuos ante præſtitã cautionem. Bald. *d. conſ.* 21. *ver. ſi vero proprietarius, lib.* 2. † Amplia in tantũm cautionem ab vſufructuario eſſe præſtandã, vt neq; teſtator poſſit hanc cautionem remittere in proprio vſufructu, vt tollatur materia delinquendi, qñ vſusfructus regulatur ſecundum arbitrium boni viri Bald. *conſ.* 87. *Omnes cõmuniter*, vbi dicit cõmunem, *lib.* 3. † Extende, vt ſicut non poteſt remittere, ita non poteſt præcipere hæredi, vt remittat etiam ſub pœna; quia hæres, ſiue opinio gloſſ. ſit vera, vel nõ, quæ hoc dicit, ſaltem excuſatur à pœna. Bald. *d. conſ.* 87. *circa med. ver. & ſi opinio gloſ. lib* 3. † Reſtringe, vt non procedat in vſufructu abuſiuo; quia poteſt teſtator remittere hanc cautionẽ. Bald. *d. conſ.* 87. *circa princ. ver. ſecus in illa cautione, lib.* 3. † Reſtringe in cautione de reſtituendo ex fideicõmiſſo; quia licet redigatur ad vſumfructum; tamen poteſt cautio remitti hoc caſu; quia abuſiue dicitur vſusfructꝰ. Bald. *conſ.* 87. *circa princip. ver. ſecus in illa, lib.* 3. † Reſtringe; quia licet teſtator nõ poſſit remittere hanc cautionem, neq; iubere hæredi, vt remittat, bene poteſt hæres illã remittere, & confidere de vſufructuario. Bald. *cõſ.* 87. *in fi. ver. hæres tamen, lib.* 3. † Amplia; quia vſufructuarius etiã poſſeſſor ſi recuſat præſtare cautionem, poteſt amoueri ab vſufructu, Ang. *conſ.* 2. *Certũ eſt, n.* 6. *ver. & quia cum non repe-rio.* † Amplia, etiam ſi vſufructuarius ſit in poſſeſſione, nõ præſtita cautione; quia nõ facit fructus ſuos, niſi proprietarius hæres conſentiat. Bart. *d. conſ.* 68. *in princ. lib.* 2. † Limita; quia vſufructuarius facit fructus ſuos, ſi bona fide perceperit, neſciens ſe teneri ad dictam ſatisdationem, qñ non fuit petita; quia cautio nõ eſt de ſubſtantia. Bald. *d. conſ.* 459. *in fin. lib.* 1. Caſtr. *conſ.* 280. *Super primo, in fin.* ibi, ꝙ eſt Pauli de Caſtro, & Floriani de S. Petro, *ver. ſed poſito*, quia non eſt in mora præſtandi; ſi nõ fuit petita, Alex. *conſ.* 120. *n.* 5. *lib.* 6. vbi apoſt. Bertrand. *conſ.* 40. *Viſo caſu, in ſecunda quæſt. lib.* 2. Soc. *conſ.* 131. *col. fi. lib.* 1. & Soc. Iun. *conſ.* 72. *per tot.* maxime *n.* 8. *lib.* 2. vbi plures citat, Ang. Aret. *conſ.* 55. *Nulli dubium, n.* 8. *ver. ſed dubium*, plenius *conſ.* 56 *in princ.* † Et quod vſufructuarius faciat fructus ſuos etiam non præſtita cautione de vtendo; & reſtituendo finito vſufructu, qñ non fuit petita, Alex. *conſ.* 120. *Quia opportune, n.* 4. *ver. nec prædicta habet obſtare, lib.* 6. *cum ſeq.* † Extendit etiã in vſufructuario bonorũ mobiliũ, quæ vſu conſumuntur; quia cautio non eſt de ſubſtantia, niſi petatur, & vſufructuarius facit fructus ſuos. Alex. *d. conſil.* 120. *n.* 4 *& ſeq. lib.* 6. vbi apoſt. in *ver. lucratur*, dat concord. quibus adde Soc. Iun. *conſ.* 72. *lib.* 2. *per tot.* † Extende, vt procedat multo magis, qñ percepit fructus ſciente, & patiente proprietario non præſtita cautione; quia facit fructus ſuos. Bald. *conſ.* 21. *circa princ. ver. quandoque*, ꝙ eſt Petri, & *conſ.* 22. *in princ. lib.* 2. Caſtr. *d. conſ.* 280. *in fin. lib.* 1. *ver. ſed poſito.* † Extende; quia ſi hæres non petiit cautionem ab vſufructuario ſtabiliũ, ipſe eſt in mora petendi, nõ autem vſufructuarius in mora præſtandi cautionem. Ang. Aret. *d. conſ.* 56. *n.* 2. *ver. nec etiã obſtat.* † Amplia; quia licet vſufructuarius, ſi poſſideat nõ præſtita cautione; faciat fructus ſuos; quia cautio non eſt de ſubſtantia poſſidendi; tamen ſi nõ poſſidet, non poteſt petere vſumfructum, niſi præſtita cautione; quia bene eſt de ſubſtantia petẽdi vſumfructũ ipſa cautio. Bald. *conſ.* 163. *Statuto cauetur, lib.* 1. *per tot.* vbi, ꝙ tales fructus non debentur marito ante præſtitam cautionem, licet ex forma ſtatuti debeat habere fructus omnium bonorum vxoris, & duplicatur *conſ.* 444. *Caſus, ſtatuto cauetur, lib.* 5. † Et quod cautio nõ ſit de ſubſtantia vſusfructus, Ang. *conſ.* 91. *Sancta Carmelitarũ, in fin. n.* 5. *ver. pro quibus facit.* Alex. *conſ.* 120. *Quia opportune, n.* 4 *& ſeq. lib.* 6. † Declara; quia cautio vſufructuarii in rebus mobilibus eſt de ſubſtantia vſusfructus, ſecus, quando eſt ſuper rebus ſtabilibus. Ang. Aret. *conſ.* 55. *Nulli dubium, n.* 6 *& ſeq. ver. ſed tamen ius non obſtat ibus.* † Contrarium, quod imo cautio non ſit de ſubſtantia etiam in vſufructu bonorum mobilium, quæ vſu conſumuntur, Alex. plene *conſ.* 120. *n.* 4. *& ſeq. lib.* 6. vbi plures citat, & dicit videri caſum expreſſum in *l. ſenatus.* § 1. *in ver. conſtante eius vſufructu, & in ver. finito vſufructu. ff. de vſufruct. ear. rer. quæ vſu conſum.* † Declarat Alex. *d. conſil.* 120. *n.* 6. *& ſeq. ver. & prædicta in caſu noſtro. lib.* 6. vt nõ ſit neceſſaria in vſufructu mobiliũ; quando teſtator liberauit vſufructuarium; quod poteſt hodie facere, vt ibi hoc tuetur. † Extende in tantum; quia debet vſufructuarius petens cautionem offerre, alias nõ poteſt obtinere, & ante non facit fructus ſuos. Fulgoſ. *conſ.* 92. *Ad id; de quo primo, in fine; ver. ad tertium.* † Declara; quia ſi vſufructuarius eſt contumax, & negligens in præſtanda cautione, poſtquam fuit ab eo petita, & non facit fructus ſuos; aut nõ eſt contumax, quia non fuit petita, & facit fructus ſuos. Floria. de ſancto Petro *conſ.* 2. *n.* 7. & idem dicit Angel. Aret. *d. conſil* 55. *num.* 7. *& ſeq. ver. ſed dubium eſt.* †Declara; quia vſufructuarius nunquam facit fructus ſuos, niſi vel poſſideat, vel cautionem præſtet volens poſſidere. Bald. plene *conſil.* 342. *Statuto cauetur, lib.* 3. vbi, quod ante cautionem vſusfructus non eſt plene formatus; quia ante traditionem, vel patientiam nõ eſt plene quæſitus, & allegat ſeptem rationes pro hac parte, & dicit, hæredibus vſufructuarii non competere actionem pro vſufructu decurſo ante præſtitam cautionem, & idem in ſimili tenet *d. conſ.* 163. *lib.* 1. *& conſ.* 444. *lib.* 5. † Limita; quia cautio non eſt præſtanda, niſi qñ vſusfructus traditur, quando is, qui tradere debet vſumfructum, eſt in mora tradendi, ſiue mora ſit regularis, ſiue irregularis. Bald. *conſ.* 408. *Quidam ciuis, num.* 10. *ver. dicit aliquis, lib.* 1. † Limita; quia vſufructuarius non tenetur præſtare, neq; offerre cautionẽ proprietario, quando proprietarius negat vſumfructũ. Bald. in *l.* 2. *in fin. C. commun. de legat. & in l.* 1. *n.* 22. *C. de vſur. & fruct. legat.* Soc. *conſ. vlt. n.* 30. *ver. non obſtat, lib.* 3. Alex. late in *l. filiæ licet. C. de collatio.* Tiraq. *de retract. lignag.* § 1. *gloſ.* 18. *n.* 13. *ver. & quia etiam ſi non obtulit.* † Extende in omni materia; quia obligatus ſoluere, vel deponere, ſi aduerſarius negat velle recipere, ſola oblatio ſufficit. Boer. *deciſ.* 124. *n.* 26. *& ſeq.* † Limita tamen in vſufructu ipſo iure quæſito, vel à ſtatuto, vel à iure; quia ſi vſufructuarius vult vſumfructũ de manu proprietarii, non tenetur cauere; quia nihil debet reſtituere. Bald. allegat hanc rationẽ *d. conſ.* 342. *in princ.* ſed ipſe cõfutat eam multis rationibus, *lib.* 3. Ang. Aret. *conſ.* 55. *col. fin.* vbi late. † Contrarium tamen tenet Bald. *d. conſ.* 342. *per tot. lib.* 3. † Limita; quia bene debetur vſusfructus ante præſtitam cautionem, ſi vſufructuarius illam obtulit. Bald. *d. conſ.* 342. *circa ſi. ver. non obſtat, lib.* 3. †Limita, quando hæres habuit vſumfructum per plures annos, & vſufructuarius actione perſonali agit ad æſtimationem. Angel. Aret. *conſ.* 55. *col. fin. n.* 17. *& ſeq. ver. præterea in caſu noſtro*, quia ſi vſufructuarius non poſſedit pro præterito, ſed hæres, nõ tenetur cauere pro præterito. †Limita; quia tertius agens ad bona, in quibus vſufructuarius habet anteriorem hypothecã, nõ poteſt opponere de cautione nõ præſtita, & ſic de iure hæredis, licet ſit creditor hæredis. Ang. Aret. *d. conſ.* 55. *n.* 13. *ver. tertio. & fortius.* † Limita; quia ſi teſtator legat vſumfructũ vxori, & poſt mortem vxoris inſtituat hæredem; quia hæres nõ poteſt adire, niſi mortua vxore, & ſic nõ poteſt ius habere, niſi ea mortua, non tenetur cauere, & facit fructus ſuos, ſi poſſidet, vel poſſedit. Caſtr. *conſil.* 280. *Super primo, n.* 3. *& 4. lib.* 1. *vſque in fin.* quod eſt Pauli de Caſtro; & Floriani de ſancto Petro, qui reddunt rationem, quod is, qui non eſt hæres, non poteſt fructus prætendere pro tempore, quo non eſt hæres. † Extende, vt idem ſit, ſi hæres ſit excluſus à iure adeundi per præſcriptionem 30. annorum, quia vſufructuarius facit fructus ſuos non præſtita cautione, cũ non ſit, cui præſtetur. Caſtr. *conſ.* 280. *in fi. n.* 4. *ver. circa tertium. lib.* 1. Gabriel. *concl.* 1. *de vſufruct. lib.* 5. vbi ponit regulam cum ampliat. & limit. & idem tenet Caſtr. *conſ.* 281. *in fin. ver. ſuper tertio*, quod eſt Romani. † Limita; quia ſi maritus legat vxori quintam partem vſusfructus omnium bonorum inſtitutis filiis, & vxor per plures annos ſteterit in domo, & non petierit vſumfructũ, & non cauerit, poteſt petere pro præterito; quia mulier excuſatur ab ignorantia iuris, & compenſabit alimenta habita pro rata cũ vſufructu. Caſtr. *conſ.* 353. *Ad primum, in fin. ver. tertio videtur obſtare, lib.* 2.

Vſufructuarius quando hæres, vel legatarius exiſtat. Concluſ. 307.

VSVFRVCTVARIVS † dicitur hæres in re certa inſtitutus, vel legatarius, prout ſonant verba de inſtitutione, vel legato, quando datus eſt alius hæres vniuerſalis. Caſtr. *conſil.* 294. *In cauſa; quæ vertitur, n.* 3. *ver. nunc eſt videndum, lib.* 2. † Et ideo vſufructuarius habet hypothecata bona teſtatoris, prout legatarius. Ang. Aret. *conſ.* 55. *Nulli dubium, in princ.* † Imo vltra hypothecam habet omnia bona teſtatoris affecta, ita vt poſſit vti iſta ſeruitute perſonali pro rata ſui vſusfructus. Ang. Aret. *d. conſ.* 55. *in princ.* † Extende; quia poteſt vſufructuarius impedire omnem exequutionem etiam ex pacto exequutiuo de ingrediendo, quando eſt poſterius pactũ ipſa hypotheca vſusfructus, Ang. Aret. *d. conſ.* 55. *in princ.* maxime *ver. ex quo ſequitur.* † Declara; quia refert, an vſusfructus ſit legatus ſimpliciter, & non poteſt dici hæres; quia non eſt inſtitutus in re certa; ſecus ſi legatum vſusfructus eſſet iure inſtitutionis; quia tunc alio hærede non dato vniuerſali, vel etiam dato, ſed non volente adire, bene dicitur in re certa inſtitutus, & efficitur hæres per ius accreſcendi; ita Alexand. *conſil.* 58. *Habita, in princ.* maxime *num.* 3. *& ſeq. lib* 3. † Limita, quando nullus eſt datus hæres vniuerſalis;

salis; quia si iure institutionis legauit vsumfructum, alteri aliquid aliud; tunc non dato hærede vniuersali vsufructuarius est hæres solus, si solus iure institutionis, vel pro parte, si extant alii legatarii iure institutionis, *l. ex facto. ff. de hæred. instit.* quem text. ita declarat Castr. *cons.* 294. *n.* 3. *ver. nunc est videndum, lib.* 2. Alex. *cons.* 111. *Viso themate, lib.* 2. *per tot. & cons.* 4. *Attentis, n.* 3. *& seq. ver. confirmantur*, vbi apostill. citat eundem Alex. *cons.* 162. *n.* 2. *lib.* 2. Ias. *cons.* 72. *col.* 2. *lib.* 3.

☞ Vide, *Hæredis institutio quando, & ex quibus fieri possit sub conditione, vel*
7 *ad tempus, & quibus non. Concl.* 84. † Extende; quia procedit nedum in institutione, sed etiam in substitutione pupillari, vt substitutus in vsufructu habeat vniuersam hæreditatem pupilli, non dato alio substituto etiam in præiudicium matris. Bart. *consil.* 33. *Proponitur,*
8 *in princ. lib.* 1. vbi apostill. in *ver. vt species.* † Contrarium tenet Bald.
☞ *cons.* 273. *Factum sic se habet, lib.* 4. Vide, *Institutus in re certa quando quis*
9 *dicatur. Concl.* 232. † Extende limitationem, vt procedat, etiam si in institutio esset in sola medietate vsusfructus; quia alio hærede non dato hæres erit vniuersalis per ius accrescendi. Alex. *cons.* 162. *Circa primum, n.* 2. *ver. circa secundum, lib.* 2. vbi apostill. citat Ias. *cons.* 72.
10 *col.* 2. *lib.* 3. † Extende, vt procedat, etiam si esset datus hæres vniuersalis, qui decessit viuo testatore; quia adhuc institutus in vsufructu erit hæres per ius accrescendi; quia sufficit, quod non sit alius hæres vniuersalis tempore mortis. Alex. *d. consil.* 162. *n.* 2. *lib.* 2.
11 † Extende; quia procedit limitatio, etiam si ipsi vsufructuario sint dati substituti vniuersales in tota hæreditate; quia adhuc vsufructuarius institutus in toto vsufructu erit hæres vniuersalis. Alex. *d. consil.* 111. *Viso themate; per tot. lib.* 2. imo idem, si est institutus in parte vsusfructus; quia sufficit, quod non sit datus alius hæres, licet sit datus substitutus vniuersalis. Alex. *d. consil.* 162. *Circa primum,*
☞ *n.* 2. *ver. circa secundum, lib.* 2. Vide, *Hæres dicitur institutus in re certa, &*
quando efficiatur vniuersalis, vel non. Concluſ. 89. Vide plenissime, *Hæredis institutio quando, & quibus possit fieri sub conditione, vel non. Concluſ.* 84. *n.* 7. *& multis seq.* Vide, *Vsufructuarius quando de manu hæredis, vel propria auctoritate capiat. Concluſ.* 317.

Vsufructuarius hæreditatis differt ab vsufructuario omnium bonorum. Concluſ. 308.

1 DIFFERVNT † vsufructuarius hæreditatis, & omnium bonorum; quia si est hæreditatis, ad eum, & ad hæredem proprietarium spectat soluere æs alienum; si vero est omnium bonorum; æs alienum soluitur per solum hæredem, in quo tamen ære alieno minuitur vsusfructus omnium bonorum. Bald. *consil.* 237. *Titius in testamento, n.* 3. *ver. tertio quæritur, lib.* 1. *& cons.* 22. *Super primo, in fin. ver.*
2 *super tertio, lib.* 2. † Contrarium videtur velle Bald. *cons.* 239. *Testator ita dixit, n.* 3. *ver. hic tamen est considerandum, lib.* 1. vbi, quod dicitur legatarius vniuersalis is, cui vsusfructus omnium bonorum est legatus, & ideo vna cum hærede pro dimidia tenetur ad alia legata.
3 † Declara; quia si est vsufructuarius vniuersitatis, ipse tenetur soluere debita; si vero est vsufructuarius partis, secus. Bald. *cons.* 467.
4 *Vsufructuarius, lib.* 3. † Declara; quia vsufructuarius omnium bonorum non patitur diminutionem vsusfructus propter legata etiam pia facta in substitutionis euentum; quia intelliguntur semper saluo vsufructu, & ideo si exequutores volunt vendere pro legatis piis, vendere debent solam proprietatem saluo vsufructu. Bald.
5 *cons.* 88. *Factum tale est, lib.* 4. *circa fin.* † Adde, quod vsufructuarius omnium bonorum tenetur solum pati, quod vendantur bona pro debitis satisfaciendis; quia debent solui de proprietate diminuto
* pro rata proprietatis alienatæ vsufructu, & ista est communis * opinio, siue possideat hæres, siue non. Borgnin. Cauale. in *tract. de*
* *vsufruct. n.* 211. *& 212. cum seq.* vbi, quod ista est * communis opinio.
6 † Si vero est vsufructuarius hæreditatis, vel vniuersalis, tunc ipse vsufructuarius tenetur solus ad debita, non autem hæres. Ruin.
* 7 *cons.* 41. *Verbis testamenti, in princ. lib.* 2. vbi, quod nullus discrepat, & in fin. *n.* 12. dicit, quod ista est * communis. † Declara; quia si est vsufructuarius omnium bonorū, deducitur æs alienum ex vsufructu, & tale æs alienum soluitur per hæredem; si vero vsusfructus est vniuersalis hæreditatis, tunc deducitur æs alienum, sed soluitur per vsufructuarium. Bald. *d. cons.* 239. *ver. hic tamen est considerandum, lib.* 1.
8 † Vsusfructus vniuersalis hæreditatis relictus matri, & vxori, ex quo est vniuersalis, comprehendit etiam vsumfructum donatum inter viuos matri de re particulari; quia licet testator legans vsumfructum vniuersalem censeatur legare eo modo, quo habet, quasi cum non habeat vsumfructum particularem, non censeatur illum legare; tamen secus est per *l. Iulianus, in princ. ff. de leg.* 3. ita
9 Rom. plene *cons.* 308. *in princ.* vbi tollit omnia contraria. † Limita; quia vsusfructus quantumcunq; vniuersalis relictus cuicunque, minuitur semper per legitimam debitam filiis tam in proprietate liberam, quam in vsufructu. Rom. *cons.* 312. *Circa propositam, col.* 2. *ver. quoad quartum*, vbi dicit communem. * Vide, *Legitima non*
minui per fraudem parentum, & quando secus. Concluſ. 188. † Extende; quia imo si filius est hæres institutus relicto vniuersali vsufructu, tertio, filius detrahit legitimam, & Trebellianicam liberam, & de in vsufructu. Rom. *d. cons.* 312. *n.* 4. *ver. quoad ultimum*, licet videatur loqui, quando filius grauatur etiam fideicommisso, secus casu detrahit. Vide, *Legitima & Trebelliana simul deducuntur ex fideicommisso, & quando secus. Concl.* 212. Vide infra, *Vsusfructus omnium bonorum mobilium, & immobilium quid importet. Concl.* 311. Vide etiam *Vsufructuarius quos fructus faciat suos, vel non. Concluſ.* 313.

Vsufructuarius omniū bonorū quos fructus consequitur, & quos vsufructuarius vniuersalis. Concluſ. 309.

VSVFRVCTVARIVS † omnium bonorum debet habere fructus etiam animalium. Bald. *cons.* 418. *Andreas q. lib.* 3. *fin.* vbi loquitur in fortioribus, quando erat non generaliter dictum, *omnium bonorum*, sed erat dictū, *mobilium, & immobilium*, concord. Bart. *cons.* 50. *Gilius Petri; n.* 4. *ver. adhuc quæritur, lib.* 1. vbi idem per omnia. † Declarat Bart. *d. cons.* 50. *n.* 4. *lib.* 1. quod animalium, quæ consistunt in grege, licet habeat vsumfructum, in iis tamen, quæ gregem constituunt, tenetur subrogare. † Amplia; quia debet habere nedum fructus proprios bonorum fructantium, sed etiam improprios, puta rerum, & bonorum, quæ vsu consumuntur. *Commium. ff. de vsufr.* Petr. de Anch. *cons.* 3. *Non est dubium, in princ.* Contrarium videtur tenere Bart. *d. cons.* 50. *Nicolutius, n.* 3. *ver. alia notatur; lib.* 1. vbi, quod non habet vsumfructum vestimentorum testatoris mariti, neq; pretiosarum vestium vxori paratarum; clara; quia imo licet in istis vestibus non cadat vsusfructus, tamen debent esse penes vsufructuarium, vel si redigatur ex eis quantum erit durante vsufructu omnium bonorum mobilium, & immobilium legato penes vsufructuarium, ita Bernard. Landr. in *d. Bart. d. cons.* 50. *n.* 3. *lib.* 1. *ver. adde; quod iura.* † Amplia, vt etiam omnia, quæ fructuum appellatione continentur; prout sunt sationes, *l. defuncta. ff. de vsufr.* Petr. de Anch. *d. cons.* 3. *Non est dubium, princ.* † Amplia; quia vsufructuarius omnium bonorum generaliter relictus debet habere etiam vsumfructum nummorum debitorum. Bald. *d. cons.* 418. *circa med. ver. & licet in d. l. vxori, lib.* 5. † Amplia; quia vsufructuarius omnium, & quorumcunque bonorum, & maxime quando est vxor, vel coniuncta persona testatoris, debet habere vsumfructum etiam bonorum emphyteuticorum, & fibicinorum fideicommisso, quæ spectant ad hæredem, attenta generalitate verborum; quia in præiudicium hæredis potuit legare. Rot. Florentiæ plenissime in motiuis 5. Martii 1566. & fuit in causa Volterrana commissa per Principem, vbi ponunt plures declarationes, quas videas. Vide, *Legatum simpliciter factum non restringitur. Concl.* 60. *n.* 11. *& seq.* † Vsufructuarius vniuersalis; & hæres non lucratur granum, & fructus primi anni à testatore collecti, sed bene debet omnia penes se habere etiam fructus collectos, restituat in fine, & debet cauere de restituendo; prout idem in arnesiis, & aliis; quia si vsu consumuntur, restituat æstimationem, tamen granum, & fructus restituet in simili specie. Bald. *cons. Pastucius; in fin lib.* 5. *per tot.* & duplicatur *cons.* 442. *eod. lib.* 5. † Limita; quia non debentur emolumenta prothocollorum; quia non nascuntur, & non sunt in fructu, sed in proprietate. Bart. *Gilius Petri; in fin. lib.* 1. & est * communis opinio, quod non veniat appellatione fructuum, vt ibi Bernar. Landria. in apostill. † Limita; quia licet non sint fructus; tamen id, quod percipitur ex prothocollis, debet esse penes vsufructuarium durante vsufructu. Bernard. Landr. in apostill. ad Bart. *d. cons.* 50. *n.* 3. *ver. adde, quod* † Limita in vsufructu relicto omnium bonorum mobilium, & immobilium; quia non comprehendit vsumfructum nomen debitorum. Bald. *d. cons.* 418. *per tot. lib.* 3. Bart. *d. cons.* 50. *Gilius princ. lib.* 1. † Limita; quia si testator legat vsumfructum omnium bonorum suorum vxori, & instituat hæredem debitorem rei ris, non habebit vsumfructum debitorum hæredis; quia cum additionem sit facta solutio, & confusio, & non debeat vsufructus, nisi adita hæreditate, quo tempore ministerio iuris nouus hæres aliquid; ideo non extenditur ad ista credita non durante faciunt dicta per Cruet. *cons.* 144. *n.* 7. & in terminis decidit *quæst. famil* 13. *Si alicui.* † Contra limitationem faciunt multa si hæres esset creditor defuncti, durum esset, quod augeretur vsufructus in plus, quam haberet testator, & contrariorum eadem disciplina, & aliqua etiam elici possunt ex Cruet. *d. consil.* 144. *n.* & 6. † Limita; quia vsufructuarius non lucratur fructus, nisi

per eum, vel alium eius nomine separati à solo. Bald. *cons.* 444. *Casus statuto lib.* 5. quod duplicatur *lib.* 1. *cons.* 163. *in fine.* Vide infra, *vsufructus omnium bonorum mobilium, & immobilium quid importet. Concl.* 311.

Vsufructuarius omnium mobilium, massaritiarum, & arnesiorum quid comprehẽdat, vel non. Concl. 310.

1 LEGATVM † vsusfructus, seu commoditatis omnium bonorum mobilium, massaritiarum, & arnesiorum existentium in domo continet omnium supellectilium commoditatem, & cæterorum omnium mobilium ac arnesiorum, quod est vocabulum interpretandum secundum communem vsum, & cosuetudinem loci. Bald. *cons.* 485. *Qui legat, n.* 3. *ver. venio ad aliam, lib.* 4. † Declara; quia illa verba, *existentium in domo*, debent intelligi tempore testamenti, non autem tempore mortis testatoris, vt intentio testatoris sit super certo. Bal. *d. cons.* 485. *in fi. lib.* 4. † Restringe; quia non veniunt bona, quæ inscio testatore essent illata in domum. Bald. *d. cons.* 485. *circa fin. lib.* 4. † Restringe; quia non venit commoditas mercium. Bald. *d. cons.* 485. *circa fin. lib.* 4. † Restringe; quia non venit commoditas eorum, quæ ad alium vsum extra domum erant destinata. Bald. *d. cons.* 485. *lib.* 4. *circa fin.* † Restringe; quia non veniunt nomina debitorum; quia nõ circumscribuntur loco. Bal. *d. cons.* 485. *in fin. lib.* 4. Vide, *Iura, & actiones non computantur inter mobilia, & immobilia, & quando secus. Concluſ.* 494. *& Concl. ibi ſeq.*

Vsufructus omnium bonorum mobilium, & immobilium quid importet. Concl. 311.

1 IN † vsufructu bonorum mobilium, & immobilium non veniunt iura, & actiones tãquam tertia species, neque nomina debitorum, & propterea non veniet vsusfructus creditorum, & nominum debitorum, vt plene per Surd. *cons.* 26. *nu.* 3. Bart. *cons.* 87. *Matthiolus, per tot. lib.* 2. vbi apost. in *ver. Matthiolus.* † Extende maxime, quando testator reliquit vsum fructum omnium bonorum suorum mobilium, & immobilium; quia illa dictio, *suorum*, restringit, vt intelligatur de bonis, quorum habet dominiũ. Bart. *d. cons.* 87. *Matthiolus, circa med. lib.* 2. vbi apost. in *ver. restringere*, dat concord. vbi tollit contraria, quod aliquando pronomen, *suorum*, importat generaliter etiam iurium, & actionum, *l. vxori mea. ff. de vsufruct.* quia respondet Bart. quando tale pronomen apponitur substantiæ comprehendenti omnia, prout si dixit, 3 *omnium bonorum.* † Limita; quia bene veniunt fœtus animalium, vt sint vsufructuarii omnium bonorum mobilium, & immobilium, dummodo circa fœtus gregis loco mortuorum totidem vina subroget, & reponat. Bart. *dict. cons.* 50. *lib.* 1. *in fine.* quod duplicatur *d. cons.* 87. *lib.* 2. Vide, *Iura & actiones non computantur inter mobilia, & immobilia, & quando secus. Concl.* 494. Vide supra, *Vsufructuarius hereditatis differt ab vsufructuario omnium bonorum. Concluſ.* 308. *& Concl. ibi proxime ſeq.*

Vsufructuarius in quibus differat ab eo, cui debentur fructus. Concl. 312.

1 DIFFERT † vsufructuarius ab eo, qui fructus fundi prætendit; quia vsufructuarius est dominus; quia ius suum consistit in fructibus; & ideo semper sunt sibi debiti, non habita distinctione, an sit in mora, vel non; secus in eo, cui fructus fundi possunt pertinere; quia distinguitur, an sit in mora, vel non, an in bona fide, vel non. Ang. Aret. *cons.* 56. *In causa illius, num.* 2. *ver. nec etiam obstat.*

Vsufructuarius quos fructus faciat suos, vel non. Concluſ. 313.

1 VSVFRVCTVARIVS † non facit fructus suos, nisi per eum, vel alium eius nomine sint separati à solo. Bald. *cons.* 163. *Statuto cauetur, in fin. lib.* 1. *ver. item quia* quod duplicatur *lib.* 5. *cons.* 444. Roma. *cons.* 309. *Videtur primo in fin.* Ang. Aret. *cons.* 23. *In hac causa, n.* 12. *& ſeq.* vbi dicit * communem. Alex. *cons.* 92. *Perſpectis, nu.* 37. 2 *ver. pro hoc facit, lib.* 6. † Si vero sunt separati à solo, bene facit fructus suos, & spectant ad hæredes vsufructuarii per prædicta, & hoc, siue sit relictus vsusfructus bonorum, siue proprietas, donec vixerit, gl. in *l. Titia, la prima.* §. *fin. ff. de leg.* 2. & ibi Bart. *in princ.* Bald. & Castr. in *l. cum ii.* §. *ſi vni. ff. de tranſact.* latius Bart. in *l. liberti, la prima. ff. de aliment. legat.* & plura confert Ias. in *l. fin. C. de legat.* vbi in specie loquitur de relicto ad gaudimentum. Roman. *cons.* 3 309. *Videtur primo, in fin.* † Declara; quia si alius non nomine vsufructuarii fructus percipiat, vsufructuarius non facit illios suos. Alex. *cons.* 92. *n.* 37. *lib.* 6. vbi secus dicit in feudatario, emphyteuta, & aliis, qui habent vtile dominium; quia etiam si alius percipiat ratione vtilis dominii, spectant ad feudatarium, licet adducat contrarios in hoc vltimo. † Amplia in tantum vsufructuariũ 4 facere fructus suos separatos à solo per se, vel alios nomine suo, vt licet remaneant in fundo, à quo sunt separati, & non sint reconditi, transmittit ad hæredes, & dominium semel quæsitum, licet sit in fundo alieno, non perditur. Ang. Aret. *d. cons.* 23. *n.* 10. *& ſeq. ver. nec obſtat, quod dicta quãtitas*, vbi, quod potest compelli abducere, & ipse compellit dominum, vt patiatur, & *mum.* 13. dicit * * communem. † Extende, quod dicitur de fructibus fundorum, 5 seu agrorum, vt idem sit de fructibus aquarum, & aeris, prout si vsufructus consistat in piscationibus, seu venationibus; quia pisces capti, & conseruati in viuariis, & aues, & feræ sunt vsufructuarii, & transmittit ad suos hæredes, quia fructus sunt Ang. Aret. *d. cons.* 23. *In hac causa, per tot.* maxime *n.* 10. *& ſeq. ver. non obſtat, quod dicta quantitas.* † Amplia, vt procedat etiam in colono, 6 seu conductore, qui nummis conducit; quia agit futi pro fructibus separatis à solo; quia facit illos suos, cum primum durante locatione sunt separati, adinstar vsufructuarii, Ang. Aret. *d. cons.* 23. *In hac causa, per tot.* maxime *n.* 10. *& ſeq. ver. nec obſtat*, vbi in vsufructuario *n.* 13. dicit * communem, & in colono nummis *n.* 15. pa. * riter dicit communem *. † Extende in conductore gabellarum; *7 quia si bona sunt conducta tempore suę locationis, & sibi gabella soluta, vel promissa, non potest, successor in conductione prætendere, quod alia gabella soluatur. Ang. Aret. *d. cons.* 23. *in fi. n.* 29. *& ſeq. ver. quoad ſecundum*, vbi idem, si sunt bona conducta per primum gabellarium tempore suæ locationis; quia licet ea bona vendat post, non tenetur ad aliam gabellam. † Extende in em- 8 phyteuta; quia æquiparatur vsufructuario. Soc. *conſ.* 167. *Non inutilis, n.* 12. *lib.* 2. Vide, *Emphyteuta & vſufructuarius æquiparantur, & quando. Concl.* 218.

Vsusfructus simpliciter relictus vxori quid comprehendat. Concl. 314.

MARITVS † si relinquat vxorem suam dominam, & vsufru- 1 ctuariam in domo testatoris institutis extraneis, puta trãsuersalibus; quia non dixit, *omnium bonorum*, non consequitur, nisi alimenta, prout consequeretur, si esset relicta domina, & vsufructuaria omnium bonorum institutis filiis. Castr. *cons.* 416. *Ad primum quæsitum, in prin. lib.* 2. vbi, quod licet non sit locus consuetudini; tamen vsusfructus non debet extendi ad bona non expressa; quia quod minus est, debet intelligi. † Extende; quia neq; ha- 2 bebit integrum vsum fructum domus, sed vsum tantum cum hæredibus, ex quo fit mentio de hæredum habitatione. Castr. *d. cons.* 416. *in prin. ver. nec propterea lib.* 2. † Extende; quia si testator vl- 3 terius voluit, quod pecunias, & mobilia teneat ipsa vxor, debet intelligi in custodia, non autem vt habeat vsum fructum; quia tenere hoc importat; vsufructuarius autem possidet nomine suo, non nomine alieno, prout is, qui tenet. Castr. *d. cons.* 416. *n.* 2. *ver. ad ſecundum, lib.* 2. vbi, quod non debet vti bonis datis in custodiam, vel depositum, alias dolo faceret, & si esset effecta suspecta dilapidationis, potest compelli ad satisdandum. † Contrarium vi- 4 detur tenere Alex. *cons.* 58. *Habita, in prin.* & maxime *n.* 7. *& ſeq. ver. in legato enim, lib.* 3. vbi, quod in legato generali vsufructus veniunt etiam ea, quæ vsu consumuntur. † Limita; quia si mater est 5 instituta pro medietate à marito, & filius in alia medietate, licet pattem vxoris restrinxerit ad vitam illius tantum, etiam si dixerit, quod dimidia, in qua hæres erat instituta, esset ad vtendum, & fruendum, non dicitur relictus vsusfructus tantum, sed proprietas. Cast. *conſ.* 355. *Ad primum, in prin. lib.* 2. Vide plenius in Concluſ. proxime seq. Vide Ant. Gabriel. *lib.* 5. *tit. de vſufructu. Concl.* 3. *Vſusfructus relictus vxori inſtituto extraneo.*

Vsusfructus relictus vxori per verba, *dominam, massariam, & vsufructuariam*, qualiter interpretetur stantibus filiis, vel non. Concl. 315.

MARITVS † si relinquat vxorem suam dominam, & vsufru- 1 ctuariam omnium bonorum suorum instituto extraneo hærede, vxor debet habere plenum, & integrum vsum fructum omnium bonorum, prout cantat legatum. Bald. *conſ.* 459. *Quidam inſtituto, per tot. lib.* 1. *& conſ.* 209. *Illa verba, lib.* 3. *in prin.* vbi restringit, nisi ex verbis, vel ex charitate personarum institutarum aliter sit dicendum. Sign. *conſ.* 175. *in prin.* Castr. *conſ.* 218. *Quod vxor, ver.* 2. *probatur, lib.* 1. vbi dicit * communem. Christoph. Castillio. * *conſ.* 2. *in prin.* vbi de * communi. † Idem, si vxor leget marito, à *2 paritate rationis. Boer. *decis.* 194. vbi, quid sit, quando non filii, sed ascendentes supersunt, vel transuersales consanguinei. Vide

3 Ant.Gabr. *d.lib.5.tit.de vsufructu. Concl.3. Vsusfructus relictus vxori.*† Amplia; quia imo si maritus instituat extraneum hæredem post mortem vxoris,quam reliquit dominã, & vsufructuariã,imo erit etiam hæres in vita sua propter impossibilitatem; quia cum debeat habere vsumfructũ adita hæreditate,& alii nõ sint hæredes, nisi post mortem vxoris, propterea ipsa erit hæres.Bald. *cons.80. Punctus.super quo,lib.4.*qui loquitur in fortioribus, quãdo filii erãt instituti post mortem matris vsufructuariæ,& Dyn. *cons.3. Quæstio est talis,quidã per tot.* vbi videtur nolle decidere. licet in hanc partem inclinet in fine. Bald. *cons.290 Factum tale est,lib.3.* Ang. *cons.150. Donatus Floriano, nu.3.ver. an autem si volunt, vsq; in fin.* vbi idem in matre.Castr.plenissime *cons.459. Dubium per tot.* facit tres casus,

4 *lib.2.*† Contrarium,quod imo cõsuetudo admittit, quod si maritus legat vsumfructũ omnium bonorum suorum vxori, & nepotem descendentem,seu etiã filium instituat post mortem vsufructuariæ;tunc filius, vel nepos descendens, vel etiã extraneus poterit adire hæreditatem in vita vxoris, quasi pure sit institutus quoad proprietatem viuente vxore, & ea mortua etiã quoad vsumfructum Bald. in *l. id quod pauperibus. C. de Episc. & cler.* Castr.

5 *cons.459. Dubium,de quo, in prin. & cons.460. in prin.lib.2.*†Sola differentia est,quod filius, vel descendens institutus post mortẽ vxoris vsufructuariæ habebit legitimã liberã in proprietate, & vsufructu;quia isto casu vsusfructus nõ restringitur ad alimẽta, ex quo post mortẽ matris instituitur,licet pure adeat,vt cõsimetur legatũ vsusfructus, & hac ratione forte etiã habebit Falcidiã liberã,licet nõ determinet absolute;extraneus vero bene habebit Falcidiã in proprietate, & vsufructu, cũ adeat pure,residuum vsusfructus plene habebit vxor relicta vsufructuaria omnium bo-

6 norũ,ita Cast.*cons.459.per tot.& 460.per tot.lib 2.*† Declara igitur; quia ampliatio,quæ dicit, q̃ vxor erit hæres,donec viuit,erit vera,quando vltra relictũ vsusfructus omnium bonorũ, quod est legatũ incertum,habebat etiã legatum,quod esset domina,quæ verba possunt reddere hæredẽ; contrariũ est,quando desunt illa verba,*reliquit dominã*, sed sola verba vsusfructus, & sic non sunt

☞ 7 cõtraria,sed diuersa.† Vide plenissime, *Haredis institutio quãdo, & quibus possit fieri sub conditione. Concl.84.*† Restringe,qñdo esset re-

8 licta domina,& vsufructuaria simpliciter in domo, & nõ adsunt illa verba,*omniũ bonorum*,neq; adest institutio conditionis hæredis post illius mortẽ; quia habebit duntaxat alimenta, prout qñ extãt filii,& hoc,vt quod minus est in dubio contineat legatũ,& ne fiat extensio ad bona nõ expressa à testatore.Castr. *cons.416.in*

9 *pr.lib.2.* Vide Conclusionẽ proxime præcedentẽ.† Declara;quia quando maritus legat vxori, quod sit domina, & vsufructuaria omniũ bonorum , videbatur de iure cõmuni legatum dominiũ, & legatus vsusfructus omniũ bonorũ; sed quia illa copula videbatur posita inter cõtraria;quia si est domina, nõ potest esse vsufructuaria,& si vsufructuaria,non põt dici domina;ideo Doctores antiqui copulã,*&*,pro alternatiua exponebãt,vt vel haberet dominium omnium bonorum , vel solum vsumfructũ omnium bonorũ; sed de generali cõsuetudine,quæ habuit ortũ Bononiæ in curia Bulgari, & hodie per totã Italiã seruatur,fuit interpretatio sumpta,qñ filii sunt instituti, quod vxor habeat sola alimẽta, quæ consuetudo est rationabilis;quia certũ est,quod in legitima filiorum non potest habere neq; dominium,neq;vsumfructũ,ita

10 plene Rom. *cons.516.In casu proposita,in prin.*† Vide omnino Alex. *cons.50.In causa,& lite,n.2.v.præterea.cũ seq.lib.7.* vbi, quod cõsuetudo Bulgari circa verbũ,*dominã*, procedit in vxore,quæ habere solebat præeminentiã in domo; secus in matre , vel alia persona, quæ in domo nõ habitabat,neq; habebat hanc præeminentiã.†

11 Amplia, vt procedat , etiã si vxori legasset particulariter aliquid vltra legatũ vniuersale vsusfructus; quia per legatũ particulare

12 nõ minuitur vniuersale.Bal.*d.cons.459.in fi.v. & est notandũ,lib.1.*† Extende;quia si legauit vsumfructũ omnium bonorum vxori,& deinde legauit alimenta, debet habere integrũ vsumfructũ omnium bonorũ, & etiã alimenta , qñ extranei sunt instituti hæredes; quia sicut hoc esset in diuersis legatariis; ita etiã in eodẽ legatario plurium legatorum. Bal.*cons.237. Titius in testamento,lib.1.in pr.*vbi est casus Alex.*cons.214.per tot.lib 6.*vbi, quod legatũ particulare alimentorũ non est factũ ad diminutionẽ, sed ad augen-

☞ dum. Vide, *Alimenta debita vxori, vel legata à marito quando,& qualiter debeantur.Concl.295.*† Restringe, vt non procedat, quãdo ma-

13 ritus legasset vsumfructũ omniũ bonorũ vxori , & alteri legasset specialiter quædã bona; quia legatũ speciale derogat vsufructui in illa specie legata. Bal.*cons.55. Manes Pandulphi,lib.4.* Soc.Iun.*cons.*

14 *109.lib.1.*† Contra restrictionẽ tenet Castr.*cons.133. Præfati Vannuccius col fin. ver. in contrariũ,lib.1.* quod si fiat legatũ vsufructus, postea alteri legat quotam bonorum, in quota concurrit vsufructuaria pro medietate, & proprietaria pro alia;secus si legatum esset hæres.† Declara; quia si legatur fundus vni particulariter, vsufructus etiamsi dẽ fundi alteri, concurrunt in vsufructu pro medietate singulorũ; quia si legauit fundũ, etiam legauit vsufructũ,& sic concurrũt ambo in vsufructu,& sic loquitur *d.lib.2. vsufr.leg.* sed si instituat hæredẽ aliquẽ, & leget vsumfructũ alteri, non concurrunt; quia hæredis institutio nõ continet vsumfructũ, ita Cast.*cons.218. Quod vxor n.2.v.sed prædictis* libr. reprobat Bal.contrariũ tenentem,quod imo etiam in instituto ne extraneorũ concurrant institutus, & vsufructuarius.† Amplia, quia vxor , cui relictus est vsusfructus omniũ bonorũ tantũ filiis,licet de cõsuetudine restringatur ad sola alimenta si liberi decedant in pupillari , ita quod extraneo substituto restringatur hæreditas; tunc vxor mortuis liberis debet habere plenum vsumfructũ omniũ bonorũ; quia consuetudo Bulgari restringit vsumfructũ ad alimenta est in personã , non in rẽ; ideo cessante persona cessat restrictio cõsuetudinis.Bal.*cons.426.Cum sit ritas est*,& plenius *cons.427. Mortuo dicto impubere,lib.2.* Castr. *cons.* 320.*Viso processu.in pri.lib.2.* Bart.*cons.56.Bart.fecit,n.3.ver.* *lib.1.*† Contrariũ videtur tenere Cast.*cõs.133. Præfatiꝰ Vannuc* quod si prælegatur filiabus medietas, & in alia medietate substituũtur extranei, mortuis filiabus, quibus extranei succedebentur alimẽta pro medietate,pro alia extraneorũ vsufructus. Declara; quia vxor,cui relictus est vsusfructus, licet habeat alimenta dũtaxat viuentibus filiis, & ipsis mortuis habeat plenum vsumfructũ;tamen non habebit integrũ vsumfructũ mortuis liis, qñ esset simplex legatũ vsusfructus; quia semper testatorme,prout principiũ dabit; secus si esset distributũ per stirpes, uti si esset legatus vsusfructus, donec caste,& honeste vivat Bal.*cons.50.Viso testamento,in fi. v. quæritur etiam,lib.5.* Ang. *Viuian.de Monte,in fin.ver.restat igitur & cons.109.n.2.col.2.in* *igitur*, vbi idem dicit in matre testatoris, quod in vxore videtur velle idem Ang.*cons.301.in fine*, vbi, quod si incepit beri à filiis,cõtinuabit eo modo; si vero incipiat à substituto totus vsusfructus,excepta Trebellianica,& loquitur,qñ vxor rat relicta domina,vsufructuaria, & massaria, & hinc contra

* Doctorũ intelligentiam dicit,& sequitur Alex.*cons.35.Viso testamẽte, lib.4.* quia legatũ,donec vidua, vel casta, est annuũ, & non vniforme. Gerard.Mazzol. *cons.88.* & ita etiam declarat Castr. *cons.218. Quod vxor, ver.2.probatur,lib.1.*† Declara secundo, quia si filius , vel filii instituti decedant viuo testatore , ita succedat extranei , vel etiam decedant mortuo testatore nondũm hæreditate, si nunquam fuerũt filii hæredes,sed extranei,vera est ampliatio,quod vxor habet integrum vsumfructum, etiam si filii gatus vsusfructus simpliciter,& non per singulos annos,vel nec vidualem vitam duxerit;si vero filii hæredes fuerint, & ea decesserint , non augebitur vsusfructus restrictus ad alimẽsemel,nisi quãdo esset annuus, prout supra; quia si est de annuo annum , & tot sunt legata vsusfructus, quot anni; tunc cessantibus filiis. Castr.*d.cons.218. Quod vxor,per tot.lib1.* Alex. 42.*Viso processu, in fin.ver. non obstat,lib.2.* vbi apost. in *ver. Bart.* concord.†Extende, vt procedat, etiam si post mortem filiorum essent instituti pauperes secundum electionem exequtorum quia etiã si eligeretur monasterium , quod esset loco filii, adhuc mater habebit integrum vsumfructum. Ang.*cons.97. circa fin.* *restat igitur* Bart.*cons.56.Bart.fecit,nu.3. ver. secundum dubium.*† Vide Castr.*cons.133.col.fin.ver.in contrarium,lib.1.*vbi, quod si testator linquat vsumfructum omnium bonorum vxori, alteri relinquat certam quotam, in illa quota fit diuisio vsusfructus per consum ; secus si esset factum legatum hæredi. † Extende, vt procedat etiam, quando est instituta fraternitas certæ Ecclesiæ mortem filiorum; quia si relicta est mater domina & vsufructuria,si voluerit stare cum filiis,& moriantur filii viuente testatore ita quod fraternitas succedat ex substitutione vulgari, mater debebit integrum vsumfructum deducta Trebellianica pro hi de.Ang.*cons.301.post med.v.r. quartum dubium, vsque in fin.* & tenet Anch. *cons.185.per tot.*† Extende, vt idem sit, si filius dedat viuente matre in quacunque ætate sine filiis; quia tunc mater deducta legitima filii incipiet habere plenum vsumfructum Bald. *cons.55.Manes Pandulphi,lib.4.in fin.*& quod excepta legitima libera mater habere incipiat integrum vsumfructum, quando hæreditas deuenit ad substitutum, Soc.*d.cons.279.n.3.& alibi* vbi dicit * communem. Alex.*cons.29. Viso themate,lib.4.* quod dicplicatur *lib.1. cons.40.* vbi declarat procedere, quando legatum est conditionale , sed apostilla ibi dicit , quod procedit, etiam si legatum vsusfructus sit purum. Anch. *cons.185. Quæstio videtur,* *prin.* Vidẽ infra , *Vxor relicta domina , & massaria consequitur sola alimenta.*

menta, *si sunt instituti filii, & quando secus. Concl.* 403. † Contrarium secundum aliquos tenet Alex. *d. cons.* 29. *Viso themate, nu.* 1. *ver. & concludunt Doctor, lib.* 4. vbi, quod si vxor est relicta domina, & vsufructuaria institutis filiis, etiã quod filii moriantur, & hæreditas transeat ad extraneos fratres testatoris, vel alios, nõ mutatur legatum ceptum solui in solis alimentis; secus si legatum vsusfructus esset cõditionale, veluti, *lego vsumfructum vxori meæ*, vel, *lego dominam, & vsufructuariam, donec vitam castam, & vidualẽ seruauerit*; quia isto casu pro primo anno legatũ est purũ, prosequentib. annis est conditionale, & isto casu mortuis filiis bene habebit integrum vsumfructum deducta legitima filiorum, in qua nõ cadit; quia debet esse libera, & idem tenet Rom. *cons.* 516. *n.* 8. *& seq. ver.* 35 *aut loquimur.* † Declara; quia imo limitatio est vera indistincte, etiam si legatum sit sine dictione, *donec*. Soc. *cons.* 279. *n.* 3. *& 4. lib.* 2. * vbi dicit * communem, & ita etiam apost. ad Alex. *d. cons.* 29. *lib.* 4. *ver. conditionale*, quæ reprobat distinctionem Alex. quia consuetudo Bulgari ex mente testatoris restringit legatũ fauore fi- 36 liorũ; ergo filiis cessantibus cessat mens, & restrictio. † Extende, vt procedat, quod mortuis filiis legatũ vsusfructus restrictũ ad alimenta propter filios reuertitur ad integrum vsumfructum, etsi filii successerint fratres testatoris; quia quando succedentes nõ sunt de descendentibus testatoris, deducta legitima filiorũ, quæ non potuit grauari, vxor habebit integrũ vsumfructum, non obstante, quod viuẽt. bus filiis fuerit restrictũ ad sola alimẽta. Alex. *d. cons.* 29 *n* 11. *& seq. ver. vnde cum talis, lib.* 4. vbi plures citat. Anch. 37 Regin. *q.* 1. *num.* 15. *lib.* 2. † Contrarium, quod imo, quando vxori fuit relictus vsusfructus simpliciter per hæc verba, *relinquo vxorẽ meam vsufructuariam, & dominam*, semper habeat sola alimenta, quãdo sunt instituti filii, etiã si filii postea decedant; quia semper est legatũ purum; secus, quando legatum vsusfructus esset conditionale, puta donec vidualẽ vitã seruauerit; quia tunc pro primo anno est purum, pro aliis cõditionale; ideo si filii moriantur, tunc ampliatur; quia semper legatur sub conditione. Alex. *cons.* 29. *Viso themate, lib.* 4. *per tot.* quod duplicatur *lib.* 1. *cons.* 40. vbi videtur dicere, quod ita cõcludunt omnes * Doctor. & ita loquitur 38 Bar. *cons.* 56. *n.* 3. *ver. & probatur*, & etiam in *cons.* 171. *Nicolaus, v. nunc sit dubium, lib.* 1. † Et quod si legatũ vsusfructus est purum, semper debeatur eodem modo, prout quando filii viuebant, etiam 39 ipsis mortuis. Bart. *cons.* 243. *Fuit quidam de Assisio, in fin. n.* 10. *lib.* 1. † Declara; quia quod dicitur, vxorem relictam dominam, & vsufructuariam habere sola alimenta viuentib. filiis, & ipsis mortuis habere integrũ vsumfructũ, procedit, si aliis non sunt facta legata, quæ diminuant integrũ vsumfructũ; quia sic datur concursus cum aliis legatariis, vt suam ratam omnes habeant. Bart. *cons.* 33. *Præsupponitur, n.* 2. *ver. ad secundum, lib.* 1. vbi, quod si etiam aliis mortuo filio est legatus vsusfructus, vel proprietas, diuidunt inter se. 40 † Vide alium casum penes Bald. *cons.* 320. *Ser Petrus, n.* 1. *lib.* 1. vbi si instituto filio relinquitur vxori vsusfructus, qui reducitur ad alimenta viuente filio, & postea moriẽte filio in pupillari substituitur mater, & extraneus, aduenieñte casu mortis pupilli, dicit Bal. quod Dyn. dixit, quod mater perdit vsumfructũ, sed ipse Bal. dicit verũ, si mater succedat ex tacita vulgari; quia filius nõ fuit hæres, sed si ex pupillari, habebit vsumfructũ, & medietatẽ propriet- 41 atis. † Extende; quia si legatur vsusfructus vxori, donec vitã vidualẽ seruauerit, stantibus filiis in instituris, licet habeat sola alimẽta; & mortuis filiis habeat totũ vsumfructũ, istud procedit, dũmodo hæres succedẽs filiis non sit de descendentibus testatoris; quia si esset de descendẽtibus, semper legatũ restringitur ad sola alimenta; si vero sit transuersalis, ẽ frater testatoris, semper ampliatur. Alex. *d. cons.* 29. *lib.* 4. *nu.* 2. *& seq.* quod duplicatur *lib.* 1. *cons.* 42 40. † Extende, etiam si extaret statutũ, quod maritus non possit aliquid legare vxori stantibus filiis; quia si legatũ est, donec vitam vidualẽ seruauerit, & sic cõditionale, valebit mortuis filiis; quia conuale scit. Alex. *d. cons.* 29. *n.* 3. *& seq. ver. supereſt solum, lib.* 4. 43 quod duplicatur *lib.* 1. *cons.* 40. † Extende; quia etiã si testator relinquat vsumfructũ vxori, donec habitauerit cum filiis, & certũ quid, si non habitauerit, mortuis filiis habebit integrũ vsumfructũ, & ipsis viuentibus alimẽta; quia licet regulariter præsumatur relictũ contemplatione filii, cũ quo debuit habitare, & eo mortuo extingueretur, fallit, qñ contraria præsumptio est, vt in casu 44 isto plene Anch. *cons.* 185. *Quæstio videtur, per tot.* † Imo etiam, quod non præsumatur legatum contemplatione filii factũ ad hoc, vt mortuo filio mater priuetur, licet sit dictũ, donec cũ filio habitare voluerit; quia imo mortuo filio habebit plenũ vsumfructũ. 45 Ang. *cons.* 301. *post med. ver. quartum dubium.* Anch. *cons.* 185. *per tot.* † Amplia; quia si pater legauit vsumfructũ vniuersalẽ vxori, & filio, ita quod vxor teneatur cõmunicare dotẽ, licet viuente filio mater non habeat, nisi alimenta, & cõmunicet dotem; tñ mortuo filio in pupillari mater habebit per ius accrescendi vsumfructũ, nec fauor filii transit in substitutũ ipsi filio Bal. *cons.* 494. *Post mortẽ, ver. nec obstat, lib.* 4. † Ampliа; quia vxor, cui relictus est vsus- 46 fructus omniũ bonorũ, debet habere plenũ vsumfructũ, quando non sunt instituti filii; quia si est instituta sotor, vel mater, cõsuetudo Bulgari non habet locum. Ang. *cons.* 338. *Simon de Regio, in princ.* & idem, si sunt instituti ascendentes, & quicunq; alii, exceptis filiis. Castr. *cons.* 218. *incip. Quod vxor, in fi. lib.* 1. vbi dicit * com- * munem, & loquitur de atrinentibus, concord. Alex. *cons.* 57. *Ponderatis verbis, lib.* 3. vbi, quod excepiis descendentib. in aliis habet integrũ vsumfructũ. Alex. *cons.* 40. *col.* 4. † Extende; quia quando 47 filii nõ sunt instituti, sed eis est relictũ, vel in certa re sunt instituti, dato alio hærede vniuersali, vel pia causa instituta, tunc vsusfructus relictus vxori est plenus, & nõ restringitur ad alimenta; quia cessat ratio cõsuetudinis, vt accrescat filiis; & idẽ, si filii sunt iussi plus petere nõ posse. Castr. *cons.* 218. *Ad primum, in secundo dubio, lib.* 2. vbi apost. citat Alex. *cons.* 57. *& cons.* 59. *lib.* 3. † Extende, vt idẽ sit, 48 quando sunt instituti transuersales, vel quicunq; extranei nõ descendentes, apost. ad Bart. *cons.* 9. *in v. vigore consuetudinis*, vbi idem dicit esse, si sunt instituti ascendẽtes; quia cõsuetudo non loquitur de eis, allegat Io. de Imol. in *l. Titia.* §. *fi. ff. de leg.* 2. & idẽ videtur sentire de loco pio, & omni extraneo idẽ Bar. *cons.* 170. *Petrus Maioli in fi.* quia, vt inquit, nõ respicit, nisi filios, *lib.* 1. † Extende, vt idẽ 49 sit, si extãt filii, seu filiæ, & descendẽtes, qui nõ sunt instituti; quia etiã si esset institutus frater testatoris, vel quicunq; transuersalis; tunc secundum magis * communẽ vxor debet habere plenum * vsumfructũ, deducta prius legitima liberа filiorũ, in qua cõputabunt habita pro dotibus, videlicet sortẽ principalem tantum, non fructus, & ita seruari per totam Italiam, dicit Alex. *cons.* 57. *Ponderatis verbis, in pr. lib.* 3. vbi, quod consuetudo Bulgari est contra ius, & non loquitur isto casu, qñ transuersales sunt instituti, vbi apost. in *ver. seruatur*, citat plurimos concor. Contra extensionem Signo. *cons.* 175. *per tot.* † Extende, vt imo etiamsi essent insti- 50 tuti ascendentes, vxor relicta vsufructuaria omniũ bonorũ debet habere integrum vsumfructum; quia consuetudo, quod restringatur ad sola alimenta, habet locũ solum, quãdo liberi sunt instituti, & est consuetudo contra ius; ideo non habet locũ, nisi in casu, in quo loquitur, plene Alex. *d. cons.* 57. *nu.* 2. *ver. sed circa hoc, lib.* 3. & ibi apost. in *ver. seruatur, in fin.* dixit, quod etiam si mater testatoris, esset instituta, vxor habebit integrũ vsumfructũ sibi legatũ, allegat Ang. in *auth. hoc locum. C. si secund. nupt. mulier.* & Bertrand. *cons.* 36. *Ex themate, lib.* 1. & Ias. *cons.* 44. *col. fin. lib.* 1. † Extende 51 declarationẽ, vt procedat etiam, quando vxori est relictus vsusfructus omnium bonorũ, instituto filio in re certa, & hæredibus vniuersalib. institutis pauperibus; quia quoad pauperes habebit plenum vsumfructũ, quoad filii partẽ habebit ratam alimentorũ. Bart. *d. cons.* 170. *Petrus Maioli, per tot. lib.* 1. vbi apost 1. in *v. habere.* sequitur Castr. *cons.* 160. *n.* 3. *lib.* 2. † Et idem est, quando mater suc- 52 cedit filio in medietate, & alia medietas pauperibus est distribuenda; quia habebit vsumfructũ medietatis distribuendæ pauperibus, donec viuit, & distributio superſedebitur, ne impediatur vti, & frui. Castr. *d. cons.* 160. *n.* 3. *vsq; in fi. lib.* 2. † Extende, vt idẽ sit, 53 qñ maritus instituit filiã in parte, & pauperes, vel piã causam in alia parte, vxorẽ vero reliquit dominã, & vsufructuariam; quia quoad partẽ filiæ restringitur ad sola alimenta, quoad piã causam habebit integrũ vsumfructũ. Bart. *d. cons.* 170. *Petrus Maioli, lib.* 1. vbi apost. in *ver. habere*, dat concor. sequitur Cast. *d. cons.* 160. *in fin. lib.* 2. † Extende, qñ pater instituit posthumũ, & substituit extra- 54 neos, relicto vsufructu vxori, quã legauit dominã, & vsufructuariam; quia licet viuente filio vsusfructus restringatur ad sola alimenta; tñ eo defuncto debetur integer vsusfructus. Bal. *cons.* 120. *Nicolaus Tuderti, lib.* 3. quod est subscriptũ à Bart. † Extende dictã 55 declarationẽ in casu notabili; statutũ est Mediolani, quod vsusfructus relictus vxori per maritũ restringatur ad alimenta tantum, quidam Mediolanensis, qui per 20. annos habitauit Papiæ, mortuis relictis bonis Mediolani, & Papiæ, institutis hæredibus filiabus pro medietate, & fratribus suis pro alia medietate, & relicto vsufructu vxori suæ, dicit Bald. *cons.* 119. *per tot. lib.* 3. quod pro parte filiorũ habebit alimẽta, & pro parte extraneorũ habebit alimẽta quoad bona Mediolani; quoad bona Papiæ habebit integrũ vsumfructũ; quia statutũ non extenditur extra territoriũ. † Extende, quando pater dotasset filiã iure institutionis in certa 56 summa, si viuat, & nubat, cui substituit hæredes de sanguine vniuersaliter institutos, & reliquit vsumfructũ omniũ bonorũ vxori, donec vitam vidualẽ seruet, & filiæ, donec nubat; quia nupta filia mater habebit totum, & plenum vsumfructũ, quamuis an-

tequâ nupta esset, haberet solũ alimenta pinguiora. Bal. *cons.* 30.

47 *Viso testamẽto, in fi. lib.* 5. † Declara, quod dicitur, vsumfructũ matri relictũ propter filios restringi ad alimẽta, procedere pro rata, in qua succedũt filii; secus pro rata, in qua nõ succedant; quia tunc mater habet plenũ vsumfructũ. Bal. *d. cons.* 88. *Factũ tale est, circa fi. lib.* 4. vbi ponit casum; legauit vxori plenũ vsumfructũ, instituit hæredẽ masculũ, cui substituit extraneos, mortuo masculo; quia filio succedunt extranei in dimidia ex fideicõmisso, & sorores filiæ eiusdẽ matris, & patris in alia dimidia cũ matre, dicit, quod pro rata extraneorũ habet mater plenũ vsumfructũ, pro rata fi-

* liarum habet ratam alimentorũ, & hanc * cõem opin. dicit Soc. *cons.* 279. *n.* 3. *in fine, v. tamẽ quando hæreditas & n.* 4. *lib.* 2. & idem tenet Bal. *cons.* 119. *Factũ proponitur esse tale, lib.* 3. *per tot.* concor. Castr. *cons.* 133. *Præfati Vannuccius, per tot. lib.* 1. *& cons.* 160. *Considerandũ est, n.* 3. *lib.* 2. & idẽ tenet plene Bart. *cons.* 170. *Petrus Maioli, lib.* 1. quod

48 duplicatur *lib.* 2. *cons.* 92. *Quidam Petrus.* † Ampliа; quia si vxori relinquet maritus vsumfructũ omnium bonorũ, institutis filiis cõmunibus hæredibus sub cõditione mortis matris, vel in euentũ, quod ipsa vitã vidualẽ non seruaret; tunc vxor erit ẽt hæres vniuersalis, & habebit plenũ vsumfructũ, & filiis debetur legitima sine onere, residuũ vxori, nec restringitur vsusfructus hoc casu, ex quo filii non sunt hæredes pure instituti. Bal. *cons.* 80. *Punctus,*

49 *super quo petitur, per tot. lib.* 4. † Declara; quia mater potest petere alimenta præterita sibi nõ præstita à filio pro tempore, quo fuit extra domũ filii suis sumptibus, nisi probẽtur remissa. Bal. *d. cons.* 55.

☞ *in fin. lib.* 4. Vide, *Alimenta legata annua an pro præterito debeantur, &*

50 *quando. Concl.* 299. † Quæ autẽ sit differentia inter legatũ vsusfructus, & legatum alimentorum, & quæ actio competat diuersa.

51 Ang. *cons.* 338. *in prin.* † Limita, quãdo filii sunt instituti; quia tunc legatũ vsusfructus omnium bonorum factum vxori restringitur ad sola alimenta ex consuetudine Bulgari cõmuniter approbata ex communi vsu loquendi. Bald. *d. cons.* 459. *in prin. ver. cum autem*

* *instituitur, lib.* 1. & communem esse * opinionem, quod habeat sola alimẽta, licet sit relicta domina, & vsufructuaria, attestatur Soci. *cons.* 279. *Visa donatione, n.* 3. *ver. circa secundã, lib.* 2 & est communis * opinio, Mazol. *cons.* 88. *Verba testamenti, n.* 5. Alex. *cons.* 29. *lib.* 4. *in prin.* quod duplicatur *lib.* 1. *cons.* 40. *& cons.* 56. *& seq. lib.* 3. Anch. *cons.* 185. *in prin. & cons.* 237. *n.* 4. vbi, quod est vbiq; generalis consuetudo. Io. de Anan. *cons.* 37. *n.* 6. vbi Bolog. & dicit * communẽ, idem tenet Signo. *cons.* 175. *In quæstione, in prin.* Castr. *cons.* 133. *Præfati Vannuccius, in princ. lib.* 1. Castr. *d. cons.* 218. *Quod vxor, in prin. lib.* 1.

* vbi dicit * communem. Alex. *cons.* 29. *in princ. lib.* 4. Corn. *cons.* 112. *n.* 12. *lib.* 2. Paris. *cons.* 96. *nu.* 28. *& cons.* 97. *n.* 10. *& cons.* 98. *n.* 2. *lib.* 2. Christophor. Castillio. *cons.* 2. *in prin.* Castr. *cons.* 160. *Considerandum est n.* 3. *ver. super secundo vero, lib.* 2. *& cons.* 224. *Legatum prædictũ, in pri. eod. lib.* 2. Bart. *cons.* 9. *Super eo,* & ibi apost. plene in *ver. vigore consuetudinis,* quæ dat concord. & *cons.* 56. *Bart. fecit testamentum, n.* 3. *ver. secundum dubium, & cons.* 170. *Petrus Maioli, in prin. & cons.* 171. *Nicolaus, & cons.* 243. *Fuit quidam, in fin. n.* 10. *lib.* 1. Alex. *cons.* 42. *Viso pro-*

* *cessu, in prin. lib.* 2. & magis * communem dicit Alex. *cons.* 56. *Perle-*

52 *ctis, in prin. lib.* 3. † Extende etiam, quando pater excluſis filiabus instituit eas in re certa; vxorẽ vero fecit dominam, & massariam, & vsufructuariã omnium bonorũ suorum hæredem vniuersalẽ, in residuo fecit fratrẽ testatoris; quia vxor habebit solum alimẽta, & præeminentiã ex mente; licet enim cesset consuetudo Bulgari; quia filii non sunt instituti; tamen quia ex mente hoc videtur dicendum; quia prætulit f atrem filiabus; & quia repugnaret dispositio, & illa verba, *dominam,* important præeminentiam, habebit hoc casu sola alimenta, maxime, quando per plures annos ita fuit solutũ; quia interpretatio ex obseruantia hoc operatur.

53 * Signo. plene *cons.* 175. *per tot.* † Contra extensionẽ est magis * cõmunis opinio. Alex. *cons.* 57. *Ponderatis, in prin. lib.* 3. vide supra *n.* 38.

54 *ver. extende.* † Extende, vt procedat, etiamsi pater reliquerit vxorẽ dominã, & gubernatricẽ; quia licet non dixerit vsufructuariam; tñ viuentibus filiis habebit alimenta, ipsis mortuis habebit inte-

55 grum vsumfructum. Castr. *cons.* 160. *Considerandum est, nu.* 3. *lib.* 2. † Extende in tantũ restringi ad alimenta, vt si aliquid legasset particulariter respiciẽs alimenta, prout si legasset habitationem, & domũ, istud minus debeat consequi à filiis hæredibus. Bart. *cons.*

56 9. *Super eo, in fine, ver. dicimus ẽt, lib.* 1. † Extende; quia consuetudo Bulgari habet locum, & extenditur etiam, qñ relinquitur priugnus, & habet vsumfructũ ab vxore; quia si extant filii vxoris ex primo matrimonio, adhuc restringitur vsusfructus ad alimenta.

57 Marcabr. ab Anguil. *cons.* 75. *n.* 37. *& seq. v. circa* 3. † Extende, q̃ dicitur de vxore, vel marito vsufructuario relicto, vt extantib. filiis testatoris restringatur vsusfructus ad sola alimẽta; quia procedit, ẽ. si legetur f atri, vel sorori, vel matri. Marcabr. ab Anguil. *d. cons.* 75. *n.* 40. † Declara; quia habet locum nedum ad fatorẽ filium, sed ẽt omnium descendentiũ; secus si non extant descendentes. Marcabr. *d. cons.* 75. *n.* 42. quia eadẽ est ratio; secus si diuersa militaret. † Extende, vt procedat, siue relinquatur vsusfructus omniũ bonorũ, siue simpliciter relinquatur vsusfructus, extantib. filiis; quia licet adsint in hoc cõtradictores, sed * contra-

* nis est extensio, Marcabr. *d. cons.* 75. *n.* 42. *cum seq. v. sed aliqua* ... *untur.* † Extende, etiã si vsusfructus relinquatur vxori indefi... Marcabr. *d. cons.* 75. *n.* 45. *& seq.* † Extende, vt procedat, etiã si ... relinquatur vsusfructus toto tempore vitæ suæ; quia restring... ad alimenta stantibus filiis. Marcabr. *cons* 81. *n.* 47. † Extende ... etiam habeat alimenta extra domũ, si non potest cũ hærede ... commode morari, quod intellige, secundũ quod suppetunt ... cultates, deducta legitima filii, quæ debet esse libera. Bald. ... 425. *Factũ inter alia lib.* 2. † Extende limitationẽ, vt procedat, ... si post legatũ vsusfructus testator legauerit vltra præmissa ... & vestitũ, & habitationem; quia erit vnicum legatum; qua ... dum est declaratoriũ primi. Io. de Anan. *cons.* 37. *num.* ... cõem, & ibi plene Bologn. † Extende limitationem; quia ... habet solũ alimenta, etiam si filia non sit hæres, sed alit ... guinei; nã si pater legauit filiæ dotẽ iure institutionis, & ... legauit vsumfructũ bonorũ vxoris, & eidẽ filiæ, vxor habet ... lũ alimenta; sed tñ pinguiora. Bal. *cons.* 30. *lib.* 5. vbi declarat ... ad meliores expẽsas, & meliora vestiaria cõuenientia ... tende, ẽt si legasset vsumfructũ vxori vna cũ filio hæredi ... to; quia sola alimẽta vxor habet Hier. Gabr. *cons.* 127. *num.* ... tur Mant. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 9. *tit.* 19. *n.* 5. *& seq.* † Extende ... sine difficultate est, si cessantibus liberis non voluit vxorẽ ... re integrũ vsumfructũ, multo magis extantibus liberis, quam ... contẽplatione restringitur legatũ. Castr. *cons.* 276. *Super prin. ... v. super* 5. *lib.* 1. † Declara tñ; quia intelliguntur alimenta ... tatione, & aliis necessariis. Bald. *cons.* 137. *Quadam vidua,* ... *quæritur etiam, lib.* 5. † Extende, vt quæ dicuntur de filiis, quæ ... vsumfructum plenum relictum vxori, restringi ad alimenta, ... si testator instituat mattem, & non habeat liberos; quia par ... ratio, & consuetudo extenditur. Anch. *cons.* 237. *Quamvis, n.* 4. *& seq.* † Extende, vt quod dicitur de vxore, idem ... ctu relicto matri per filium habentem filios; quia eadẽ ... litat. Ang *cons.* 109. *Quidã patronus, n.* 2. *col.* 2. *ver. restringitur vxori-dere.* Ang. plene *cons.* 150. *Dominus Floriani, num.* 2. *& seq. ... hæc relicta.* † Extende; quia quod dicitur de filiis, vt restringatur ... sumfructũ ad alimenta; idem sit in nepotibus, & deſcendentibus ... pure institutis. Castr. *cons.* 460. *lib.* 2. † Declara extensionẽ, vt mater ... procedat, si filius relinquat matrẽ dominam, & vsufructuariam, ... donec vixerit; quia consuetudo loquens in vxore non habet ... cum in matre. Signo. *cons.* 66. *n.* 6. sed loquitur in casu, in quo ... bebat filios; tamen fundat etiã se in consuetudine restringi ... † Extende; quia imo si legatur vsusfructus simul matri per ... & vxori, qñ extant filii, debent habere sola alimenta, etiam si ... catur, q̃ reliquit dominas, massarias, & vsufructuarias, donec ... terint cũ filiis testatoris. Abb. *cons.* 78. *Circa primũ, col.* 2. *ver. ad ... dum, lib.* 2. † Declara tamẽ, quod licet mater, & vxor habeant ... la alimenta extãtibus liberis, & illis mortuis habeãt plenũ vsum- ... fructũ; tamen quãdo adest conditio, donec vitam duxerint ... dualem cũ filiis, mortuis filiis isto casu non augetur legatum, ... habent dũtaxat alimẽta, prout prius, ita Abb. *d. cons.* 78. *in fi. lib.* ... quod dicit forte si esset, vsusfructus extingueretur, secus ... alimentorũ. † Et si altera ex eis decedat, licet sint cõiunctæ ... verbis, alimenta vnius nõ accrescunt alteri, sed extinguitur ... ad fauorẽ hæredis. Abb. *d. cons.* 78. *in fi. lib.* 2. † Restringe limitan- ... nem, quando pater instituit filiũ, & eidem substituit vulgariter, ... pupillariter, & per fideicommissum extraneũ: matrem vero ... legauit dominam, & vsufructuariam omnium bonorũ; nam si ... mortuo, & substituto adeunte ex vulgari, mater habebit inter ... vsumfructũ bonorum omniũ in vita sua, plene Rom. *d. cons.* ... *In casu proposito, n.* 2. *& seq. v. cum autem hæreditas,* vbi, quod prius ... gium personæ filiorum non egreditur personam, & consuetu- ... Bulgari nõ extenditur; quia est exorbitãs, & ibi apost. plene ... *conclusio,* dat concord. & dicit * cõem, & in *v. extendi.* † Et idem ... extraneo succedẽte ex pupillari ipsi filio; quia cũ semel ab initio ... legatũ sit restrictũ ad alimẽta sola tẽpore, quo pupillus succedit, ... licet alius pupillo succedat, nõn debetur legatũ, variari, nisi ... legatũ annuũ vsusfructus; quia bene variatur, vt viuente filio ... restrictũ ad alimẽta, & mortuo filio sit plenus vsusfructus; ratio ... diuersitatis est; quia primo casu est vnicũ legatũ, quod nõ recipit ... variationẽ, secũdo casu sunt plura legata, quæ possunt esse varia ... ita Rom. plene *cons.* 516. *n.* 8. *& seq. ver. aut loquimur,* & hanc tenet

Alex.

Alex.*cons.*29.*Viso themate, in princ.lib.*4.† Verba autem, quæ faciũt legatum dici annuũ, sunt, quando dicitur, *toto tempore vitæ suæ*, vel *donec vidua fuerit*, vel, *dum vidua, quod vidua erit*, vel, *singulo anno*, ita Rom.*d.cons.*516.*n.*9.& idem dicit Bart.de dictione, *donec*, *cons.*171. *Nicolaus, lib.*1.*circa fin.*& idem tenet Alex.*cons.*29.*Viso themate, in pr.*
77 *lib.*4.† Restringe limitationem, vt non procedat in testamento Principis; quia consuetudo Bulgari nõ extenditur ad testamẽta Principum, in quibus fit latior interpretatio. Bald.*cons.*294. *Dicta particula, in princ.& ver.tamen communis usus & per tot.lib.*5.vbi loquitur in testamento Comitis Sabaudiæ, hodie Ducis Sabaudię.
78 †Restringe, quando testator ordinauit non teneri cauere; item, quando mandauit non posse molestari sub pœna, vel quãdo verba sunt geminata. Paris.*cons.*97.*n.*10.*& seq.lib.* 2. vbi alios allegat.
79 †Restringe, quando extarent coniecturæ, & constaret de mente contraria. Castr.*cons.*218.*lib.*1. veluti si dixit vsumfructum omniũ bonorum, vt ibi Dec.*cons.*454.*in princ.* vbi late, sed apost. ibi in *ver. voluntate*, licet alleget concord. dicit sibi non placere, nisi specifice constet, & quando dixit integrum, & plenum vsumfructum. Deci.*cons.*418. *in princ.* vbi apostill. impugnat plenissime Paris.*cõs.* 97.*n.*20.*vsq; in fin.* v bi ponit multas restrictiones, *lib.*2. plene Bero.*cons.*34.*n.*6.*& seq.lib.*2. vbi, quod *communis est, quando reliquit vsumfructum omniũ bonorum sine cõmemoratione, quod ageret dominam, & vsufructuariam. Benintend.*decis.*98.*in princ.* vbi ponit coniecturas, plene Gozad.*cons.*47.*in pr.* v bi ponit plu-
80 res coniecturas. † Restringe, quando vsusfructus est terũ particularium; quia tunc nõ restringitur ad alimenta. Aretin.*cons.*40
81 Paris.*d.cons.*97.*n.*14.*&* 15.*lib.*2.†Idem, quando ad certã summam.
82 Paris.*d.cons.*97.*n.*20.*& seq.lib.*2.† Declara, vt procedat limitatio, quando filii sunt instituti pure; secus si sub condicione casuali. Bal.*d.cons.*80.*per tot.* maxime *n.*2.*li.*4. v bi, si pater instituit vxorem dominam, & v sufructuariã, & filiam heredem vniuersalem post mortem matris; tũc mater habebit integrũ vsumfructum, excepta legitima filii; quia eo casu cum nullus alius sit hæres pure datus, vxor erit hęres in vita sua. Castr.*cons.*460. *Dico fore, lib.*2.& plebius *cons.*459. *Dubium, de quo, lib.*2. † Et hæc cõsuetudo dicitur Pa-
83 *ſſ* quuntur Doctor. Io. de Anan.*cõs.*37.*n.*6. Vide supra, *Vsufructuarius*
84 *quos fructus faciat suos, vel non. Concl.*313. † Declara tamen; quia vsufructuarius tenetur præstare cautionẽ, si petatur ab hærede. Bal.
85 *d.cons.*459.*circa fi.ver.ex quibus concluditur, lib.*1.† Restringe; quando diceret æqualiter cũ filiis pariter in vsufructu institutis. Cor.*cons.* 5.*in fin.lib.*1. imo Ruin.*consi.*39. tenet, q; si relinquat vsumfructum vna cum filia, non restringitur ad alimenta, *lib.*2. etiam si non
86 adsit, æqualiter, *decis.*454. † Declara, seu restringe consuetudinem Bulgari, quæ restringit legatũ vsusfructus omniũ bonorum factum vxori ad sola alimenta, quando filii sunt instituti, vel descẽdentes, vt procedat in vxore; secus in extraneo, cui esset relictus vsusfructus omnium bonorum institutis filiis; quia nõ restringitur ad sola alimẽta; quia cõsuetudo non habet locũ. Castr.
87 *cons.*459.*col.*2.*ver.secundo casu.lib.*2.† Restringe; quia non procedit consuetudo, quando vxori legatus est vsusfructus quintæ partis omniũ bonorum; quia debet illum habere integrũ; quia consuetugo Bulgari habet locũ solum, quando vxor relinquitur domina, & vsufructuaria vniuersalis instituris filiis; quia tunc sola alimenta censentur legata; secus si non adsunt illa verba, *domina, &c.* vel est vsusfructus non v niuersalis. Castr.*cons.*353. *Ad primum, n.*2.
88 *lib.*2.† Restringe, quãdo maritus habens filios eos hæredes instituat, vxori vero reliquit omnia bona mobilia, fructus, redditus, & prouentus suæ hęreditatis, possit habere, tenere, gaudere, percipere, gubernare, disponere, & dispensare, secundum quod sibi melius videbitur, & placuerit, sine contradictione hæredũ testatoris, ac alterius personæ habendo toto tempore vitæ suæ expẽsis hæreditatis testatoris victum & vestitũ; quia isto casu habebit integrum vsumfructũ, non sola alimenta, propter illa verba, *sine contradictione*, quæ important idem, quod verba, *libere, &c.* & quia consuetudo Bulgari contra ius nõ loquitur isto casu, & maxime, quando fuit ita obseruatũ, plene Alex.*cons.*214. *Ponderatis verbis, per*
89 *tot.lib.*6. v bi est casus cõsilii. † Et in casu dictæ restrictionis potest vxor capere propria auctoritate vsumfructũ, non autem tenetur
90 capere de manu hæredis. Alex.*d.cons.* 214. *in pr.lib.*6. † Restringe, quando testator reliquit vxori vsumfructum, vel alimenta; quia poterit eligere, vel vsumfructũ, vel alimenta; quia cessat cõsuetudo, quæ non loquitur isto casu. Alex.*d.cons.*214.*in fi.n.*13.*ver. non ob-*
91 *stat, si contra prædicta, lib.*6. † Restringe limitationẽ, vt nõ procedat consuetudo Bulgari extra locũ; quia localis est. Sign.*cons.*179.*n.*3. *& seq.* & idem repetit *cons.*204. *in fi.* v bi, quod non seruatur in ci-
92 uitate Laudæ. † Restringe, quando constat de mente testatoris, quod voluit vxorem habere integrum vsumfructũ etiam extantibus filiis, veluti si primo legauit vxori in testamento victum, & vestitũ, quæ important alimenta, postea in codicillis declarauit, quod legabat loco victus, & vestitus medietatẽ vsusfructus. Castren.*cons.*218.*in pr.lib.*1. v bi, quod si instituit filium hæredẽ, filius habebit medietatẽ vsusfructus causalis, & vxor aliam medietatẽm vsusfructus formalis. & erit locus etiam iuri accrescendi; qa si filius vel non adeat, vel adeat, & moriatur, vxor habebit integrum vsumfructum, sequitur Alex.*cons.*56. *Perlectis, in fine, ver. & in induiduo, lib.*3. vbi apost. in *ver. Paulus*, dat concord. licet ipsa teneat contrarium. † Idem, si mortuo filio testator superuiuens potuit, 93
& noluit reuocare, seu declarare legatum. Castr.*d.cons.*218.*ver. cõfirmantur, lib.* 1. vbi, quod testator censetur voluisse decedere cum dicto legato vsusfructus, qui ex propria significatione de integro intelligitur. † Idem, quando maritus in testamento reliquit vxori alimẽta, & instituit filias hæredes pleno iure, postea in codicillis reliquit eidem vxori vsumfructum omnium bonorum; quia non restringitur ad alimenta; quia alias esset inutile legatum factum in codicillis; ideo habebit medietatẽ vsusfructus; quia cũ 94
sint institutæ filiæ pleno iure, & sic in proprietate, & vsufructu, & vxor concurrat cum eis in eodem integro v sufructu, diuidẽt inter se; quia filiæ, quæ coniunctim in eadem oratione sunt institutæ, repræsentant v nam personã, & sic inter omnes habebũt medietatem, vxor aliam medietatẽ, ita Alex. plene *cõs.*56. *Perlectis, per tot.lib.*3. allegat tex. in *l.*1.*& l.si alii.ff.de vsufr.legat.* & Castr.*cons.*218. *lib.*1. vbi apost. in *ver. Paulus*. citat eundem Alex.*cons.*29.*li.*4.*&* cons. 214.*lib.*6. Corn.*cons.*7.*lib.*1. Dec.*cons.*454.*& cons.*476.*& cons.*325.*&* *cons.*644.& Goz.*cons.*47.† Contrarium tenet eadem apost. ad A- 95
lex.*d.cons.*56.*in ver.palius, lib.*3. quia dicit semper mentem testatoris intelligendam secundum consuetudinem loci, & allegat Crau. *cõs.*32. †Declara; qa vera est restrictio, & contrariũ est somnium; 96
quia consuetudo Bulgari est contra ius, & non habet locum, nisi in casu, in quo loquitur, sicq; testator non censetur se conformare cum consuetudine, quæ non loquitur in illo casu, vt supra est ostensum. †Declara tamen; quia non propterea prohibetur vxor 97
dotem suã repetere; quia alias legatũ vsusfructus redderetur inutile, & in hoc fit interpretatio contra filios; quia si testator hoc voluisset, expressisset, maxime, quãdo cõstat, q; expressit alias cõditiones legati, vt debeatur, si vidua mãserit; item si cũ filiis habitauerit. Castr.*cons.*224. *Legatũ prædictum, li.*2.*per tot.* †Limita, quia si 98
maritus relinquat vxorem vsufructuariã omnium bonorũ institutã filia hærede vniuersali, cui decedẽti substituit eãdem matrẽ, pauperes, & tertium; quia adhuc mortua filia vxor habebit solum alimenta, & portionem suam, non autẽ habebit integrum vsumfructum. Bald.*d.cons.*247. *Andreas reliquit. lib.*4. †Limita; quia vxor 99
relicta domina, & vsufructuaria stantibus filiis debet habere solũ alimenta, ẽt si filius partem bonorum donauerit extraneo; quia extraneꝰ quoad portionem legitimę filii nihil debebit, q; præsumitur in ista alienatione. Soci *d.cons.*279.*n.*4. *ver. sed præmissis. lib.*2. vbi, quod omnes *ita tenẽt; quo vero ad id, quod est supra legitimã, extraneus solum cõcurrẽt ad alimenta, ex quo filius tenetur manutenere, & sic non cessat fauor filii contra matrẽ, vt ibi Soc. qui dicit hoc non vidisse tactũ ab aliquo. †Limita, quando aliter 100
ex charitate testatoris, vel ex verbis posset coniecturari, q; voluerit vxorem habere sola alimenta. Bal.*d.cõs.*209.*in pr.li.*3. †Restrin- 101
ge limitationem, vt non ꝓcedat, quando testator legasset vsumfructum omnium bonorum suorum vxori etiã alimentando se, sicut tempore vitæ testatoris; quia nihilominus debet habere integrum vsumfructum; quia dictio, *ẽt*, ampliat, & dictio, *sicut*, adiecta alimentationi importat quandã auctoritatem potius, quã restrictionem, quãdo extraneus est institutus. Bald.*d.cons.*209.*per* 102
tot. vbi est casus, *li.*3. †Contrarium de directo consuluit Ang.*cõs.* 338. *Ser Simon de Regio.* vbi, quod importat sola alimenta; quia dictio, *sicut*, importat similitudinem, & relationem, & dictio, *ẽt*, restringit hoc casu propter congruentiã; quia alias importaret cõtradictionem. †Limita in ciuitate Mediolani, vbi extat statutum, 103
quod vxor solum habeat alimenta, etiã si extranei essent instituti. Bald.*consil.*119.*per tot.lib.*3. †Limita, quando maritus reliquit vsu- 4
fructuariã omnium bonorum vxorem, donec caste cum filiis testatoris steterit institutis filiis; quia tale legatũ restringitur ad alimenta, & propterea debetur etiam mortuis filiis; quia est speciale in alimentis. Bald.*cons.*140. *Casus talis, n.*2.*vsque in fin. libr.*5. Anchar.*cons.*185.*in princ.& consil.*237.*in princ.* † Declara tamen; quia fi 105
tale legatum non transiret in alimentis, vt si legaretur aliud, donec steterit cum filiis, mortuis filiis extinguitur legatũ, vt si esset vsusfructus particularis, vel quid simile. Bald.*cons.*140.*in fin.lib.*5. Bartol.in *l.filius libertis.ff.de cond.& demonstr.* & hoc, quando constat; quod contemplatione hæredis, cũ quo debet morari, fuit factũ * 106
legatum. Anch.*consil.* 237. vbi de * communi. † Contrarium tẽ-

net Ancharan. quando mater habebat vsumfructum, donec cum filio testatoris habitaret; quia mortuo filio habebit integrum vsumfructum, ꝓpter prę̃sumptam mentem. Anchar. *cons.* 185. *per tot.*

107 qui loquitur stante coniectura. † Declara; quia si conditio illa legati vsusfructus, *si steterit cum filia, & educauerit*, esset fauore filię apposita, cessante, & mortua filia expirat legatum; si vero fauore legatarii, vel vtriusq; , cum non stet per legatarium, habebit legatū. Signorol. *cons.* 179. *in fin. num.* 6. vbi pro vtraq; sic distinguit, & quod fauore filii censetur apposita, Vide, *Legatum quando censeatur*

108 *factum ad vtilitatem legatarii, vel potius tanquam ministro. Concl.* 95. † Limita, quando extat statutum, prout Placentiæ, quod Legatum vsusfructus omnium bonorum factum viro, vel vxori restringatur quoad alimẽta tantum; quia habebit locum, prout loquitur,

109 etiam si non sint instituti filii. Signorol. *d. cons.* 179. *n.* 3. *& seq.* † Restringe; quia statutum prædictum tanquam odiosum, & cõtra ius cõmune loquens de viro & vxore non habebit locum in socero, & nuru. Sign. *cons.* 179. *n.* 3. *& seq.* vbi loquitur, etiamsi par ratio mi-

110 liet. † Declara restrictionem, nisi ratio esset scripta in statuto, & militaret tam in socero & nuru, quam in marito, & vxore. Signo-

111 rol. *d. cons.* 179. *n.* 5. † Regulam facias, quod si maritus instituit, vel legauit vxorem dominam, massariam, & vsufructuariam; nullo alio dato hærede, vxor potest habere vel proprietatem, vel vsumfructum; quia illa copula resoluitur in alternatiuam; quia nõ põt esse vtrumq; verum, vt sit domina, & vsufructuaria, glos. in *l.* 1. *C. si mulier secundo nup.* Castill. *cons.* 2. *in pr.* & ista fuit opinio Dyni, q̃ recitat etiam Bartol. *cons.* 171. *Nicolaus, in prin. lib.* 1. & iterum *cons.* 170. *Petrus Maioli, in pr. lib.* 1. quod duplicatur *lib.* 2. *cõs.* 92. *Quidam Petrus.*

112 † Restringe, quando alii hæredes sunt instituti, si quidẽ filii sunt instituti, ex consuetudine Bulgari habebit solum alimenta: si vero extranei, qui non sint descendentes, habebit plenũ vsumfructũ;

* quia tunc consuetudo Bulgari non habet locum secundum* cõ-

113 munem, de qua ipse Christophor. Castill. *cons.* 2. *in pr.* † Restringe; quia si testator fecit heredes extraneos, & vxorẽ reliquit dominam, & gubernatricem, solum vsumfructum consequetur; quia non importat institutionẽ, ex quo de aliis est facta institutio; sicuti non esset, si omnia bona sua legasset; & quia generalis clausula non refertur ad ea, de quibus est specialiter prouisum. Castr. *cons.*

114 71. *Ad primum, in prin. li.* 2. *& cons.* 160. † Restringe, qñ legat vxori vsumfructum institutis ascendentibus; quia consuetudo Bulgari loquens de filiis non extenditur ad ascendentes, cũ sit exorbitãs; tamen prout de extraneis heredibus habebit solum vsumfructũ.

115 † Declara; quia si maritus instituit filiam heredem in medietate, & in alia medietate pauperes Christi, vxorem autem suam relinquat dominam, & vsufructuariam omnium bonorum suorũ, illa verba, *dominam, & vsufructuariam*, de iure communi in alternatiuam, vel dominam, vel vsufructuariã, resoluuntur, si dati sunt extranei heredes; si vero filii sunt instituti, restringuntur ad sola alimenta, prout tempore mariti cum præeminentia: si vero sunt hæredes filii pro parte, & extranei, vel pauperes pro alia parte; tunc pro rata filiorum haber ratam alimentorum, pro rata extraneorũ habet integrum vsumfructum. Bartol. plene *cons.* 170. *Petrus Maioli. per tot. li.* 1. vbi, quod ita fuit obtentum, & repetit *cons.* 92. *Quidam*

116 *Petrus, lib.* 2. † Verba illa, *reliquit sororẽ suam donna, & madonna*, in latino exponuntur domina, & dominatrix, seu domina, & massaria. Abb. *cons.* 4. *In quæstione, num.* 6. *ver. & si quæratur, lib.* 2. vbi, quod verba illa, *donna*, important præeminentiam, & honorem, & vt habeat sibi necessaria, verba, *madonna*, id est, *massaria*, quod residuum reseruet heredi, Vide Ant. Gabriel. *lib.* 5. *tit. de vsufructu. Concl.* 2. *Vsusfructus legatus vxori.*

Vsufructuarius omnium bonorum consequitur laudemium, & multa alia commoda. Concl. 316.

1 VSVFRVCTVARIVS † omnium bonorum debet habere laudemium, quod exigitur, quandocunq; contingat aliqua bona directi dominii hæreditatis alienari, & facit suum id, quod debetur. Oldr. *cons.* 24. incip. *Quod domina vsufructuaria*, vbi, quod vtilitatis perceptio etiam ex incorporalibus ꝓuentens debetur vsufructuario, & proprietarius nihil vtilitatis ꝓcipit, nec de re libere disponere potest, & pro hoc vltimo, quod ꝓprietarius solus non potest donare. Oldr. *cons.* 30. *in fine.* Vide, *Proprietario, & non vsufru-*

2 *ctuario multa quæruntur. Concl.* 917. † Amplia, quod vsufructuario castri acquiritur, & nõ ꝓprietario, quicquid ipse ex sua industria, & per sententiam ex secudo decreto acquirit; quia finito vsufructu retinet proprietatem, licet ex causa vsusfructus acquisitio ꝓuenerit. Oldr. *cons.* 240. *Super eo, in prin. ver. secus, si per suam.* vbi, dicit hoc procedere, quando res quæsita non se habet per modum successionis, alias secus, & *num.* 4. quando facto vsufructuario pronit, non autem proprietarii. † Amplia, ꝙ vsufructuario acquiritur vsusfructus rei per alluuionem acquisitæ, vel alias quocunq; proueniat acquisitio respectu dominii directi, vt citra citas bonorum ob non solutum canonẽ, vel alienationem non requisito domino; quia ꝓprietas acquiritur proprietario, susfructus vsufructuario. Oldr. *d. cons.* 240. *Super eo, per tot.* declarat, quid vni, & qd alteri acquiratur. † Amplia, quia vsufructuarius omnium bonorũ, si habet ẽt legatum alimentorũ, habere vtrumq; , videlicet vsumfructum omnium bonorũ, & alimenta, sicut haberet alius, si essent duo legatarii. Bald. *cons. Titius in testamento, in pr. lib.* 1. vbi est casus, & *cons.* 239. *Statuit, xit, per tot. li.* 1. † Amplia; quia vsufructuarius omnium bonorũ non patitur diminutionẽ vsusfruct⁹ propter legata facta ab hæstitutione, & in casum substitutionis hæredi facta; quia tur ipsa legata saluo vsufructu, etiam si sint ad piam causam Bald. *cons.* 88. *Factum tale est, lib.* 4. *in fin.* † Limita; quia in præsentia sufructuarii omnium bonorũ, & in diminutionem vsufructus primo deducitur æs alienum. Bald. *cons.* 237. *n.* 2. *ver. secundo quæ-*

tur. lib. 1. *& cons.* 239. *circa fin. lib.* 1. † Et debet solui æs alienum manus hæredis, non autem per manus vsufructuarii omnium bonorum. Bald. *cons.* 237. *nu.* 3. *ver. tertio quæritur, lib.* 1. † Declara quia si est vsufructuarius hæreditaris, non autem omnium rum; tunc bene vna cum hærede debet soluere æs alienum Bald. *d. cons.* 237. *nu.* 3. *lib.* 1. *& cons.* 239. *nu.* 3. *ver. hic tamen est consideran-*

lib. 1. Vide, *Vsufructuarius hæreditatis differt ab vsufructuario bonorum. Concl.* 308.

Vsufructuarius quando de manu hæredis, vel prę auctoritate capiat. Concl. 317.

VSVFRVCTVARIVS † omnium bonorum adinstar liberi capere debet vsumfructum rerum corporalium de manu redis. Anch. *cons.* 3. *Non dubium, per tot.* vbi casus. † Extende, uxore relicta vsufructuaria omnium bonorũ; quia tunc est piat de manu hæredis. Alex. *cons.* 56. *Per lectis in fin. lib.* 3. vbi, aliqui teneant contrarium, hæc est tutior via, sed bene attento quod ex quo vsusfructus ex vltimą voluntate acquiritur ipso re, vnus ex pluribus hæredibus poterit inducere in possessionem, imo *cons.* 58. *Habita, n.* 8. *in fi. ver. comprobantur, lib.* 3. ait, ꝙ tenetur de manu hæredis capere. † Et ideo ante aditam hæreditatem vsusfructus cõstitut⁹ esse non põt; quia legata nõ debentur, nisi adita hereditate, plene Dyn. *cons.* 3. *Quæstio talis est, quidã.* † Amplia, vt prędat ẽt respectu incorporaliũ; quia debet habere scientiam, & patientiam hæredis. Anchar. *d. cons.* 3. *in princ. ver. in quæstione.* † Contrarium tñ tenet idem Anchar. in incorporalibus, siue legatum particulare, siue generale, *d. cons.* 3. *ver. quæ tamen non obstante, n.* 4. Declara, vt saltem ampliatio non procedat, & sic ei limitam qñ vsufructuarius ꝑstitisset cautionem; quia operatur scientiã patientiã, vt possit tunc ꝓpria auctoritate capere & vtilem ere cere, Anchar. *d. cons.* 3. *num.* 6. *ver. secundo posito, vsque in fin.* † Restringe, vt non procedat declaratio circa corporalia; quia sola non sufficit. Anchar. *d. cons.* 3. *in fin. ver. & maxime est hoc verum.* Amplia maxime in vsufructu certi fundi legato, & licin particulari; quia non potest propria auctoritate capere. Alex. 50. *In causa, & lite, nu.* 5. *ver. dum etiam adducebam, lib.* 7. † Limita, vsufructuarius esset dominus, & vsufructuarius vniuersalis licitus; quia si interim non extant alii heredes, vel dati fint ditione mortis vsufructuarii; tunc trahitur legatum vniuersalis ad institutionem, & erit hæres in vita, & capiet sine hærede, licet detur velle Dyn. *d. cons.* 3. *in fine, ver. in contrarium*, licet non firmet absoluto, sed Bald. hoc tenet *cons.* 80. *Viso puncto prædicto lib.* 4. incipit: *Punctus, super quo*, & latius *cons.* 200. *Factum tale est, lib.* 4. quod passus est dubius; tamen nisi sic diceretur, elusoria esset luntas; quia heres non potest adire ante mortem vsufructuarii quando est institutus sub hac conditione, & interim vsufructurius nihil haberet, vbi loquitur, quando pauperes sunt sub conditione instituti. † Extende, vt idem sit, quando filii testatoris esset sub conditione mortis vxoris relictę dominæ, & vsufructuarię omnium bonorum instituti; quia capient legitimam liberam. residuo vxor heres erit instituta ad vitã, donec duret vsufructus Bald. *d. cons.* 80. *Punctus, super quo, lib.* 4. † Extende, quando ctuarius hæres esset in vsufructu institut⁹, quia põt capere ctoritate, & adire hæreditatem, etiam ante q̃ hæres vniuersalis eat; quia si hæres vniuersalis adeat, retinebit solum vsufructum non adeat, erit vniuersalis per ius accrescẽdi. Bal. *cons.* 272. *In egregia, n.* 2. *per tot. lib.* 5. sed dubito, qa debet cauere, & quando heres in re certa institut⁹ in vsufructu, & idẽ dicit. Castr. *cons.* 356.

Pau-

puto dicendũ, lib. 1. quod antequã hæres vniuersalis adiuerit, potest capere possessionem bonorũ hæreditatis vacantiũ, in quibus titulo hæredis habet vsumfructũ. Vide plenissime, *Hæredis institutio quando, & quibus possit fieri sub conditione, vel non. Concl.* 84. Vide *Vsufructuarius quando hæres, vel legatarius existat. Concl.* 307. *num.* 6. *& seq.*

12 † Limita in vsufructuario rei, vel rerũ donatarum reseruato vsufructu; quia potest propria auctoritate vsufructũ percipere, Gozad. *cons.* 91. *nu.* 4. † Extende, vt procedat ẽt non facto inuentario, neq; præstita cautione, quãdo vsusfructus reseruatur à donãte, non tenetur ad ista. Corn. *cons.* 267. *n.* 7. *& seq. lib.* 4. Alexandr. *cons.* 54. *col.* 2. Vide supra, *Vsufructuarius cauere debet per satisdationẽ, & quãdo secus. Concl.* 305. † Limita; quia vsufructuarius omniũ bonorũ, seu hæreditatis potest capere propria auctoritate, & nõ tenetur capere de manu hæredis, quando adsunt verba, *quod possit habere, gaudere, &c.* quæ verba, *gaudere, &c.* denotant actum, & beneficiũ ad fauorem eius, cui confertur. Alex. *cons.* 214. *Ponderatis, in pr. lib.* 15 6. vbi dat alia exẽpla similia. † Extende, vt idem sit, quando testator dixit, quod possit habere vsumfructum libere, vel sine contradictione hæredis, quæ important idem. Alexa. *d. cons.* 214. *n.* 2. *in fi. cum seq. ver. pro hoc etiam facit, li.* 6. vbi apostill. in *ver. libere*, citat eũdem Alexan. *cons.* 96. *col.* 1. *lib.* 5.

Vsufructuarius ad quæ melioramenta, & reparationes teneatur, vel non. Concl. 318.

1 VSVFRVCTVARIVS † tenetur reparare ædificia, & bona, in
2 quibus habet vsumfructũ. † Amplia; quia tenetur ad omnes
3 sumptus custodiæ, & colligendorum fructuũ. Angel. & Castr. in *l. domos. ff. de leg.* 1. † Amplia; quia licet nõ teneatur ad expensas magnas, quæ respiciũt proprietatẽ, bene tenetur notificare proprietario. † Declara, vt procedat, nisi proprietarius sciret; quia certus
4 nõ debet certiorari, *l.* 1. *in fi. ff. de actio. empti.* † Declara, qñ vitiũ ædificii collapsi erat in terreno, & fundamentis. Castr. in *l. damni.* §. *ei cuius. ff. de damn. in fect.* vnde cum nõ cõstet, an ex vitio soli, an ædificiorum collapsa sit domus, nõ tenetur vsufructuarius. † Limita;
5 quia nõ tenetur, quando sine culpa sua, vt si domus corruat; quia in fundamẽtis erat ruina, *l. domus, cum l. seq. ff. de leg.* 1. † Extẽde; quia vsufructuarius nõ tenetur ad expẽsas factas in constructione, vel
8 perfectione domus; quia respiciunt perpetuã rei vtilitatẽ. Bart. *cons.* 50. *Viso testamento, in fi. ver. tertio quaritur, lib.* 2. † Extende; quia magna impensa refectionis, seu reparationis non spectat ad vsufructuarium, sed ad proprietariũ. Ang. & Castr. in *l. sumptus*: post glos. ibi in *ver. necessarios. ff. de leg.* 1. quam legunt sub *d. l. domos. cod. tit.*
9 † Et ꝙ non teneatur vsufructuarius ad expensas magnas refectionis respicientis proprietatem, sed solum ad paruas, intãtũ; quod si magnas fecit, illas recuperare possit à proprietario. Castr. *cons.*
10 426. *Super primo quæsito, in pr. lib.* 1. † Extende; quia vsufructuarius, & fideicommissarius repetit meliorameta facta in bonis fideicõmissi, quando respiciunt perpetuam vtilitatem rei, quod notãdũ
11 dicit Angel. *d. l. domos. ff. de leg.* 1. † Restringe, seu contrarium, quod imo vsufructuarius tenetur ad omnes refectiones cura saltẽ, expensis tamen proprietarii. Bart. in *l. cotem. §. qui maximos. ff. de publica. l.* 1. *in fi. cum seq. ff. vsufruct. quẽadmodũ caueat.* Bart. in *d. l. dãni. §. ei cuius. ff. de damn. infect.* Castr. *cons.* 426. *in princ. lib.* 1. vbi quod cura, & solicitudo magnarum expensarum, & refectionũ spectat ad vsufructuariũ, licet repetat à proprietario, si proprietatem respiciũt; & ita plenius Bart. in sua *q.* 4. *publicanus, in ver. secundo videndum, n.* 4. *ver. & ideo videndum*; vbi allegat pro vtraque, ꝙ ad vsufructuariũ spectet, postea quod imo ad proprietarium: postea distinguit, ꝙ cura, & solicitudo ad vsufructuariũ, expensa ad proprietariũ spe-
12 ctat. † Declara; quia contrariũ, seu restrictio procedit in simplici vsufructuario, qui habet tantum vtile dominium in re, *l.* 1. *ff. si ager vectigal.* secus in legatario, qui habet plenũ dominiũ; licet reuertatur ipso iure ad hæredem post eius mortem *l. fi. C. de leg. t.* & sic ratione minoris iuris, ꝙ habet vsufructuarius, imminẽt ei maiores curæ; puta cautionis de vtendo; & fruẽdo arbitrio boniviri, *l.* 1. *C. de vsufruct.* ad quã non tenetur legatarius, qui est dominus; & *leg. à*
13 *Titio. ff. de iure.* † Mihi videtur declaratio falsa; quia sicuti tenetur vsufructuarius ad reparationes modicas; & melioramẽta respiciẽtia fructuũ perceptionẽ; & proprietarius ad meliorationes maiores, & melioramẽta respiciẽtia proprietatẽ, legatarius, qui est domin⁹, & habet vsufructũ, & ꝓprietatẽ, debet teneri ad maiores curas, quã simplex vsufructuarius; quia ad eũ spectãt, q̃ spectãt & ꝓprietario, & vsufructuario; & ideo erronea est declaratio iudi-
14 cio meo. † Declarãt aliqui alio modo peiori, quod dicta impensa, dato; quod spectet ad curam legatarii, debet subministrari per hæredem; quia vsufructuarius nõ tenetur de suo secundũ Bart. in *d. l. cotem §. qui maximos ff. de publica.* per text. in *l. si vero non remunerandi. §. fi. ff. mand. & l. si mandato meo. ff. eod.* vbi pecunia debet solui procuratori ante, nõ post, & fructuarius dicitur procurator dominii in rem suam, *l.* 1. *§. fi. ff. de nou. oper. nunciat.* vbi Bar. Bald. in *l. eũ, in quẽ. C. de vsufruct.* † Sed prædicta declaratio bene procedit in v-
15 sufructuario, sed non in legatario proprietatis, vt supra, & quando notificallet domino. † Tu dicas, quod contrarium non est cõ-
16 trarium, sed restrictio, quod ad vsufructuarium non spectant expensæ maiores respicientes proprietatem, licet ad curam, & sollicitudinem obligetur, & intelligas ita, vt de suo non soluat, sed facta intimatione proprietarius debeat illas subministrare, prout dominus procuratori suo reficienti facta Bart. *d. q.* 4. *in fi. n.* 4. *ver. & ideo est videndũ*, vbi primo arguit, quod spectat ad fructuarium: secundo, quod imo ad proprietarium: tertio distinguit, quod cura; & sollicitudo spectet ad vsufructuarium, expensa ad proprietarium; ideo si vsufructuarius vult reficere, potest cõpellere dominum ad subministrandum pecuniam, ne de suo soluat, & repetat; si vero vult de suo reficere, potest, & postea repetet expẽsum, vel actione negociorum gestorum secundũ gl. vel actionem mãdati secundum Bart. si vero vsufructuarius non vult reficere, non cõpellitur, nisi quia perdet vsumfructũ, & tollit omnia contraria, & iterum *q.* 4. *col. fi. lib.* 2. † Declara iterum plenius, & melius, quia si 17
vsufructus cõsistit in ædificiis, & molẽdinis, siquidẽ sunt collapsa, & in totũ destructa, finitus est vsusfructus, & vẽditio fructuum, ita ꝙ etiamsi reædificentur, non reuiuiscit vsusfructus semel extinctus; si vero in parte sunt collapsa, donec supereſt pars ædificiorũ, remanet vsusfructus, ita ꝙ per restaurationẽ reintegratur, expẽsa autem magna spectat sollicitudine ad vsufructuarium, & emptorẽ fructuum, ideo potest de suo reficere requisito domino, & repetit à domino actione mandati, & etiã potest cõpellere dominũ via actionis. Bar. *d.* 4. *quãdo primus, col.* 2. *in fi. ver. super quarto, per tot.* quæ est post cons. *lib.* 2. vbi tollit omnia contraria. Vide, *Vsufructuarius expensas magnas repetit, & quando secus. Concl. prox. seq.*

Vsufructuarius expensas magnas repetit. Concl. 319.

VSVFRVCTVARIVS † non tenetur ad expẽsas reparationum 1
magnas, quæ respiciunt proprietatẽ, quia ad eas tenetur ꝓprietarius, ideo si eas fecit, repetit. Castr. *cons.* 426. *Super primo, in pr. lib.* 1. † Amplia, quia vsufructuarius repetit etiam expensas ma- 2
gnas respicientes proprietatẽ bona fide factas, licet casu, & fortuna molendinũ, in quo factæ sunt, perierit, quia sufficit, quod vtiliter sit expensum. Castr. *d. cons.* 426. *in pr. lib.* 1. *& in fi. v. concludo.* † Limita, quia vsufructuari⁹ modicas expẽsas soluere tenetur, & 3
modicæ expensæ dicũtur expensæ peritorũ, & calculatorũ. Abb. *cons.* 21. *col.* 2. *ver. nõ obstat, lib.* 2. † Limita, qa vsufructuarius tenetur 4
ad expensas etiam magnas, qñ se obligauit ad illas. Abb. *d. cons.* 21. *col.* 2. *ver. nõ obstat, lib.* 2. † Extende, vt procedat, etiamsi vsufructua- 5
rius mortuus sit, quia hæres tenetur ad omnes expensas, ad quas vsufructuarius vinens se obligauit. Abb. *d. cons.* 21. *in fin. lib.* 2. Vide Concl. prox. præced.

Vsufructuarius obligatur ad onera, & quando non. Concl. 320.

VSVFRVCTVARIVS † tenetur ad onera, & tributa. *l. hactenus,* 1
& l. si pendentes ff. de vsufruct. Fed. de Sen. *cons.* 209. *in pr.* qui arguit de vsufructuario ad beneficiatũ; qa onera fructuũ subsstinet solus vsufructuarius omnium bonorũ. Bal. *cons.* 237. *Titius in testamento, n.* 3. *ver. tertio quæritur, lib.* 1. *& cons.* 467. *Vsufructuarius, lib.* 3. & Bal. *cons.* 238. *Pastuccius in suo, circa fi. lib.* 5. † Declara, vt teneatur solũ 2
ad onera, & tributa, quæ imponuntur durante vsufructu suo, nõ autẽ vltra. Gem. *cons.* 3. *n.* 7. *v. nam Prælatus.* † Amplia, quia vsufru- 3
ctuarius hæreditatis tenetur ad debita hæreditaria, secus si nõ sit vsufructuarius vniuersalis Bal. *cõs.* 22. *Super primo, in fi. ver. super tertio, lib.* 2. Vide supra, *Vsufructuarius hæreditatis differt ab vsufructuario omnium bonorum. Concl.* 308. Vide Concl. proxim. seq. † Extende i- 4
dem, si esset vsufructuarius medietatis hæreditatis, quia tenetur ad medietatẽ onerum, & debitorum iuxta distinctionem *l. si quis seruum. §. fi. & in l. fi. ff. de vsufruct. leg.* Castr. *cons.* 276. *nu.* 5. *ver. super sexto. lib.* 1. Vide, *Emens à fisco, vel à Principe non potest molestari, & quãdo secus. Concl.* 142. † Amplia, vt, pcedat, quod vsufructuarius teneatur 5
ad omnia onera, etiamsi habeat vsumfructũ soli tantum à Republica, vel à fisco; quia licet pedagiũ cohæreat solo; nõ tamẽ cohæret ad vtilitatem soli, sed fisci. Bald. *cons.* 119. *n.* 2. *ver. interdum conceditur, lib.* 4. † Amplia; quia tenetur vsufructuarius ad collectas, & 6
ad omnia onera realia rerũ, in quibus habet vsumfructum. Bald.

*cons.*442. *Factum tale est, lib.*5. plene Borgnin. *de vsufr. n.*160. Rom. *cōs.* 230. *Præsupponitur, col.*2. *ver. sed ad fructuarium,* vbi apost. in *ver. habe-*
7 *tur,* dat concord. † Extende; qa tenetur etiam ad balzellum, & o-nera extraordinaria pro rebus, & fructibus rerum. Borgnin. *de v-*
8 *sufr. n.*162. † Extēde; quia tenetur ad præstantias impositas viuente testatore; quia censentur impositæ personæ pro rebus; ideo v-sufructuarius, siue vniuersalis, siue particularis legatarius, tenetur pro rata, & si hęres soluat pro eo, potest recuperare. Cast. *cons.*
9 276. *Super primo, n.*5. *ver. super sexto, lib.*1. † Extende; quia tenetur v-sufructuarius ad expensas mercedum. Rom. *d. cons.*230. *col.*2. *ver.*
10 *sed ad fructuarium.* † Extende; quia vsufructuarius ex causa lucrati-ua legati, vel donati tenetur ad expensas, quæ gratia quærendorū fructuum fiunt; quia intrat regula, quod fructus intelligūtur de-
11 ductis expensis. Rom. *d. cons.*230. *in princ.* † Declara; quia licet vsu-fructuarius teneatur ad omnia onera realia; intelligitur, dum-modo in totum non absorbeant vsumfructum. Borgn. *de vsufruct.*
12 *n.*152. *ver. nec obstaret.* † Limita igitur; quia vsufructuarius non te-netur ad expensas onerum rei, quando ex ipsis vsusfructus red-deretur vel ad nihilum, vel ad modicum, quia tenetur hæres eo casu. Rom. *d. cons.*230. *col.*2. *ver. in contrarium,* vbi apost. in *ver. hæres,*
13 dat concord. † Limita; quia nō tenetur vsufructuarius ad expen-sas magnas, quæ respiciunt perpetuam rei vtilitatem; quia si sunt magnæ, tenetur proprietarius. Borgnin. *de vsufruct. n.*161. vbi *num.*
14 160. si sunt modicæ, bene tenetur. † Limita; quia expensæ, quæ fiūt ea occasione, vt vsufructuarius nouiter habeat vsumfructū, spectant ad proprietarium. Rom. *d. cons.*230. *in fin. ver. secundo quia,* vbi vult, quod expensæ militum in custodiendo castrum spectāt ad proprietariū; quia vsusfructus castri nō posset haberi sine cu-
15 stodia militum. † Limita; quia vsufructuarius iur. dictionis, & pedagii non tenetur soluere vectigal publicum; quia cum ipse sit vsufructuarius; & publicanus in rem suam, non tenetur. Bal. *cons.* 119. *Ad euidentiam præmittendum, n.*2. *ver. secundo est præmittendū, lib.*4.

Vsufructuarius vniuersalis an teneatur ad debita hæreditatis, & qualiter. Concl. 321.

1 VSVFRVCTVARIVS † vniuersalis, vel quotæ partis hæreditatis tenetur de suo soluere debita hæreditaria, licet finito vsufructu repetat, & si pro quota est vsufructuarius, pro quota tenetur ad ipsa debita. Bar. in *l. si. ff. de vsufruct. leg.* sequitur Bald. *cōs.*467. *Vsufructuarius, lib.*3. *& cons.*22. *Super primo, in fin. ver. super tertio, lib.*2. Ruin. *cons.*41. *in princ.* vbi, quod nullus dissentit ab hoc, & *n.*12. di-
* c tglos. communem* esse hoc tenentem, *lib.*2. & loquitur in vsu-fructuario hæreditatis. Franc. Marc. *dec. Delph.*833. *Quæritur. quia.*
2 † Declara; quia deducit in fine vsusfructus, quatenus compēsato vsufructu de suo aliquid soluisset; sic declarat Bart. Ruin. *cons.*41.
3 *Verbus testamenti, in pr. lib.*2. † Imo; quod deducat simpliciter, quic-quid soluit; & quod habeat retentionem bonorū, Bero. in *c. Ray-*
4 *nutius, n.*257. *de testam.* † Contrarium tenet Bald. quod imo vsufru-ctuarius hæreditatis, seu quotæ non teneatur ad æs alienum, sed spectet totum ad hæredem, qui debet primo vendere mobilia, & si non sufficiant, vender stabilia, in quibus vsufructuarius patie-tur quoad ratam vsusfructus tantum. Bald. *cons.*237. *Titius in testa-mento, n.*3. *ver. tertio quæritur, lib.*1. *& cons.*87. *Super primo puncto per tot. & cons.*237. *Pastuccius, n.*1. *lib.*5. *& cons.*442. *Factum tale est.* vbi, quod vsufructuarius est legatarius, & ad eum non spectat onus æris a-lieni, sed ad hęredem *lib.*5. vbi, quod nec tenetur ad impensam fu-neris vsufructuarius, sed hæredes. Ias. in *l.*1. *in* 2. *lect. n.*13. *ff. ad Senat.*
* *cons. Trebell.* vbi dicit* communem; & quod consuleret, & iudica-ret pro ista parte, vbi alios allegat, & loquitur in vsufructuario vniuersali omnium bonorum, sed tamen in vsufructuario hæ-reditatis, quod non teneatur ad debita ipse, sed hæres; & quod Bar. intelligitur, quādo ipse vsufructuarius erat hæres institutus, nul-lo alio hærede dato, nisi post illius mortem, tenet Matthes. *sing.*4. *Nota, quod si testator,* sequitur Socin. *cons.*131. *Præstantissimi iuris, n.*12. *lib.*1. Paulus de Montepico in *repet. l. Titia.* §. *Titia, n.*149. *& seq. ff. de leg.*2. vbi dicit, quod idem est in vsufructuario hæreditatis, quod in vsufructuario omnium bonorum; quia si est datus alius hæres vniuersalis, etiam post mortem vsufructuarii non transeunt in eum actiones, etiamsi sit institutus; quia dicitur hæres particula-ris, hanc partem videtur tenere Odofred. *in d. l. si. ff. de vsufr.* vbi, q̄ vsufructuarius omniū bonorū est vniuersalis, sicut hæreditatis. Goffred. vero ibi dubitat, an possit dari vsufructuarius hæreditatis, & in *l. qui seruus, n.*13. *& seq. ff. si quis omissa causa testam.* tenet, quod non possit dari, & si daretur, aut posset dari, dicit, q̄ tenetur ad o-nera pro parte, prout si pars hæreditatis esset sibi legata. Castren. *cons.*294. *In causa, quæ vertitur Bononiæ, lib.*2. maxime *n.*4. *ver. videndū est ergo, vsq; in fi.* & hanc partem tenet Castr. *cōs.*459. *Dubium, de quo, in fi. lib.*2. & est ratio, quia vsufructuarius debet habere vsumfru-

ctum deducto ære alieno, quod soluitur per alienationem bo-norum; ergo, ita Castr. *d. cons.*294. *n.*4. *vsq; in fi. lib.*2. vbi dicit, quod iura allegata per Bar. pro contraria opinione loquuntur, quan-relictus est vsufructuarius vniuersalis pleno iure; quia tunc in eo per-ut in fideicommissarium vniuersalem, transeunt iura actiua, & passiue; secus si legatus solus vsufructuarius, quia ille legatus particularis, in quem iura actiue transeunt. † Declara; Bal. *cons.* 237. *Titius in testamento, n.*3. *v. tertio quæritur, li.*1. quod tenetur ad-res pro medietate; vsufructuarius vniuersalis pro alia medietate prout ēr tenet *cons.*239. *Testator ita dixit, n.*3. *ver. hic tamen est con-randum, lib.*1. vbi in legato alimentorum, quod vere pertinet p dimidia, videlicet vsufructuarius pro medietate, proprietarius pro alia medietate; vel dicas, q̄ concurrunt, videlicet proprietarius pro sua proprietate, vsufructuari⁹ pro suo vsufructu; & ille legatur Bald. † Declara; vt per Matthes. *singul.*4. vbi intelligitur, quan-do est vsufructuarius institutus hæres alio hærede non dato ve-dato hærede post mortem vsufructuarii; quia tenetur ad debita non quia possit actione personali conueniri, sed quia ipse recipit omnia bona, & præstat cautionem de conseruando indemnem hæredem, & ideo intelligas, q̄ soluit de bonis hęreditatis pro-suo vsufructu. Paul. de Mōte Pico in *repet. d. l. Titia.* §. *Titia, n.*149. *cum seq.* vbi declarat Matthes. † Cōtrariū Castr. *cons.*459. *Dubi. de quo, in fi. lib.*2. vbi, q̄ vendēda est proprietas, vt patiatur hæres in proprietate; & vsufructuarius in vsufructu, & idē plenius ibi. *In causa, n.*4. *ver. videndum est. li.*2. vbi latissime hoc probat pro-to Bart. † Extende; quia vsufructuarius bene tenetur de bonis collectas, & onera realia. Bald. *cons.*442. *in pr. lib.*5. † Declara, Castr. *d. cōs.*294. *n.*4. *lib.*2. vt procedat; q̄ vsufructuarius hæredi-tis, vel partis hæreditatis teneatur ad debita, quādo est institu-hæres in vsufructu, & proprietate; sec⁹ si in vsufructu transi-cit, quod ita loquuntur iura allegata p Bart. † Declara, vt pon. in *c. Raymutius, n.*257. *de testa.* vt intelligatur, quando est hæres in-tutus vsufructuari⁹ in vsufructu hæreditatis; quia tunc tenetur debita solus; sed tamē finito vsufructu hæres restituit solutum, si posūt bona retineri, p̄ debitis solutis. † Extēde, quia vsufructua-rius vniuersalis tenetur etiam ad legata annua, q̄ deducūtur fruc-tibus, prout sunt alimenta. † Contrarium, q̄ imo tenentur hæres simul cū vsufructuario vniuersali pro medietate ad legata simi-torū. Bal. *cons.*239. *n.*3. *v. hic tamē, lib.*5. † Restringe, quia vsufructua-rius vniuersalis nō tenetur ad legata etiā pia facta in eorum insti-tutionis; quia si executores volūt vēdere, debēt allenare fructu. Bal. *cons.*88. *Factum tale est, circa fi. lib.*4. Vide, *Ignat. quando debeatur ab hærede, vel ab vsufructuario. Concl.*146. † Restringe, vsufructuari⁹ ēr vniuersalis, vel quotæ hæreditatis nō tenetur legata, sed solus hæres tenetur ad legata de suo sine dāno vsu-ctuarii, maxime, quando nō fecit inuentariū, vel beneficium uentarii non habet. Bal. *cons.*237. *n.*2. *v. secundo queritur, lib.*1. C trarium, quod imo tenetur ad quotā hęreditatis debitorum, vsufructuarius quotæ hęreditarię. Frāc. Marc. *dec. Delph.*83 *& seq.* † Restringe; quia verū est generaliter, quod legata spec-ad hæredem, nō aūt ad vsufructuarium. Bart. in *d. l. si. ff. de vsufr. legat. in fi.* † Declara; quia hæres tenetur ad legata, non aūt vsu-ctuarius, nisi ex coniecturis contrariū constet. Abb. *cons.*4. *li.* 6. *ver. nec obstant notata, li.*2. † Amplia, qa imo vsufructuarius hæ-ditatis, vel Kalēdarii, aut vniuersalis tenetur ipse ad debita to-toris. Ruin. *d. cons.*41. *in pr.* vbi; quod nullus dissentit ab hoc, & dicit* cōm, *lib.*2. † Restringe, nisi testator grauasset vsufructua-um vniuersalē ad aliqua onera; quia cēsetur liberalis ad alia. *d. cons.*41. *n.*6. *ver. sed præmissis, vsq; in fi. li.*2. vel, quādo alias cōsta de mēte, vt ibi per eū. † Amplia, vt idē sit in vsufructuario om-bonorum. Bart. in *l. fin. ff. de vsufru. legat.* Ang. Aret. *cons.*8. *Duo videnda, nu.*2. *ver. nec dicatur.* † Contrarium tenet Castr. *cons.*23 *causa, quæ vertitur Bononiæ, n.*3. *vsq; in fi. lib.*2. vbi, quod ridicu-est directe vsufructuarium omniū bonorū haberi loco vni-salis fideicōmissarii, & quod iura allegata per Bart. loquuntur, q-do null⁹ alius hęres erat institut⁹, vel quādo heres pariter e-stitutus vsufructuarius, & hāc cōmunem* dicit Alex. in *l. si. si vir in quinquennīū, n.*14. *ff. solut matrim.* communem* dicit Bal. *in* 2. *lect. n.*13. *ff. ad Treb.* † Declara; quia ampliatio procedit in fructu ab homine; secus in vsufructu alege indu & o; prout ēt ter, qui succedit in aduētitiis filii in vsufructu, vel q̄ fuit con-transit ad secunda vota; quia tenetur proprietatē conservare filiis primi matrimonii; quia nō tenetur ad debita solue de fructu. Ang. Aret. *cons.*; 8. *Duo sunt videnda, n.*2. *& seq. ver. nec dica* † Declara; quia prima procedit, quādo vsufructuarius omnium norum erat hæres institutus cum alio in proprietate, vel quan-nullus alius erat hæres institutus. Castr. *d. cons.*294. *n.*4. *ver.*

liculum lib.2.† Intellige tamen declarationem, vt procedat, nisi aliæ coniecturæ essent in contrarium, quod imo vsufructuarius hæres institutus solueret de bonis; vt per Bellon. *cons.7. per tot.*† Limita in vsufructuario particulari, seu certorum bonorum; quia nō tenetur ad æs alienum; neque ad legata, vel debita. Bar. in *d.l. fi. ff. de vsufruct. leg.* Bald. *cons.87. circa fin. ver. aut est legatus, lib.1.* & ita * omnes * concordant in hoc.

Vsufructuario quæ dominus præstare teneatur. Concl. 322.

1 DOMINVS † præstare tenetur vsufructuario patientiam in re, quæ in vsufructu consistit, vt possit colere; & similia. Bald. 2 *cons.119. Ad euidentiam est præmittendum, in princ. lib.* 4.† Amplia, vt teneatur eandem patientiam præstare extra rem, vt non impe- 3 diat eum in via. Bald. *cons.119. in princ. lib.*4.† Amplia; quia tenetur dominus ad patientiam omnium aliarum seruitutum debitarum, & quæ sunt de natura vsufructus. Bald. *d. cons.119. in princ.* 4 *lib.*4.† Extende; quia tenetur præstare instrumenta, & alia parata ad vsum fundi, cuius vsufructus legatus fuit, & appellatione instrumentorum veniunt omnia parata pro fundo, siue sint in fundo, siue non, dummodo fundi causa sint parata. Bald. *cons.*485. *Qui legat lib.*4. *in prin.*† Amplia; quia dominus tenetur ad expensas magnas respicientes proprietatem; paruas vero tenetur facere vsufructuarius; & etiam quoad magnas tenetur præstare curam, & diligentiam, ideo facta denunciatione domino tenetur dominus subministrare expensas magnas, prout dominus procuratori; quia quoad proprietatem quoad hoc æquiparantur. Vide, *Instrumentorum appellatione quid veniat. Concl.*325. Vide supra, *Vsufructuarius obligatur ad onera, & quando non. Concl.*320.

Vsufructuarius possidet naturaliter tantum, & proprietarius ciuiliter. Concl.323.

1 VSVFRVCTVARIVS † possidet naturaliter rem, quam habet ad vsumfructū nomine suo; non nomine proprietarii, sicut conductor; dominus vero proprietatis possidet solū ciuiliter, & hæc ciuilis non requiescit in naturali. Castr. *cons.396. Postquam dicta donatrix, in princ. lib.*2. vbi loquitur in matre donante filiis reseruato vsufructu.† Et propterea si testator mandat; quod vxor teneat penes se mobilia, & pecunias, censetur legare custodiam nudam, quia qui tenet, nomine domini tenet; secus si possidet nomine suo, prout vsufructuarius. Castr. *cons.*416. *col.1. in fi. ver. ad* 3 *tertium, lib.*2.† Amplia; quia in tantum est verum; quod vsufructuarius possidet tantum naturaliter; & proprietarius ciuiliter, quod si legatur proprietas vni, vsusfructus alteri; & vsufructuarius est in possessione, non prohibetur legatarius loco hæredis capere possessionem eorundem bonorum respectu ciuilis pos- 4 sessionis vacantis. Bart. *cons.*68. *Quidam fecit, in princ. lib.*2.† Declara; quia imo videtur Bart. velle *d. cons.*68. *in prin. lib.*2. quod si vsufructuarius non dedit cautionem de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, &c. ex quo non potest facere fructus suos; non etiam possideat naturaliter.

Vsufructuarius in quibus possit præiudicare domino, vel non. Concl.324.

1 PATER † habens solum vsumfructum in bonis filii, si transigat super bonis ipsis ratione litis respicientis proprietatem, præiudicat filio; maxime si interuenit decretum iudicis. Bald. *d. cons.* 2 448. *Quæritur in primis, in fi. lib.*1.† Amplia; quia habens vsumfructum omnium bonorum sibi relictum à marito, si aliqua bona, in quibus habet vsumfructum, alienauerit, priuatur vsufructu quoad bona alienata. Bald. *cons.*394. *Quod Notarii Collegii. nu.*4. *ver.* 3 *super quarto, lib.*4.† Limita; quia mater, quę donauit filiis suis quædam bona inter viuos reseruato sibi vsufructu, si dicta bona postea alienauit, non currit præscriptio contra proprietarios; quia donec vixit vsufructuaria, non potuerūt agere proprietarii; ideo non currit, nisi à die mortis vsufructuarii; & quia non potuit transferre, nisi naturalem possessionem, non ciuilem seperatam. Castr. *cons.*396. *Postquam dicta donatrix, lib.*2. *per tot.*

Vsufructuarius destructa re an habeat vsumfructum, & qualiter. Concl.325.

1 VSVFRVCTVARIVS † certi corporis, puta domus, si comburatur domus, non habebit locum in area destructa domo; quia vsusfructus respicit formam, non substantiam domus. § *fi-* 2 *nitur. Instit. de vsufruct.*† Extende; quia in hoc differt vsusfructus ædificiorum ab vsufructu aliorum bonorum stabilium; quia destructo in totum ædificio cessat totaliter vsusfructus, vt licet ædificium reficiatur, non reuiuiscat vsusfructus; si vero in totum destruitur, sed remaneat pars; tunc non extinguitur vsusfructus, & si reficiatur ædificium; totus vsusfructus habet locum. Bart. in sua *quæst.*4. *Publicianus in ver.*2. *videndum, n.*3. *ver. super tertio*, vbi, ad quem spectet refectio, pro quo supra in *Conclus.*318. & plenius Bart. in *quæst.*4. incip. *Quando ponimus, col.*2. *in fin. ver. super quarto*, quæ est post consilia, *lib.*3.† Limita, quando vsusfructus est gene- 3 ralis, & non respicit formam, sed substantiam; prout in vsufructu omnium bonorum stabilium; quia destructa domo habebit vsumfructum areæ, & quod superest, ita Petr. Surd. *cons.*26. *per tot.*† Extende; quia si vendatur, vel retrouendatur fundus, habe- 4 bit vsumfructum pretii; quia licet in particularibus pretium non succedat loco rei, bene vsusfructus respiciens substantiam rei verificatur in re subrogata. Petr. Surd. *d. cons.*26. *per tot.* vbi maxime procedit, quando erat omnium bonorum mobilium, & immobilium; quia mutatio rei non minuit vsumfructum.

Vsusfructus qualiter duret, vel finiatur. Concl.326.

VSVSFRVCTVS † non finitur, licet is, qui constituit vsumfru- 1 ctum in re sua, propter maleficium postea commissum deportetur, vel banniatur; quia ex quo ius ipsius vsusfructus erat radicatum ante maleficium, non finitur. Bald. *cons.*469. *Pone, quidam lib.*3.† Amplia; quia vsufructuarius licet possit succedere in 2 proprietate ex delatione hæreditatis, cuius habet vsumfructum, quo casu extinguitur vsusfructus; tamen si vult continuare vsumfructum, & conseruare ius adeundi, potest protestari, quod percipiendo vsumfructum non intendit renunciare successioni delatæ etiam quoad proprietatem. Bald. *cons.*113. *Si ista domina lib.* 4.† Amplia; quia vsusfructus non finitur, neque vsus per ingres- 3 sum religionis capacis bonorum, neque per professionem emissam; quia mors ciuilis non æquiparatur in hoc naturali. Anchar. *cons.*436. *In iis dubiis, n.*8.† Amplia; quia in omnibus casibus, in 4 quibus vsusfructus finitur, vel præscriptione, vel quia vsufructuarius nō præstitit cautionem, si hæres negligat, & patiatur vsufructuarium perseuerare, censetur remittere caducitatem ex titulo lucratiuo; ideo præiudicat suis creditoribus; quia potest non velle acquirere ex causa lucratiua. Ang. Aret. *cons.*56. *In causa illius, in princ. ver. nec obstat.*† Ego credo, quod procedat amplia- 5 tio quoad creditores in personali, sed non quoad creditores hypothecarios; quia licet caducitas sit ex causa lucratiua; tamen eo ipso, quod ius est quæsitū debitori, illud ius cadit sub hypotheca. Vide, *Acquirere nolle, & alienare sunt diuersa. Concl.* 441.† Limita; quia omnis vsus, habitatio, & vsusfructus censetur solum ad 6 vitam vsufructuarii concessus; ideo eo mortuo finitur. Ang. *cons.* 2. *Certum est, num.*2. *ver. præmitto.* Vide infra, *Vsusfructus multis modis finitur, & quibus. Concl.*333.† Restringe, nisi sit dictū, quod transeat 7 ad hæredem; quia transit solum ad primū hæredem, non autem ad alios vlteriores. Ang. *d. cons.*2. *n.*2. *ver. saluo nisi sit actum*, allegat *l. antiquitas. C. de vsufruct.*† Idem est, si vsusfructus esset venditus 8 Titio pro se, & suis hæredibus in plurali; quia ad primum hæredem solum extenditur. Ang. *d. cons.*2. *n.*13. *ver. post hoc denuo.*† Con- 9 trarium; quia si legatum fiat de fructibus cum facultate disponendi, videtur legata proprietas. Cuman. *cons.*312. *per tot.*† De- 10 clara; quia Ang. loquitur, quando fuit dictum, quod transeat ad hæredes; quia ad vnum tantum transit. Cuman. vero loquitur, quando fuit dictum, quod posset de eo disponere.† Limita; quia 11 vsusfructus constitutus decennio præscribitur, & finitur decennali præscriptione inter præsentes, & viginti annorum inter absentes. Franc. Marc. *decis.*829. *Quæritur, qualiter.*† Extende, siue v- 12 susfructus sit in re stabili, siue in re mobili; qui a sunt eiusdem vitæ, & naturæ in hoc. Ang. Aret. *d. cons.*55. *n.*9. *&* 10.† Declara; quia 13 decēnio præscribitur inter præsentes, & viginti inter absentes, quando exceptio præscriptionis fuit opposita, alias secus. Angel. Aret. *cons.*55. *Nulli dubium, nu.*8. *ver. nec etiam obstat.*† Et ideo si hæc 14 exceptio non fuit opposita, antequam causa sit commissa ad cōsilium sapientis, non potest amplius opponi; quia dicitur instructa. & habens dare consilium non potest, nisi audire partes super informationibus & processu. Ang. Aret. *d. cons.*55. *n.*10. *& seq. ver. præterea.*† Limita; quia per bannimentum, & sic maximam capi- 15 tis diminutionē finitur vsusfructus in persona vsufructuarii. Fr. Marc. *decis.*831.† Extende, etiāsi agatur de vsufructu propter ali- 16 menta; quia cū non sint proprie alimenta, nihil refert. Fr. Marc. *d. dec.*831. *in fi.* Vide, *Accessoriū sequitur naturā suiprincipalis. Concl.*76. †Limita; quia vsusfructus, & legatū vsusfructus factū vxori, do- 17 nec stererit cū matre testatoris hærede, finitur mortua matre; qa eiusdē matris cōtemplatione censetur relictus. Anch. *cons.*227. *in pr.* vbi de * cōi, & *cons.*185. *per tot.* vbi limitat, nisi adsint coniectu- * ræ, quod cōtemplatione legatarii fuerit factū legatū. Vide, *Vsus-*

fru-

fructus finitur multis modis, & quibus. Concl.333. Vide, Legatum vxori de vsufructu omnium bonorum, donec caste cum filiis steterit, &c. Concl.105.

Vsusfructus sub conditione, vel ad tempus qualiter extinguatur, vel duret. Concl.327.

1 VSVSFRVCTVS † relictus, donec filia testatoris nupserit alicui tertio, non extinguitur, licet filia moriatur innupta; quia imo durat ad vitam vsufructuarii. Bald. *cons.64. Punctus talis est. lib.4. in*
2 *princ.* † Limita; quia vsusfructus relictus alicui sub conditione, cum moriatur, censetur inutilis; ideo nihil consequitur ex tali legato. Dyn. *cons.3. Quæstio talis est, quidam, n.6. ver. item iuxta considerationem.*

Vsufructuarius cedens vsumfructum illum consolidat domino proprietatis, & quando secus. Concl.328.

1 VSVSFRVCTVS † cedi non potest; & cedendo vsufructuarius alicui vsufructus consolidatur domino directo. *Instit. de vsufruct. §. finitur*, & est text. in *l. si vsusfructus. ff. de iur. dot.* vbi, quod nõ acquiritur extraneo, cui ceditur, sed domino proprietatis, & quod non possit cedi vsusfructus, sed bene fructuum commoditas. Bald. *cons.384. In hoc puncto, lib.4.* & idem Bald. *cons.436. Punctus quæstionis, lib.4.* Bero. plene *cons.189. per tot.* † Extende; quia vsusfructus formalis extraneo non potest conferri, vel cedi, aut
2 vendi, vel legari. Petr. de Anch. *cons.106. Dubitatur*, vt infra *n.7. v.*
3 *& certe videtur.* † Restringe, nisi adsit alius vsufructuarius coniunctus; quia tunc si alter alienat vsumfructum, accrescit alteri vsu-
4 fructuario. Bald. *d. cons.436. lib.4.* † Amplia; quia neque potest cedi vsusfructus marito in dotem, sed bene commoditas vtendi, & fruendi potest marito dari in dotem. Bart. in *l. vsufructu. ff. solut.*
5 *matrim. num.1. & 2. ver. venio ad quintam.* † Declara, vt imo etiamsi mulier cedat vsumfructum marito titulo dotis, pacto, quod constante matrimonio pro oneribus matrimonii debeat habere, & mortuo marito mulieri debeat restitui, eo casu censetur cessa commoditas, & mulier non perdit vsumfructum; quia appellatione vsusfructus cessi venit commoditas; & quia mulierem excusat etiam ignorantia iuris; quando tractat de damno; & quia non dicitur alienarum, quod in corpore matrimonii est retenu-
6 tum, & sub spe reuersurum. Bald. *cons.335. Quadam mulier, lib.1.* † Amplia; quia vsusfructus non potest alienari, & si alienetur, per-
7 petuo finitur. Bal. *cons.415. Præmittendum est. in princ. lib.1.* † Amplia; quia neque potest vsusfructus locari ad longum tempus, & si fiat locatio, finitur vsusfructus, secus si fiat ad modicum tempus.
8 Bald. *d. cons.415. in prin. lib.1.* † Amplia; quia cessio facta per vsufructuarium etiam cum iuramento non includit cessionem vsusfructus, sed interpretanda est cessio quoad fructuum commoditatem; quia fructuum commoditas cedi bene potest. Bal. *cons.384.*
9 *per tot. lib.4.* † Amplia; quia vsufructuarius nedum cadit, si alienat vsumfructum, sed etiam si alienat proprietatem; quæ ad illum
10 non spectat, cadit ab vsufructu. Bal. *cons.346. lib.4.* † Amplia; quia bene vsusfructus, quem habet pater in bonis filii, censetur cessus, & potest cedi, si filius cum consensu patris pleno iure donat bona sua prædicta. Ant. de Butr. *cons.8. in prin.* vbi, quod non tamẽ præiudicat talis cessio, & cõsensus creditoribus habentibus obligatum vsumfructum ex causa antecedenti, & vide ibi apost. ma-
11 gnam, quæ declarat. † Contrarium verius esse dicit Ant. de But. *d. cons.8. n.2. vsq; in fin.* quod commoditas vtendi inhæret ipsi vsufructui, & eo extincto extinguitur commoditas, vnde videtur concludere, quod non sit remedium pro creditore in ipso vsufructu, neque in commoditate, si illum extinguit debitor, nisi is,
12 pro quo extinguitur, sciuerit, & fuerit certioratus, iuxta *l.3. ff. de nouatio.* † Limita, quando fieret cessio commoditatis fructuum; quia bene fieri potest; & ita est facienda interpretatio. Bald. *dict. cons.384. lib.4. per tot. & cons.436. circa med. v. interdum alienauit simplicem, lib.4.* late, & quando procedat, Bero. *cons.189. in prin. lib.1.* Ang. Aret. *cons.29. Quantum ad primum, n.18. & 19. ver. sicut dicimus,*
* 13 vbi dicit * communem. † Extende; quia si faciat compromissum de vsufructu, censetur in dubio compromittere, quoad vtilitatem, non quoad proprietatem, vel essentiam vsusfructus; ideo valet compromissum, neque cadit ab vsufructu. Bald. *cons.274.*
14 *Non reuocando, n.2. lib.* † Et quod donato vsufructu censeatur donata commoditas vtendi, & fruendi, Castr. *cons.135. Dubium facit,*
15 *in fin. lib.1. ver. & notandum.* † Extende; quia licet vsusfructus ad hæredem non transeat; tamen commoditas vtendi, & fruendi potest vendi; quia qui vtitur pretio, cesetur vti, & frui vsufructu. Abb. *cons.91. Videtur primo, in prin. lib.2.* vbi allegat *l. non vtitur, cum*
16 *l. seq. ff. de vsufruct.* † Declara tamen; quia si ex pacto esset prohibitus vsufructuarius, ne posset alienare; alienando caderet. Abb. *d. cons.91. in fi. lib.2.* † Restringe; quia cessio generalis omnium bonum, quæ habet vsufructuarius, non commoditatem, sed vsufructum importat, vt sit extinctus. Bero. *cons.189. lib.1.* vbi, vtraque parte, & tenet hanc partem, licet satis dura ex ista, quæ late Crauet. *cons.106. nu.10. & seq.* tradit. † Limita, quando relictus vsusfructus filiæ, & vxori; quia si filia pro quantitate legitimæ, quæ non recipit grauamen, alienaret proprietatem, non cadit ab vsufructu. Bald. *cons.436. circa fin. lib.4.* † Limita, quando habens vsumfructum ingrederetur monasterium; quia progressum religionis commoditas vsusfructus acquiritur monasterio ad vitam vsufructuarii. Bald. *cons.426. Super puncto in pri. lib.4.*

Vsufructuarius quando, & ex quibus videatur cedere vsufructui, vel non. Concl.329.

PATER † habens vsumfructum in bonis filii si consentiat filio vt dicta bona possit donare, in quibus pater consentiens habet vsumfructum, non censetur renunciasse vsufructui. Petr. de Anch. *cons.106. Dubitatur*, vt infra in princ. † Limita, quia pater qui habet vsumfructum in bonis profectitiis filii, si paterni habet talem vsumfructum, censetur illi renunciasse, & ibi pater præiudicat. Ias. in *auth. ex testamento, n.2. C. de collatio.*

Vsufructu finito non restituitur vsusfructuarius spoliatus, & qualiter. Concl.330.

VSVSFRVCTVARIVS † si spolietur finito vsufructu proprietarium, non restituitur; & dato, quod fiat restitutio, ui manu, etiam proprietarius mittitur in possessionem substitutione. Bald. *cons.121. Sublata finali causa, lib.2.*

Vsufructu finito ad quæ obligetur vsufructuarius. Concl.331.

VSVFRVCTVARIVS † tenetur finito vsufructu restituere rem non deterioratam, sed in statu, in quo fuit sibi consignata, propterea tenetur cauere de vtendo, & fruẽdo saluarum substantia, per text. in *l.1. §. cauere; & §. recte. ff. vsufructu quemadmodum cauet.* † Et idem est in hærede vsufructuarii. Corn. *cons.119. Circa, nu.*
2 *lib.2.* † Limita, quando res periret casu fortuito, & sine culpa fructuarii; quia non tenetur ad aliquid, sed liberatur restituendo rem, prout reperitur, & ita in Molendino destructo, & inutili facto sine culpa fructuarii, Castr. *d. cons.426. Super primo, nu.2. ver. quantum ad secundum, lib.1.* † Extende, vt procedat, etiamsi vsufructuarius nõ fecerit reparationes Molendini necessarias, quando fuissent perditæ; & inutiles, veluti; quia non aderant manantes. Castr. plene *d. cons.426. col.2. ver. restat probare; & per tot. li.*
1. vbi plura allegat, quæ tendunt ad hoc; quia si illas fecisset, non recuperasset, & sufficit diligentia, quam fecisset in re propria. Extende; quia neque imputatur vsufructuarius, quando fecit expensas, & reparationes paruas, quæ ad ipsum spectant, quando reuera fuerunt perditæ; quia intrat regula, quod tibi non nocet, & alteri prodest, est concedendum. Castr. *d. cons.426. ad fi. lib.1.*

Vsusfructus incapaci relictus cui accrescat inter pares. Concl.332.

VSVSFRVCTVS † legatus vxori incapaci propter statutum, qui est Pisis, accrescit hæredi testatoris, & legatario eorundem bonorum, quorum erit relictus vsusfructus, & hoc durante matrimonio vxoris incapacis. Bald. *cons.204. Testator legauit, per tot. & lib.1.*
cons.230. Quod scripsi. eod. lib. vbi idem confirmat.

Vsusfructus multis modis finitur, & quibus. Concl. 333.

MORTE † vsufructuarii finitur vsusfructus. Rom. *sing.*
Vsusfructus constitutus, quia de natura vsusfructus est, quod non transit ad vsufructuarii hæredes. Borgnin. *de vsufr. nu.81.* gene *Instit. de vsufruct. §. fin.* Castr. *cons.133. Præfati Vannutius, in fin.*
1. † Extende, vt idem sit in spe vsufructus constituendi. Rom. *sing.587.* † Restringe, quando esset constitutus vsufructus ad certum tempus, puta ad decem annos; quia si interim moritur, non extinguitur. Rom. *cons.247. Lego Titio.* vbi apostil. dat concordiam idem, si relinquitur, donec talis habeat 20. annos. Borgnin. *de vsufr. nu.137.* † Contrarium, quod extinguatur vsusfructus vxori per decem annos mortua vxore, nec transeat ad hæredes vxoris. Borgnin. *de vsufruct. nu.137.* † Extende, etiamsi vsusfructus legetur cũ hoc, quod post mortem vsufructuarii reuertatur ad

tur ad hæredem testatoris Titium; quia licet Titius præmoriatur vsufructuario; non tamen transit vsusfructus ad hæredes vsufructuarii, sed ad alios hæredes testatoris. Borgnin. *de vsufruct. n.* 81.†
6 Amplia; quia extinguitur per alienationem proprietatis cum vsufructu facta à testatore. Borgn. *de vsufruct. n.* 87.† Amplia; quia
7 extinguitur morte etiam ciuili, quando quis perdit libertatem, vel ciuitatem, vt plene per Borgn. *de vsufruct. n.* 229. *& seq.* vbi latissime declarat, qualiter procedat, de quo dic, vt *Instit. de vsufruct.*
8 *§. fi.* vbi, quod maxima, & media capitis diminutione perditur.† Amplia; quia extincta proprietate extinguitur vsusfructus, *Instit.*
9 *de vsufr. §. fi.*† Amplia; quia si pariter instituat plures filios masculos hæredes, inter quos est vnus clericus beneficiatus, & pater mandet vsumfructum portionis clerici beneficiati accrescere aliis fratribus, intelligitur vita beneficiati durante, quo mortuo vsusfructus debetur hæredibus clerici. Rom. plene *cons.* 503. *Diligenter, n.* 7. *& seq. v.* 2. *pro plena*, vbi plura allegat; quia finita causa vsusfructus censetur etiam finitus vsusfructus, vbi plura, quod
10 causa regulat actum, & dispositionem.† Restringe, quando causa recipiceret fuorem legatarii; & vsufructuarii, quia tunc non restringitur vsusfructus; neque legatum. Rom. *d. cons.* 503. *n.* 7. vbi apost. in *ver. non restringat.* Vide; *Vsusfructus qualiter duret, vel finiatur. Concl.* 326.

Vsufructuarius, seu vsuarius quid possit, vel non circa rem, in qua habet vsumfructū, vel vsum. Concl. 334.

1 VSVFRVCTVARIVS † habet ius in re, in qua habet vsumfructum; & ideo habet actionem realem, & potest expellere colonum; & plus iuris habet, quam conductor. Alex. *cons.* 122. *Visso processu, n.* 8. *v. non obstat; quod vsufructuarius, lib.* 5.† Limita; quia vsuarius non potest nouum ædificium facere in re ad vsum concessa, etiam si rei conditionem efficiat meliorem, & idem in vsufructuario, Ang. de Perut. *cons.* 18. *Reperitur ista reformatio, n.* 2. vbi ponit multa exempla, quod non potest facere nouum riuum, neque aliquid aperire, quod sit clausum, vel claudere; quod sit apertum.† Extende; qui mercatorum congregatio habens Florentiæ vsum liberum certi palatii non potest viam comprehensam in claustro palatii claudere. Ang. *d. cons.* 18. *per tot.* vbi est casus.

Vsusfructus legatus rei differt à legato vsus eiusdem rei. Concl. 335.

1 DIFFERVNT † legatum vsusfructus, vel vsus, & habitationis; quasi pater legat filiæ in casu viduitatis habitationem, videlicet quod possit reuerti in domum patris, debet habere solū facultatem habitandi, prout consistit in facto, non prout in iure; tanquam seruitus; *l. si habitatio, & l. sed neq. ff. de vsu, & habitatio. Instit. eod. in prin.* & illa verba, *redire, & stare*, important merum factum; vt per Io. Fabri post glo. ibi & in *§. sed cum factum. Instit. de stipul. ser-*
uor. Vide, *Habitationē habens potest illam locare, & quando secus. Concl.*
2 9.† Et ideo non potest alicui locare; quod secus est, si haberet habitationem, prout est seruitus, *l. cum antiquitas. C. de vsufruct.* &
3 ita in terminis Soc. *cons.* 281. *lib.* 2.† Et talis habitatio coharet personæ. *l. si habitatio. ff. quando dies legat. cedat.* & ideo non poterit extrancis locare, neq; petere pensiones.† Et si talis domus destinatur ex publico pro meretricibus, adeo quod mulier honesta non potest in ea habitare, non potest conuenire hæredes, vt eidem soluant pensionē, quam ipsi non exigunt; quia iste est casus fortuitus; quia factū Principis dicitur casus fortuitus, *l. Lucius. ff. de euict.* Cast. *cons.* 230. *col.* 2. *lib.* 1. Alex. *cons.* 120. *lib.* 1. Soc. in *l. quidam relegatus, in* 3. *not. ff. de reb. dub.* Afflict. *dec.* 54. Ias. *cons.* 26. *col. pen. in fi. lib.*
3. vnde cum hæredes non teneantur de casu fortuito, *l. quæ fortuitu. C. de pignor. actio. l. in rebus, in prin. ff. commod.* ergo. Vide, *Vsus, & habitatio in quibus differant, vel non. Concl.* 365. *& Concl. ibi proxime seq.*

Vsura quid sit, in quibus cadat, & quis dicatur vsurarius, vel non. Concl. 336.

1 VSVRA † est lucrum ex mutuo pacto debitum, vel exactum. Oldr. *cons.* 207. *Vniuersis, in princ. ver. nunc quæritur.* Rom. *cons.* 423. *Pro pleniori, n.* 5. *c. consuluit in fine, de vsur.* vbi allegat Euangeliū Lucæ: *Mutuum date nihil inde sperantes*, & hanc esse definitionem tam Theologorum, quam Iuristarum, dicit Clar. in *§. vsura, in pr.*
2 † Et quod vsura sit lucrum ex mutuo pacto debitum. Castr. *cons.* 290. *Præsens dubium, in prim. lib.* 1. Abb. *cons.* 15. *Quæritur, an prædictus; in prin. lib.* 1. vbi, quod vsura est, quicquid mutuo accedit pacto
3 præcedente, vel actione subsequente.† Alio modo vsura est lucrum accedens sorti ex pacto, vel ex intentione corrupta. Castr.
4 *d. cons.* 290. *col.* 2. *in prin. ver. alio modo, lib.* 1.† Et dicitur vsura vorago; quia animas deuorat; & facultates exhaurit, *c.* 1. *de vsur. lib.* 6. Abb. *cons.* 114. *Attingendo. n.* 3. *lib.* 2.† Adde, quod vsura est crimen & delictum. Lap. *alleg.* 10. *num.* 3. *ver. & quod vsura*, vbi, quod nemo hoc negat; item crimen est, & peccatum; ideo vsurarius repellitur à testimonio. Card. Zabarel. *cons.* 25. *num.* 3.† Intantum vsura 6
est crimen, & prohibita, quod dicens vsuram esse licitam dicitur hæreticus; quia contradicit Euangelio, & sic diuinæ legi. Bald. *cons.* 434. *Præmittendum est, lib.* 2. *in princ.* vbi dicit hoc non procedere in dispositis de iure positiuo; quia dicens, & credens, quod vsurarius possit testari, non est hæreticus.† Rapina dicitur vsura. Alex. *cons.* 1. *in princ. ver. cedit, lib.* 2.† Extorsio dicitur vsura. Cast. 7 8
cons. 101. *col.* 2. *ver. quantum vero lib.* 1.† Nequissima, & voracitas appellatur vsura. Bald. *cons.* 443. *n.* 7. *in fin. & seq. lib.* 3.† Est incremen- 9 10
tum pecuniæ ab vsu æris crediti, & quicquid vltra sortem recipitur. Cald. *cap. nauiganti, n.* 8. *de vsur.*† Dolus est omnis vsura, quia 11
est prohibita omni iure diuino, & humano. Bald. 135. *Pater Casanas, ante med. ver. porro cum ista ars, lib.* 1. *& cons.* 443. *Ius naturale, in pr. lib.* 3.† Et non est admittenda vsura etiam ob bonum publicum, 12
vel piam causam, vide Cald. *d. c. nauiganti in* 5. *oppos. nu.* 18. *& seq. de vsur.*† Dicitur autem vsura turpis quæstus, & ideo non potest ca- 13
dere in bono vito, vel mercatore legali; quia eo ipso, quod vsuram exercet, perdit priuilegium sibi concessum. Bald. *cons.* 250. *In quæstione Domini Miliani. in fine. nu.* 13. *ver. subsequenter, lib.* 1.† Crimen 14
grauissimum, & rapinæ simile dicitur vsura, *cap. qui vsuram* 14. *q.* 4. Abb. *cons.* 113. *in princ. lib.* 2.† Et dicitur crimen Ecclesiasticum, de 15
quo cognoscit Ecclesia etiam in non subditos, prout sunt Iudei, *cap. post miserabilem, de vsur.* Lap. *d. alleg.* 10. *nu.* 3.† Odiosum lucrum 16
dicitur vsurarum exactio. Bald. *cons.* 360. *ver. modo in proposito. lib.* 1. *& cons.* 252. *eod. ver. lib.* 3. Castr. vero *cons.* 199. *in princ.* dicit esse lucrum inhonestum, & odiosum, *lib.* 2. ideo remittitur de facili.† 17
Lucratiua prædatio præter naturam est vsura, quæ maxime cadit in mutuo. Bald. *cons.* 443. *Ius naturale, in princ. lib.* 3.† Vsura est 18
quicquid vltra sortem mutuatam solum gratia vsus, pacto, vel intentione, vel exactione habita recipiatur. Fed. de Sen. *cons.* 303. *Quæstio vertitur, in princ.* vbi prosequitur definitionem hanc, vtista conueniant, vide eum, & quod sit vsura, quicquid sorti accedit in mutuo. Perr. de Anch. *cons.* 19. *in princ.* Bald. *cons.* 115. *Dictum coptumum. lib.* 2. vbi, quod peti non potest concessio coptuma creditore; quia est vsura; imo quicquid prædictus creditor percepit, tenetur compēsare in sortem principalem, & plenius Roman. *cons.* 238. *Pro habenda; in princ. & num.* 4. vbi, quod quicquid mutuatæ sorti accedit sub quocunque nomine, vel colore, vsura est, & ibi apost. in *ver. accedit*, & in *ver. imponas.*† Et vsura est, quic- 19
quid accedit sorti in mutuo, etiam si quid minimum sit, siue consistat in pecunia, siue in specie. Abbas *cons.* 34. *Attingam, in princ. lib.* 1.† Imo solus animus facit vsurarium, sequuta traditione mu- 20
neris etiam modici, si alias non fuisset mutuaturus. Abbas *d. cons.* 34. *in pr. lib.* 1.† Imo generaliter vsura est, quicquid accedit sorti; 21
ideo mulier recipiens quid annuū pro dote consistente in pecunia soluto matrimonio, etiā si nomine alimentorū dicitur vsura; quia blandus sermo pro eleemosyna pro alimentis non facit desinere esse vsuram. Anch. *cons.* 150. *n.* 7.† Amplia; quia vsurarius si- 22
milis est hæretico, si credit non esse peccatū, imo dicitur hæreticus. Bald. *cons.* 443. *Ius naturale, n.* 2. *ver. idem ideo dico, lib.* 3.† Prædo 23
est, & similis prædoni vsurarius, qui credit vsuras inducere peccatum. Bald. *d. cons.* 443. *n.* 2. *in princ. lib.* 3.† Leprosus dicitur vsura- 24
rius, & similis leproso; quia per morbi contagium alios inficit; ideo qui de sanorum consortio sunt, debent expellere eum. Bal. *d. cons.* 443. *nu.* 2. *ver. item siue credat, lib.* 3.† Contra naturam dicitur 25
peccare vsurarius; quia nititur, quod vnū bis fiat vnum, & è contra ordinē naturæ facit per aggregationē. Bald. *d. cons.* 443. *n.* 2. *ver. imo dici potest, lib.* 3.† Vorax dicitur vsurarius, & vsura appellatur 26
voracitas. Bal. *d. cons.* 443. *n.* 7. *v illud autē certū, lib.* 3.† Vermiculo li- 27
gni similis est, qui ad tactū apparet lenis, sed dentes habet ita duriſſimos, vt omne lignū corrodat; ita vsurarius deuorat patrimonia aliorū. Bal. *d. cons.* 443. *n.* 8. *v. quia vsurarius similis est vermiculo, lib.* 3.† Igni comparatur; quia sicut ignis cōburit in infinitū, si com- 28
bustibile haberet sibi approximatū; ita vsurarius tanquā os infernidevorat, & cōburit patrimonia aliena. Bal. *d. cōs.* 443. *n.* 8.† Scor- 29
pioni ēt, itē Leoni famelico, itē ori inferni cōparatur vsurarius p Bald. *d. cons.* 443. *n.* 8. *& seq. lib.* 3.† Et nō dicitur vsura, nisi ex pacto 30
ambarū partiū. Lap. *alleg.* 55. *n.* 8. *v. nā contractus, & n.* 9. *v. & licet vna pars*, dicit, quod propriè non est vsura, quæ non prouenit ex consensu partiū, sed impropria loquutio; ideo pœna vsuraria nō habet locū in tali vsura, quæ nō est vsura propriè.† Et cadit nedū in 31
pecunia, sed in aliis rebus, quæ in pondere, numero, vel mensura cōsistūt, 14. *q.* 3. *c. si feneraberis; & per tot.*† Declara, vt nō sit vsura in 32
foro fori, qn̄ sola intentio interuenit sine conuentione; quia tunc

non

non habet locum pœna vsurarum, sed bene in foro poli dicitur
vsura, & tenetur restituere, qui solam habuit intentionem. Fed.
33 de Sen. *cons.* 303. *in prin. ver. dico intentione.* † Et hæc vsura in intentione cadit etiam in contractu de se licito, licet non præsumatur propter formam licitam. Baldus *cons.* 154. *n.* 2. *v. item iste contractus, lib.* 2.

Vsura est omni iure prohibita, in quibus cadat, & quis dicatur committere vsuram, vel non. Concl. 337.

1 PROHIBITA † est omni iure, diuino, & humano vsura; quia contra omnem charitatem est, quæ charitas est vinculum perfectionis, & funiculus Cœli, & Mundi. Bald. *cons.* 443. *Ius naturale, in prin. vsq; ad n.* 3. vbi multa ponit, *lib.* 3. Ang. *cons.* 90. *in princ.* Alex. *cons.* 1. *in prin. lib.* 2. Cagnol. in *l. curabit, n.* 3. *C. de actio. empt.* ad
2 text. in *c.* 3. & 4. *de vsur.* Castr. *cons.* 397. *Non videtur, lib.* 2. † Et quod vsura sit prohibita iure naturali, iure diuino etiam Euangelico, &
* iure humano, communem * dicit Clar. in §. *vsura, n.* 3. *ver. sciendū.*
3 † Et quod etiam de iure ciuili nouissimo sint prohibitæ, Clar. in
* *d.* §. *vsura, n.* 4. *ver. difficultas est*, vbi dicit communem, * & magis communem, & in practica seruari; & propterea potest quis criminaliter puniri, vt ibi *n.* 5. & fuit opinio Azon. in *summa, C. de vsur.* & gl. in *auth. ad hæc, C. de vsur. & in tit. de Eccles. tit.* 10. Monach. *de*
4 *vsur. in rub. lib.* 6. † Contrarium, quod imo de iure ciuili sit permis-
* sa vsq; ad debitum modum, communem * dicit Alciat. in *c.* 1. *nu.* 78. *de offic. ord.* Christophor. Castillio. *cons.* 36. *post n.* 7. & plenius *n.* 8. vbi, quod Nicenum Concilium prohibet vsuras clericis; igitur videtur permittere laicis, & ita credidit probabiliter Iustinianus, eo, quia adhuc non erat vetus testamentum bene cognitum, & ad tollendum furta, & graniora delicta permisit vsuras inter lai-
*5 cos, & *n.* 9. dicit * communem. † Declara; quia vsura de iure Canonico est prohibita, vt *l.* 3. *C. de sum. Trinit. & fid. Cathol.* vbi approbantur quatuor concilia generalia, quæ prohibent vsuras, & de iure nouissimo authenticorum nullus dubitat, *d. auth. ad hæc. C. de vsur.* sunt igitur prohibitæ de iure diuino in veteri testamento, in Psal. *Qui pecuniā suam non dedit ad vsuram*, in nouo per Euangeliū: *Mutuum date nihil inde sperantes*, in iure ciuili, vt supra, in iure Canonico, vt *c. super eo, de vsur.* & esse notū Iippis dicit Ant. de Prato veteri inter cons. Alex. *cons.* 49. *Paucis vtar, in prin. lib.* 4. vbi *n.* 4. *ver. secundum*, quod est contra naturam, quod denarii superualeāt suo numero, ponderabilia superualeant suo ponderi, & mensurabi-
6 lia superualeant suæ mensuræ. † Et in tantum est prohibita de iure diuino, vt non possit Papa super vsuris dispensare, Alex. *d. cons.* 49. *n.* 2. *& seq. lib.* 4. vbi, quod neque intuitu boni, neque mali euitandi, sed neq; pro redimēdis captiuis potest dispensari, quod fiat vsura, propter quatuor; quia cōtemnit Deum audacius; quia contemnit naturam expressius; quia contemnit scripturas dete-
7 rius; & quia contemnit iura diutius; vt de singulis ibi *n.* 4. † Adde etiam, quod vsura prohibetur ob publicam vtilitatem, tam ex parte dantis, quam recipientis; dantis, quia desereretur cultura agrorum, & omnes vellent vsuram exercere; ex parte recipientis etiam, quia depauperaretur omnes. Alex. *d. cons.* 49. *n.* 17. *v. &*
8 *attento maxime, lib.* 4. † Amplia; quia in tantū vsura est de iure diuino veteri, & nouo prohibita, vt non valeat statutū, vel decretum Principis secularis super vsuris etiam pro bono publico, Alex. *cons.* 57. *Quoniā in quæstione, n.* 1. vbi apost. in *v. publicam, lib.* 1. *clem.* 1. *de vsur.* vbi, quod sunt excommunicati statuentes, & credentes li-
9 cere sunt hæretici. † Et nulla causa pia pro alendis pauperibus, vel redimendis captiuis potest inducere vsuras. Alex. *cons.* 27. *Viso, num.* 9. *lib.* 4. *& cons.* 49. *num.* 3. *lib.* 4. quod est Anto. de Prato ve-
10 teri. † Et quod pater tanquā legitimus administrator, neq; alius possit dare ad vsuram pecunias, & teneatur restituere; quia non venit vsura in administratione, neque dicitur profectitia. Alex.
11 *cons.* 206. *Viso themate. n.* 8. *ver. super* 3. *lib.* 2. † Extende etiam in Papa; quia non potest permittere vsuras. Alex. *d. cons.* 57. *col.* 2. *v. bene facit, lib.* 1. *c. super eo, de vsur.* vbi, quod neq; pro redemptione captiuorum dispensat Papa, & plenius Ant. de Prato veteri inter cons. Alex. *cons.* 49. *Paucis, in prin. lib.* 4. & quod Papa non possit super vsura dispensare, idem Alex. *cons.* 93. *Repetitus, n.* 7. *lib.* 6. quia de iure
12 diuino veteri, & nouo. † Amplia; quia imo dicens, quod vsura sit licita, & quod pecunia potest mutuari sub vsuris, pœna confisca-
13 tionis bonorum, & mortis punitur. Grat. *cons.* 49. *n.* 24. *lib.* 2. † Extende; quia in tantum prohibetur vsura, vt exercens vsuras credens non esse peccatum sit hæreticus. Bald. *cons.* 255. *Quidam fœne-*
14 *rator, lib.* 3. Castr. *d. cons.* 397. *in prin. lib.* 2. † Ratio prohibitionis vsurarum est multiplex. Cald. *c. nauiganti, n.* 23. *& seq. de vsur.* vbi *n.* 24. &
15 *seq.* quod est præter, & contra naturam. † Alias rationes deducit Rom. *cons.* 500. *Summarius n.* 4. primo, quia in mutuo transfertur dominium in recipientem, vnde fructus percipitur ex alieno, non ex re propria, & idem dicit Alex. *cons.* 80. *nu.* 5. *ver. & hæc differentia, lib.* 3. *cum seq.* vbi, quod ex mutuo, & depositio libero, aequalis ratio; quia efficitur depositarii; ideo ex re sua soluit vsuram locus ex re locata; quia dominium, & possessio est locantis, & percipit ex re sua. † Secunda; quia cum percipiat fructum ex diuitiis, ne temporis propter rem infructuosam censetur vendere tempus, quod omnibus animantibus est commune, & gratuito concessum, prout aer; ideo cum non sit in commercio nostro illa venditio, est vsura. Rom. *d. cons.* 500. *n.* 4. Alex. *d. cons.* 80. *n.* 7. &
lib. 3. † Extende idem in pecunia ad vsum locata; quia si locantis set solitus fœnerari, esset vsura; quia vsus pecuniæ nullam reddit vtilitatē; quia expēditur, & soluitur alia pecunia ei ideo cum non recipiat deteriorationem, esset vsura, vt per Alex.
d. cons. 80. *nu.* 8. *& seq. ver. accedunt etiam notata, lib.* 3. † Contrarium videtur tenere Rom. *d. cons.* 500. *n.* 4. quando fauore conducentis pecuniam, sicuti quando recipit in depositum, vt tenetur depositum restituat propter vsum, & appareat ditior; quia non esset vsura. † Amplia in tantum vsuras esse prohibitas omnino, vt neq; liceat Hebræo contra Christianum, neq; Christiano contra Iudæum exigere vsuras etiam promissas. Bald. *d. cons.* 443. *in fi. ver. sed dubitari potest*, vbi, quod si permitterentur vsuræ, non permitteretur, qui vellet cultiuare agros, *lib.* 3. & communē * elle Theologorum, & Canonistarum dicit Alex. de Næuo *cons.* 100. *n.* 13. *in fin. & cons.* 101. *n.* 14. quem sequitur Clar. *d.* §. *vsura, n.* 7. *ver. autem.* † Extende; quia non valet consuetudo contraria; quæ nutritiua peccati, neque aliquo prætextu, quod euitetur aliud malum, potest concedi hæc licentia, licet contrarium teneat Clar. *d.* §. *vsura, n.* 7. Extende in tantum, quod si Iudæus esset Christianus, tenetur restituere vsuras. Clar. *d.* §. *vsura, n.* 7. *ver.* Triplex est vsura, prout interesse; aliqua mere lucrativa, & est prohibita omni iure; alia est damni restaurativa; alia compensativa di percepti recompensatiua. Cagnol. *l. curabit, n.* 3. *C. de actio. empt.* vbi, quod istæ duæ sunt licitæ. † Et vsura est venenū patrimonii. Cald. *c. nauiganti, n.* 23. *de vsur.* † Vsura est prohibita, quando est mera solutio, seu non gratuita: si vero proueniat ex liberalitate, vt quia sponte aliquid donatur, non est vsura, de qua plene Castr. *cons.* 101. *col.* 2. *v. quamū vero, lib.* 1. † Committitur vsura dupliciter, directe, siue per se, vt est in mutuo, pacto, vel intentione, quod aliquid vltra sortem exigitur; indirecte, vel per accidens, quando sub velamine emptionis, vel contractus liciti committitur vsura. Fed. de Sen. *cons.* 303. *n.* 2. *v. committitur.* Gem. *cons.* 111. Prænotato; *in prin. & per tot.* Bero. *cons.* 168. *n.* 16. *lib.* 1. vbi, quod accommodatur ad omnes actus, & contractus dicitur committi in mutuo palliato. Cald. *c. nauiganti, num.* 11. *in* 5. *not. de vsur.* † Et ideo habet locum in emptione; locatione, donatione, societate, testamento, laudo, testamento, contractu innominato; correspectiuo, & omni negocio; quia infringitur alius contractus ex mutuo. Ber. *d. cons.* 168. *n.* 12. *& seq. lib.* 1. vbi late. † Et vsura non cadit, nisi in mutuo vero, vel ficto, seu palliato; vt quando fingitur alius contractus quam mutui, vt currant vsuræ. Cald. *cons.* 509. alias *n. vsur.* vbi, quod extra mutuum verum, vel fictum non cadit vsura. Cranet. *cons.* 145. *num.* 6. Abb. *cons.* 62. *Illud de iure, num.* 2. *ver. principaliter, lib.* 1. *& cons.* 39. *Videtur, in fin. lib.* 2. Rom. *cons.* 500. *n.* 4. *ver. quod quidem.* † Extende, vt procedat, etiam si fuerit scripta solutio; quod soluebatur pro discretione, & prouisione; quia est vsura. Rom. *d. cons.* 520. *num.* 4. *ver. nec præmissa conclusioni*, vbi apost. in *ver. vsura est*, dat concord. plures. † Extende, quod dicitur de mutuo, vt in eo cadat propriè vsura, vt procedat, siue sit mutuum verum, siue præsumptum; ideo si quis dat alteri magnam pecuniæ quantitatem, censetur dare mutuo, & est mutuum præsumptum. Roman. *cons.* 238. *Pro habenda, num.* 3. *ver.* 2. *principaliter*, vbi apostilla in *ver. mutui*, dat concord. Abbas *cons.* 114. *Attendo, num.* 2. *lib.* 2. Roman. iterum *cons.* 520. *Circa propositam, in prin.* † Extende, quod non potest præsumi donatio; ergo mutuum. † Extende etiam si illud, quod accedit mutuatę sorti baptizetur, vel nuncupetur cambiū, seu alio quocunq; nomine; quia est vsura. Rom. *cons.* 238. *n.* 4. vbi apost. in *ver. accedit*, & in *ver. imponas*, dat concord. † Extende, vt idem sit, etiamsi dicamus, pecuniā simpliciter dari tam mercatoribus censeri datam ad mercandū, & traficandum prout præsumitur. *l. fi. v. vlt. C. ad Maced.* prout in simili de pecunia data militi præsumitur in causam militarem. Rom. *d. cons.* 520. *n.* 2. *in prin. ver. & quidam, num.* 2. quia licet possit honestum lucrum percipi isto casu, intelligitur honestum esse, quando capitale est certo restituendum saluum, Rom. *d. cons.* 520. *n.* 5. *& seq.* vbi
apostil. *sub num.* 7. *ver. formaliter*, dat concordan. † Extende, &

iamsi censeri posset societas inita; quia adhuc est illicita, quando vnus socius plus percipit, & sine periculo; quia habere saluum capitale est contra naturam societatis. Rom. *d. cons.* 520. *n.* 6. *& seq.* & maxime, quando prestatio est vniformis ad rationem tãti singulo anno; quia ex hac vniformi prestatione vsura inducitur ex mutuo, ex deposito, ex commodato, ex negociatione, & societate. Rom. *d. cons.* 520. *in pr. & per tot.* maxime *n.* 8. vbi plene apost. *in ver.* 32 *prestatio.* dat concordan. † Extende, etiamsi mutuans velit in se suscipere omne periculum mutuatæ pecuniæ, & velit paciſci, quod sibi nihil vltra sortem detur etiam ratione periculi suscepti; quia tale pactum non valet. Rom. *d. cons.* 238. *nu.* 4. *ver. quarto præsupponitur.* vbi apost. *in ver. non licet.* dat concord. & *cons.* 520. *n.* 4. † Extende in tantum, quod si præcessit mutuum; tunc alius contractus, in quo non ita præsumeretur vsura, præsumitur vsurarius ratione præcedentis mutui. Bald. *cons.* 133. *Quædam mulier. nu.* 2. *ver. super alio puncto lib.* 1. plene Rom. *cons.* 423. *n.* 12. vbi, quod causa originalis mutui facit subsequentem cõtractum esse vsurarium, qui esset li- 34 citus sine mutuo præcedẽte. † Extende; quia minor præsumptio vsurarum requiritur in mutuo, quam in alio contractu. Bald. *d. cons.* 133. *n.* 2. *v. super alio puncto. li.* 1. vbi, quod in mutuo sufficiunt ea, quæ ponuntur *in ca. ad nostram. de vsur.* in aliis contractibus requi- 35 ritur probatio, quod sit solitus fœnerari. † Extẽde; quia in mutuo nõ gratuito cadit vsura ẽt ex sola intentione. Castr. *cons.* 22. *col.* 3. *v.* 36 *fortius autem. lib.* 1. † Extende, vt procedat, ẽtsi esset dictũ, quod dabatur pecunia ex causa depositi; quia si data est facultas vtẽdi pecunia depositata, adhuc est mutuũ ẽt ad effectum, vt vsura inducatur, si quid accedat, vel ꝓmittatur quocunq; nomine vltra sortem. Rom. *d. cons.* 238. *n.* 3. vbi apost. *in ver. vtenda. & cons.* 500. *n.* 7. *& seq. ver. secundus quidem casus. & consil.* 520. *in pr.* vbi apost. 1. *in ver. conuertitur.* vbi Rom. quod conuertitur in mutuum; quia periculum est depositarii; quia non in specie, sed in genere obligatur, prout ex mutuo, & *nu.* 4. Alex. *cons.* 80. *Circa primum. lib.* 3. *per tot.* maxime ☞ n. 4. Vide, *Depositum qua specialia, & priuilegia habeat. Coucl.* 200. *n.* 4. 37 *& sequ.* † Extende, vt idem sit in deposito pecuniæ reddendæ in genere, non in specie; quia ex quo transit dominium in depositarium, vel si dictum sit, do tibi in depositum, vel commendam ad negociationem illicitam, si aliquid soluatur, est vsura; quia trãsit dominium in depositarium, & iudicandum est mutuum. Rom. *d. cons.* 500. *n.* 7. *& seq. ver. secundus quidem casus.* vbi apost. *in ver. iudicandum.* vbi *n.* 8. *& seq.* tollit contraria, quod non potest dici, quod licita sit solutio, quasi teneatur ad antidora; quia illud non est ex iustitia, sed ex amicitia, & apostillæ dant concord. Rom. *d. consil.* 38 520. *in pr.* Alex. *d. cons.* 80. *nu.* 4. *& seq. ver. confirmo. lib.* 3. † Restringe, quando depositum est proprium, vt quia pecunia, quæ deponitur, debet restitui in eadem specie ad omne mandatum deponẽtis; quia tunc non est vsura; quia non potest transire in mutuum, neq; verum, neq; fictum, seu præsumptum; primo, quia mutuum est, quod dominium transeat in recipientem, quod nõ est in isto depositio; secundo, quia recipiendo fructum recipit ex re aliena ex mutuo; secus ex deposito. Rom. plene *cons.* 500. *Summarius. n.* 2. *& seq. ver. quod quidem.* & ibi apostil. *in ver. compensatio.* quæ dat concord. & ibi Rom. *n.* 4. allegat Bald. dicentem hanc opinionem te- 39 neri per Theologos. † Et procedit restrictio, etiamsi ex pacto sit conuentum aliquid solui ex tali deposito vero, maxime quia potest fieri ad commodum recipientis, vt appareat ditior. Rom. *dict. cons.* 500. *nu.* 4. *ver. aut vbi pecuniæ.* vbi apost. *in ver. pacti.* dat concord. 40 † Restringe; quia imo cessante ratione de dominio, & quod in mutuum non possit conuerti, vel transire, quod valeat conuentio, quod depositarius soluat certum quid pro pecunia depositata singulo anno, donec durauerit depositum, est text. *in l. Lucius. la prima. ff. depos.* prout clare Rom. *d. cons.* 500. *nu.* 4. *in fi. cum seq. ver. tertio sufficit.* vbi, quod talis contractus debet seruari, & non est vsu- 41 ra, sed donatio, & liberalitas. † Declara tamen; quia valeret, si deponens daret licentiam traficandi depositum, & offerret se velle stare vtili, & dãno ex tali negociatione, alias nõ. Rom. *d. cons.* 500. *n.* 10. *& seq. ver. secundo respondeo.* Alex. *d. cons.* 80. *Circa primum. in prin.* 42 *lib.* 3. † Restringe in commmodato pecuniæ, vel alterius speciei restituendæ, siue vt ditior appareat, siue alias, si quid soluitur pro vsu pecuniæ, vel speciei, non est vsura, sed recompensatio vsus, ita Rom. plene *cons.* 510. *Quoad primum. n.* 17. *&* 18. *ver. puto aduertendũ,* 43 vbi apost. *in ver. ad pompam.* † Amplia; quia vsura est crimen, & potest vsurarius criminaliter puniri Corn. *cons.* 19. *lib.* 3. Alciat. *c.* 1. *n.* * 76. *& seq. de offic. ordin.* & magis * communẽ dicit, & tuetur Clar. 44 § *vsura. n.* 5. *ver. & ex hoc infertur.* † Contrariũ tenet Rol. à Vall. *cons.* * 45 75. *n.* 29. *lib.* 1 vbi dicit magis * communem. † Declara; quia licet vsura sit crimẽ; quia peccatum; tamen pœna criminalis non im- ☞ ponitur vsurario, nisi sit manifestus. Deci. *cons.* 170. *circa fin.* Vide,

Vsurariorum pœnæ quæ sint. Concl. 354. † Amplia; quia licet vsura 46
non sit, quod soluitur pro damnis, & interesse; tamen non sufficit sola confessio, quod ad tantam summam ascendant, nisi constet; quia esset aperta via fraudibus. Anch. *cons.* 150. *nu.* 7. *& seq. ver. non obstat.* † Amplia; quia neque valet statutum, quod ex pecuniis 47
pupillaribus licita sit vsura. Ang. *cons.* 90. *Pro decisione, in pr. & in fi. ver. de secundo. vsq; in fi.* Vide, *Tutor qualiter, & de quibus rationem reddere debeat, vel non. Concl.* 442 † Extende; quia licet teneatur ad in- 48
teresse pupillo tutor, qui potuit inuestire pecunias pupillares, & retinuit mortuas; non tamen tenetur de vsura; quia prohibetur omni iure etiam in pecunia pupillari. Sign. *cons.* 197. *n.* 3. Floria. de S. Petro *cons.* 13. † Restringe; quia bene valet statutum inducens 49
pœnam tutori, vel administratori, qui conuertit in vsum propriũ pecunias pupillares, vel etiam quod teneatur ad aliquid ratione lucri, vel quæstus facti. Ang. *d. cons.* 9 *in fi. ver. de secundo. vsq; in fi.* vbi dicit procedere, etiamsi pœna excedat quadruplum. † Amplia in 50
contractu, qui fit cum mercatore, quando sibi datur pecunia, vt reddat lucrum certum; quia licet mercator plus lucretur; tamen ex quo non incurritis, qui percipit commodum lucri, aliquod periculũ sortis principalis, dicitur vsura. Bald. *cons.* 446. *Cõmittere pecuniam. li.* 3. *per tot.* vbi, quod D. Recuperus de S. Miniato in morte sua fecit restituere certas pecunias hoc modo exactas; vbi tamen, quod in foro cõtentioso quæstio est disputabilis, & allegat ꝓ vtraq; parte, licet dicat hanc tutiorem in foro animę, vide plenissime Crau. *cons.* 470. *n.* 9. *ver. aut desideret.* vbi, quod non licet, 51
nisi detur ad societatem lucri, & damni. † Vide tamen argumenta in contrariũ à Baldo in consiliis ptædictis, & à Crau. *cons.* 470. vbi, quod si mercator hoc lucratur cum pecunia mea, videtur æquum, quod mihi restituat; sed est responsio; quia nõ habeo ego periculũ, sed mercator. † Declarat Grat. plene *cons.* 49. *lib.* 2. nõ ꝓ- 52
cedere ampliationem in alio mercatore, vel nummulario, qui tãtundem posset lucrari; quia potest ex mutuo, ex omniq; contractu recipere pro pecunia certum quid, quod ipse potuisset lucrari, maxime, qñ est solitum. † Contrarium tamen tenet apostil. ad 53
Deci. *cons.* 169. *l' vltima.* & allegat Bero. qui idem dicit *cons.* 167. *lib.* 1. quod consuetudo non valeat contra vsuras, & sicuti statuentes essent excõmunicati; ita inducere volentes consuetudinẽ nutritiuã peccati, & dicit, quod qui dicit contrariũ, est hæreticus. *clem.* 1. *de vsur.* † Amplia; quia vsura est, si testator legat alicui centũ intra 54
certum tempus, & si hæres esset morosus in soluendo, cõdẽnat eum in quinq; pro centenario singulo anno. Bart. in *l.* 2. *in fin. ff. de iu, quæ pœn. nomine.* Castr. *cons.* 101. *Quantum ad tempus. lib.* 1. *in prin. & per tot.* † Extende, vt procedat, etiãsi nihil sit dictum de vsura, sed 55
quod soluat pro interesse, vel damno; quia nisi doceatur de interesse, est vsura. Castr. *d. cons.* 101. *in pr. li.* 1. † Extende, vt procedat, et- 56
iamsi testator legasset tantũ pro centenario pro tempore præterito; quia esset vsura, donec restituat sortẽ principalem; quia nõ videtur liberalitas, sed solutio, ne petat sortem, & sic vsura, qñ sumus in cõtractu, secus in vltima voluntate. Castr. *cons.* 101. *col.* 2. *v. quantum vero, & per tot. lib.* 1. vbi reddit rationem; quia magis ꝑsumitur liberalitas in vltima voluntate, quã in cõtractu. † Amplia; 57
quia vendens granum cariori pretio ob dilationem temporis cõmittit vsuram. Alex. *cons.* 72. *Inspecto diligenter, in prin. lib.* 1. † Secus, si 58
venderet simpliciter pro pretio, quo valebit tẽpore solutionis faciendæ. Cald. *repet. c. nauiganti, n.* 8. *in fi. de vsur.* † Declara, nisi à cõ- 59
muniter contingentib. valor esset maior tẽpore solutionis. Cald. vbi supra, vbi, quod quis solum excusatur, qñ erat probabile dubiũ, & non erat venditurus. † Extende maxime, qñ adest pactũ, 60
quod si de mense Maii valuerit plus, q̃ de præsenti soluat plus; si vero valeret minus, soluat pretiũ de præsenti. Alex. *d. cons.* 72. *in pr. lib.* 1. Cald. *d. c. nauiganti. n.* 8. *in fi. de vsur.* † Declara totã istã materiã; 61
quia si res stabilis venditur carius propter dilationẽ pretii soluẽdi, nõ est vsura: quia reddit fructus, & vtilitatẽ ex tẽpore: si vero res esset mobilis, quæ consistat in pondere, numero, vel mẽsura, & carius venditur ꝓpter dilationẽ pretii, tunc est vsura. Bald. *in rubr. C. de vsur. col.* 2. *v. secũdo quæritur.* sequitur Ale. *cons.* 121. *Visis. n.* 4. *& 5. v. confirmo. lib.* 5. vbi apost. *in v. carius. & in v. concludit.* dat conc. † Extende; quia si venditur carius ratione dilationis concessæ ex 62
deprauata intentione, est vsura, & compellitur etiam in foro cõtentioso restituere, si constat, alias tenetur in foro cõsciẽtiæ. Ale. qui plures citat *cons.* 93. *Repetitus. n.* 3. *&* 4. *lib.* 6. allegat *c. consuluit. de vsur. cum ibi not.* † Declara; quia si quis vendat rẽ carius ratione di- 63
latæ solutionis, non est ex forma crimẽ vsurarũ, *c. in ciuitate. de vsur.* ita dicit Rom. *cons.* 419. *In primis sciendum. in pr.* vbi plena apost. dat concord. & extendit, ẽtsi ratione retardatæ solutionis venditor perciperet interesse, qñ est mercator is, qui vendidit, allegat Dec. *cons.* 111. *Pro tenui. colu.* 3. *ver. tertio generaliter.* dicit tamen propter su-

64 ſpectum cõtractum, quod eſt abſtinendum.† Reſtringe; quia nõ eſt vſurarius contractus, ſi quis vendat granum pro pretio, quo valebit de tali menſe, tanquam quod carius vendiderit propter dilationem, niſi tria concurrant; primum, quod non erat veriſimile, quin valeret plus tempore ſolutionis; ſecundum, quod habebat granum venale; tertium, quod vendens erat ſolitus fœne-
65 rari; quæ ſi non probantur, non eſt vſura; ſecus ſi probãtur.† Reſtringe; quia non eſt vſura vendere carius ad tempus in mercatore, & ſolito negociari, & emens, vt carius vendat, quando interuenit vnum ex requiſitis ratione rei, tẽporis, vel loci, plene Dec.
66 *conſ. Pro tenui. nu.* 10 *& ſeq. vſq; in fin.*† Amplia; quia conductor, qui conuenit, quod recipiat fructus pro pecuniis, quas expendet in melioranda re locata, dicitur vſuram facere. Card. Zab. *conſ.* 55. *in*
67 *fi.*† Contrarium Abb. *conſ.* 15. *per tot. lib.* 1. vbi, quod eſt ex locatione, non ex mutuo. Caſtr. *conſ.* 102. *in pr. v. ſecundo quia. li.* 1. vbi, quod percipitur lucrũ ex pecunia data in reparationẽ rei fructuoſæ, vel
68 ſtabilis.† Extende; quia licet ſi eadem res recepta reſtituatur, nõ ſit vſura ſimpliciter, bene eſt vſura, ſi conuenit accõmodãs granũ mutuo, quod ſibi reſtituatur, cum petierit, & non poſſit reſtitui, niſi ipſe petat; quia illud eſt, vt tempore, quo carius vendi põt, re-
69 ſtituatur. Io. de Im. *conſ.* 25. *per tot.* † Declara; quia vſura dicitur id, quod ſoluitur vltra ſortem eorũ, quæ conſiſtunt in pondere, numero, vel menſura: in illis n. tantum contrahitur vſura; quia cum vſu conſumantur, ſoluitur pretium vſus, qui pertinet ad ſoluentem; quia tranſit dominium taliũ rerũ cum vſu; ideo nõ eſt licitũ ſoluere de re ſua aliquid, clare Caſtr. *cõſ.* 102. *Viſo & ponder. to. in pr. li.* 1. vbi, quod bene poteſt ſolui ſine vſura aliquid ꝓ vſu rerũ, quarum dominium non tranſit cum vſu, prout de rebus, quæ nõ cõſiſtunt in pondere, numero, vel menſura, & etiam in iſtis, quando
70 dantur, vt ſpecies ſine dominio.† Amplia; quia vſurarius eſt, & vſura, ſi emptor debens pretium ſoluat diminuta ſibi aliqua parte, antequam venerit tẽpus; quia ſi eſt hoc pro lucro, eſt vſura; quia minus ſoluit propter tẽpus; ſi vero pro aliquo riſico, & ſic excauſa
71 oneroſa, ſecus. Io. de Im. *conſ.* 83.† Limita; quia vſura nõ eſt, quod quis aliquod lucrum à nummulario tenente in depoſitum pecunias percipit, ſi percipiat ex vſu, & conſuetudine loci; quia ſaltem à pœna excuſatur. Dec. *conſ.* 170. *col. pen.* Grat. *conſ.* 49. *n.* 9. *lib.* 2. late
72 Crau. qui alios citat *conſ.* 924. *n.* 16.† Limita; quia vſura non cadit in ſpecie, quia nihil ſpeciei accreſcit; ideo pœna adiecta ſpeciei vacet, nec poteſt dici in fraudem vſurarum; quia deficit ſubiectũ; ergo qualitas ſine ſubiecto eſſe non poteſt. Rom. *cõſ.* 510. *Quoad pri-*
73 *mum. n.* 17. *ver. aliquando vero.*† Limita; quia non eſt vſura, ſi aliquis ex pecunia recipit lucrũ, quod alias cõſequeretur ex ſe ipſo; quia
* tanquam lucrum ceſſans poteſt exigi, communem * dicit declarando maxime in ſolito negociari. Grat. *d. conſ.* 49. *lib.* 2. Anch. *conſ.* 150. *n.* 2. & ideo mercator, ſeu capſerius mutuans põt recipere ab alio mercatore certũ quid, quãtũ lucratus eſſet à ſe ipſo, vt di-
74 cit Grat. *d. conſ* 49.† Extende; quia non eſt vſura, ſi maritus percipit fructus rei pignoratæ pro dote, qñ percipit per modũ intereſſe; quia ſubſtinet onera matrimonii. Abb. *conſ.* 39. *in pr. v. & præſertim. lib.* 2. ſecus inquit, ſi non ſubſtinet onera matrimonii, ibi *n.* 3.
75 † Extende; quia ꝓpterea inuenta eſt Florentiæ adequatio ad euitandũ vſuras; quia ſi tu habuiſti meas pecunias, cũ quib. negociatus es, & percepiſti cõmodũ, ne petendo vtilitatẽ ex tali negociatione poſſit vſura dici, curia mercantiæ condẽnare ſolet ad reſtitutionẽ, & ad mutuãdum pro tanto tẽpore ſub bonis cautionib. creditori ad hoc, vt tãto tẽpore vtatur, & fruatur pecunia ſui debitoris, quanto debitor fecit de pecunia creditoris, & videtur bo-
76 nũ temperamentũ.† Limita; quia vſura non eſt damnũ, vel incõmodum emergens propter morã, vel culpã debitoris. Bald. *conſil.* 443. *in pr. lib.* 3. & ideo ſi tibi mutuaui per menſem, & lapſo menſe non ſoluis, propter quod compellor recipere ſub vſuris, poſſum à te exigere, quod propter moram tuam ſolui. Anch. *conſ.* 376. *n.* 4.
77 Alex. *conſ.* 221. *n.* 3. *lib.* 2. Rim. Iun. *conſ.* 67. *n.* 9. *& ſeq. lib.* 1.† Extende in omni alio creditore ẽt ex cauſa non mutui; quia hoc eſt exem-
78 plum. Rim. Iun. *conſ.* 67. *n.* 9. *& ſeq.*† Limita; quia neceſſitatis cauſa permittitur vſura ꝓpter cõmerciũ, & victus neceſſitatẽ. Bald.
79 *d. conſ.* 443. *n.* 2. *v. ideo Princeps. lib.* 3.† Limita; quia non eſt vſura, qñ mutuum accedit contractui licito, prout ſi locaui tibi fundũ pro decem, cũ pacto, quod durãte locatione tibi mutuẽ viginti; quia eſt acceſſoriũ mutuũ ad locationẽ, & pro eo nihil ſoluitur. Abb.
☞ plene *conſ.* 15. *Queritur, an prædictus, lib.* 1. *per tot.* Vide, *Principalis diſpoſitio attenditur, non quæ veniunt in conſequentiam, & quando ſecus. Cõ-*
80 *cl.* 662.† Limita; quia mutuo gratuito vere à principio facto non eſſet vſura, ſi debitor ex ſe aliquid ceſſante pacto gratis ſoluiſſet.
81 Abb. *conſ.* 60. *In caſu, col. fi. v. ex tertio capite. lib.* 2.† Extende; quia ẽtſi mutuũ fuiſſet à principio vſurarium, ex quo lata fuit ſentẽtia, ꝙ non eſſet vſurarium, & ſententia nedum tranſiuit in iudicatum, quia non fuit appellatum, ſed imo agens, quod eſſet vſurarius, expreſſe approbauit ſententiã, & promiſit ſoluere cum tanto; quia cenſetur remiſiſſe vſuras; ita quod non poteſt aliquo petere ẽt per viã denunciationis Euangelicæ, ita Abb. *conſ.* 60. *n.* 2. *& ſeq. per totum.* maxime *col. fi. lib.* 2. vbi ẽt dicit, quod ſen-
tia, quæ tranſiuit in iudicatum, habet præſumptionem iuris & de iure pro ſe, quæ non admittit probationem in contrariũ, niſi confeſſionem partis.† Limita; quia vſura non eſt in eo, qui compellitur mutuare Principi, vel Cõmunitati, vt recipiat quinq; centenario. Fed. de Sen. *conſ.* 303. *in pr. & per tot.* quod intelligo, non mouetur ſpe lucri principaliter; quia tunc eſſet vſura, ſed lud lucrũ recipit, vt donũ.† Contrarium tenet Ant. de Butr. *conſ.* 17. *per tot.* vbi dicit, quod ciuis cõpulſus mutuare ciuitati pro neceſſitate ciuitatis, ſi recipit animo compenſandi in ſortẽ, non peccat; ſi vero cõmunitas donat quatuor pro cẽtenario, ſi quidẽ donatio eſt remota ab omni ſpe mutuantis, non eſt vſura, ſed ſtitum fuit pro neceſſitate ciuitatis, debet dare certum quid pro eleemoſyna; quia charitas non patitur, & ibi vide apoſtillare de concord.† Declara, quod bene emens poſtea hoc mutuum mo mutuante, vt conſequatur quinq; ꝓ centenario, dicitur vſurarius. Fed. *d. conſtil.* 302. *per tot.* vbi concludit ꝓ iſta parte.† Cum declaratione Abb. in ſua *q.* 5. *in fi.* vbi, quod licite poteſt vendi emi.† Declara, vt per Abb. in ſua *q.* 5. incip. *Augerio, in fi. ver. quod de ciditur.* vbi loquitur in impræſtitis, quæ recipiũtur ex caſu ſitatis Venetiis, Florẽtiæ, & alibi, vt ſi cõmunitas compe ad mutuandũ, & aſſignat perpetuo quinq; pro centenario eſt vſura; quia ex quo non repetit ſortẽ, neq; conſequitur ex mutuo, dicit, quod non eſt vſura ẽt quoad illos, qui à principio; quia ex quo non poſſunt recipere ſortem, ſeu re, non eſt vere mutuũ, & quoad ementes poſtea tales res eſt clara, quod non eſt vſura; ego admitto hoc vltimo mente, ſed primũ de mutuante nõ; quia licet non poſſit ſortẽ à cõmunitate, nõ deſinit eſſe mutuũ; quia põt vẽdere & bere ſortẽ, ſicque habet ſortẽ, & fructus ex mutuo; ergo eſt vſura.† Extende; quia non eſt vſura, ſi maritus, vel ẽt vxor procreã-ſiſtente in pecunia ſibi non ſoluta percipiat illud lucrũ, quod percipere poterat, ſi pecunias inueſtiuiſſet in locis montiũ & nõ potuit inueſtire ꝓpter morã ſoluere debentis, ita Rom. *conſil.* 97. *In caſu propoſito. n.* 11. *& ſeq. ver. & ſi dicas.* vbi apoſt. *in v. lucrum fi.*† Declara; quia donec durat neceſſitas ciuitatis, & nõ poteſt reſtituere impræſtita habita à ciuib. nihil poteſt recipi; qa eſſet vſura, & ſubtem cõtra charitatem ceſſãte neceſſitate, ſi cõmunitas eſt in mora, bene tenetur ad intereſſe. Ant. de Butr. *d. conſ.* 17. *per tot.* maxime *n.* 4. vbi *n.* 2. *in ſi. ver. quinto.* dicit, quod iſta impreſtita, ex quo hinc ſpem reſtitutionis, dicuntur mutuũ.† Limita; quia non eſt vſurarius, qui recipit aliquid dono ab eo, cui mutuauit, quando nõ ction e, neq; intentione à principio fuit actum, vel ſeparatum à modum doni. Fed. *d. cõſ.* 303. *col.* 2. *n.* 2. *v. verum ſi poſt.*† Limita; quia poſſum mutuare communitati cum conditione, quod durante mutuo ſim liber à collectis imponendis, & incertis, ſecus ſi eſſet certæ, & præſentes. Anch. *d. conſ.* 376. *n.* 4.† Limita in dote, quatenuore dotis ſunt pmiſſæ vſuræ reducibles ad intereſſe. Alex. *conſ.* 178. *Viſo proceſſu, ver. & licet maritus. lib.* 7. vbi apoſt. *in ver. reducibili* dicit valde notandũ.† Limita in mercatore mutuãte pecunias cambiũ de loco ad locũ; quia bene põt ratione intereſſe recipere aliquid ſupra ſummã, vt ſi promitto tibi mutuare, vel reſpondere in Alexandria ſcutos cẽtũ, exiſtens Ianuæ poſſum recipere Ianuæ à te pro cõmutatione ratione intereſſe ſcutos decẽ ſupra ſummã, quam ſoluam in Alexandria; quia iſte eſt contractus licitus in foro fori, licet in foro poli poſſit eſſe mens corrupta. Cald. *conſ.* 51. alias 11. *de vſur. per tot.* Vide infra, *Vſurarius non eſt contractus emptionis fructum annuorum ad vitam, & quando ſecus. Concluſ.* 362.† Limita; quia non eſt vſura, ſi quis legat puellæ, vel alteri ſcut 50 vt ipſa res emat fundũ, ex quo legatarius percipiat fructus; quia ſi eſſet mora, põt condemnari ex pecunia legata ad fructus, tanquam ex fundo, ſi fuiſſet emptus, & non erit vſura percipere pecuniã pro pecunia deſtinata ad fundum emendum ratione intereſſe. Alex Aret. *conſ.* 1. *n.* 30. *& ſeq. ver. nec obſtat quintum.*† Limita; quia ſtarius non eſt vſurarium, neq; in fraudem vſurarum, per quod permittitur, quod quis conſtituat cenſum ſuper bonis ſuis, deinde illum annuã præſtationem vendat perpetuo, vel ad tẽpus; quia ex quo periculum tranſit in emptorẽ, contractus eſt licitus. Perr. de Arech. *conſ.* 19. *Hic iſta ordinatio. per tot.* quod eſt conſ. Dyn.† Limita; actus dubius, an ſit vſurarius, vel non, debet iudicari non vſurarius. Alexa *conſ.* 221. *Super titulo. num.* 6. *ver. accedit etiam. lib.* 2.† Limita; quia ſi quis mutuauit alicui centũ cũ pacto, quod teneatur ad

ad totidem cum vsuris, quæ habet mutuo ab Hebræo, valet contractus, & nihil pcipit mutuãs. Anch. *cons.* 376. *Secundo dubitatur.*
n.3. sequitur Alex. *cons.* 221. *n.3. lib.*2. Iaſ. *in l. numinis in 4. not. ab. ff. de in*
97 *lit. iuran.* † Extende; quia ſi quis pro emendo lapide, ligno, vel aliquo non multiplicabili accipiat pecunias ad vſuras ſciente venditore, qui ſit in mora implendi venditionem, tenetur emptori ad eaſdem vſuras, quas patitur ob moram venditoris. Rom. *conſ.* 517.
98 *In caſu propoſito, n.12. ver. præterea video.* † Idẽ in marito recipiẽte pecunias ad vſuram; vt traducat; & alat vxorem moroſam ſoluere dotem promiſſam: quia tenetur ad eaſdẽ vſuras, quas ſoluit mari-
99 tus. Rom. *d. conſ.* 517. *n.*12. *v. præterea pone.* † Idẽ in creditore; qui recipit pecunias ad vſurã; qa debitor moroſus tenetur ad illas. Rõ.
100 *d. conſ.* 17. *n.*13. † Declarat Alex. *conſ.* 61. *Viſo proceſſu. lib.* 2. *in fin.* vbi dicit, quod plus recipere nõ eſt vſura, ſed bene eſt vſura vltra ſortẽ recipere; quia qñ quis poteſt perdere, & lucrari, prout in cambio de loco ad locũ poteſt plus recipi, exemplificat in eo, qui accommodat vnã corbẽ frumenti, quæ valet vnum ſcutum, quãdo recipit, valet duo ſcuta, nõ eſt vſura; quia nihil recipit vltra ſortẽ,
101 licet plus recipiat ex pretio. † Declara, vt procedat limitatio, dũmodo mutuãs ſibi non ſtipuletur vſuras, ſed ſolum velit releuari, & quando, ſi non mutuaſſet, erat ſoluturus ſuo creditori. Anch.
102 *d. conſ.* 376. *n.*3. *ver. ſed veritas.* & ita tenet Bald. *in Letiam. n.*5. *ver. quã-*
do. C. de exequat. rei iud. † Limita; quia non eſt vſurarius is, qui emit fructus ante recollectũ: quia ſiue valeant plus, vel minus, nõ eſt vſura ex parte vẽdentis, neq; ex parte ementis propter incertitudinem valoris. Bald. *conſ.* 377. *Inquiſitio formata, n.*2. *v. quia emere*
103 *fructus. li.*3. † Limita; quia recipiens aliquid pro intereſſe rei vẽditæ, vel fructuũ venditorum non dicitur vſurarius. Bald. *conſ.* 277.
104 *circa ſi. ver. Dominicus Raynerii. li.*3. † Extende; quia ex depoſito proprio, prout ſi deponitur pecunia penes aliquem reddenda ad nutum deponẽtis in eadem ſpecie, ſi quid ſoluit depoſitarius ex pacto, vel conuentione, ſeu alias, nõ eſt vſura; quia vſura non cadit, niſi in mutuo vero, vel ficto, quod non põt cadere in vero depoſito; quia in mutuo dominiũ tranſit in recipientẽ, in vero depoſito dominiũ remanet penes deponẽtem: igitur percipere emolumentũ ex re ſua nõ eſt vſura, ſed ex re aliena, put ex mutuo. Rom.
105 plene *conſ.* 500. *Summarius, in pr.* vbi late. † Contrariũ in curia Eccleſiaſtica in eadem cauſa fuit iudicatum, quod imo ſit vſura, & quod ſolutæ pecuniæ per depoſitarium extinguant ſortẽ, ex quo hinc inde ſunt debita. & credita compenſabilia. Soc. *conſ.* 93. *n.*22. *cum ſeq. lib.* 1. & quia vſuræ extenuant ſortẽ, *ea.*1. & ibi Abb.2. *not. ab. de vſur.* & quod ex depoſito penes nummulariũ facto non liceat pcipere lucrũ; quia vſura eſt, innuit Crau. *cõſ.* 924. *n.*16. licet quoad pœnã pporalem dicat ex conſuetudine admiſſum, & quod depoſitum non recipiãt vſuras, vel fructus ex parte deponẽtis. Decian.
106 *conſ.* 109. *n.*81. *li.*2. † Declara; quia ſi fiat ſolutio, vel taxatio vniformis, erit vſura; ſecus ſi vere per modũ fructuũ, vel intereſſe, plene
☞ Crau. *conſ.* 470. *per tot.* vbi arguit à ſufficiẽti, quod non valet taxatio vniformis, vide; quia plene loquitur. Vide, *Intereſſe conuentum*
107 *quando, & qualiter debeatur, vel non. Concl.* 308. † Declara; quia ſi emptor retineret ipſe, poſſet eſſe locus æquitati, *l. curabit. C. de actio. empti.* quia non debet gaudere re, & pretio: ſi alius, ſecus; quia prima cauſa eſt extincta, prout in ſimili Surd. *conſ.* 269. *n.*15. *cum ſeq.* vbi, quod facta delegatione, vel ſolutione extinguitur prima obligatio, nec delegatus tenetur ex prima cauſa, ſed ex cauſa delegationis; ideo non debet fructus dotis, quos delegans tenebatur ẽt
108 ſine mora ſoluere. † Declara plene per Rom. *conſ.* 500. vbi quod ex depoſito põt deberi certũ emolumentũ duob. caſib. videl. qñ fit ad commodũ depoſitarii, vt habeat illã commoditatẽ, & apparentiã, vel ſi non ex neceſſitate & pacto ſoluit, alias non eſt licitũ.
109 † Et quod vſura ſit licita omni iure, qñ recipitur pro intereſſe, ſiue ſit damni emergentis, ſiue lucri ceſſantis. Alex. *conſ.* 221. *Super titulo. in pr. li.*2. Vide, *Intereſſe qualiter debeatur, & deducatur. Cõ. l.* 299.
110 † Extende; quia in quocunq; contractu de mundo poteſt fieri vſura, quatenus intereſt: ſecus ſi ceſſat intereſſe; quia licet debitor
111 pmitteret decẽ, p intereſſe aſſerens ſe ſcire tm̃ eſſe intereſſe, non ſufficerer. Alex. *d. conſ.* 221. *n.*2. *ver. & not. per gl. li.*2. † Extende; quia ſi ſcholaris habẽs pignora apud Hebræos ſub vſuris mutuat pecunias ſibi delatas pro redimẽdis ſuis pignoribus. cum pacto, quod recipiens mutuo ſoluat vſuras Hebræo, p rata quantitatis mutuatæ, & ſoluerit, dicitur vt damnũ ſoluiſſe, & non vt vſuram. Alex.
112 *d. conſ.* 221. *Super titulo. n.*3. *& 4. v. fortificatur. li.*2. † Declara maxime, qñ ſcholaris mutuãs reuera erat cõuerſurus pecunias mutuatas in extinctionẽ debiti ſui vſurarii; quia tũc nõ tenebatur cũ dãno ſuo ſubuenire amico, & nullo modo põt dici vſura. Alex. *d. conſil.*
113 221. *n.*4. *v. & ſalte hoc eſt verũ. lib.*2. † Extẽde; quia ſi quis habet ad affictũ petiã terrę, p qua ſoluit ſingulo anno certã ſummã cũ pacto

francandi pro certa ſumma pecuniarũ, & mutuet tantã pecuniarũ quantitatẽ, quanta ſufficiat ad francandũ affictũ, vel liuellum, quẽ ſoluit, põt paciſci, quod mutuo recipiẽs teneatur ſoluere affictũ, vel liuellũ, vt releuet mutuantẽ. Alex. *d. conſ.* 221. *Super titulo.*
per totum. lib. 2. vbi eſt caſus conſilii, & pcedit maxime, qñ affictus, vel liuellus erat inextinguibilis. † Et ſtatur iuramento eius, q̃ paſ- 114
ſus eſt dãnũ; quia agitur de iis, q̃ conſiſtunt in animo. Alex. *d. conſ.*
221. *n.*5. *lib.* 2 † Limita; quia vſura non eſt id, quod promittitur ſi- 115
ne iuramento, & ſoluitur ſponte: quia dicitur donatũ, nõ ablatũ, vt debeat reſtitui, niſi ex mutuo, pueniat; quia ex coniũctione actuũ actus licitus redditur illicitus. Alex. *d. conſ.* 221. *Super titulo, n.*
7. *vẽr. facit. quod not. li.*2 † Limita; quia ſi facto iudicis ex ſententia, 116
vel laudo quis condemnatur ſoluere ſex pro centenario, non eſt vſura. Abb. *cõſ.* 62. *Illud de iure. in fi. v. vento ad illud. li.*1. Vide plenius, ✍
Vſurarius contractus non præſumitur, & quando ſecus. Concl. 361.

Vſuras Iudæis concedere non poſſunt Principes cõtra Chriſtianos. Concl. 338.

REGVLA † & cõcluſio eſt; quia neq; Imperator, neq; alii ſecu- 1
lares Principes poſſunt permittere vſuras ẽt, pter bonũ publicũ. Alex. *conſ.* 1. *in pr. v. ſexto per ea. li.*2. *& n.*7. *ver. ſexto videtur*, vbi, quod ſolus Papa põt, ita Anch. *conſ.* 243. *circa ſi.* vbi hoc dicunt expreſſe. Caſtr. *conſ.* 295. *Si dicta pignora. lib.*2. Alex. *d. conſ.* 1. *in fi. li.*2. ſequitur altos allegando Bologn. in apoſt. ad Io. de An. *conſ.* 70. *nu.*4.
vſq; in fi. Ceph. *d. conſ.* 549. *n.*68. *& ſeq.* plenius Ang. filius Caſtr. *cõſ.*
296. *inter conſ. Caſtr. lib.*2. vbi, quod non põt concedi neq; exactio, neq; retentio, & idẽ Caſtr. *conſ.* 20. *col.*2. *v. ſed quia videtur, e. d. lib.*2.
Alex. *conſ.* 49. *Paucis, n.*6. *lib.*4. † Contrarium conſuluit Alex. *conſ.* 2
57. *n.*2. *& ſeq. lib.*1. Caſtr. plene *conſ.* 397. *Notandum videtur*, quod valet conuentio facta cum communitate ſubdita Venetis, qui confirmarunt, quod poſſit Iudæus mutuare ſuper pignorib. & ſuper chartis, & dicit, quod iudex tuta conſcientia põt exequi, & quod ſi non oritur actio, bene oritur officiũ iudicis propter bonũ publicũ. † Et pro contrario, quod imo vſura poſſit permitti Iudæis, 3
facit; quia de iis, qui extra nos, nihil ad nos. Alex. *d. conſ.* 57. *n.*2. *v. in*
*contrarium, lib.*1. vbi apoſt. dat concord. † Sed tamen obſtat ſentẽ- 4
tia Domini noſtri IESV CHRISTI in Euangelio; quia ſi ſuppletio Iudæorum eſt mala, dum addiderũt legi diuinæ, quæ tm̃ dicebat:
Non fœnerabis fratri tuo. Iudæi à contrario ſupplentes ſenſum dixerunt: *Alienigenæ vero fœnerabis.* ſicut in alio: *Diliges proximum tuũ.* ſuppleuerunt a contrario: *Et odio habebis inimicum tuum.* quomodo hic licitum eſſe poſſit, alienigenã Iudęum poſſe dare ad vſuram ex lege Principis Chriſtiani pauperib. Chriſtianis, non video: quia neq; Iudęi ex extenſione, quam fecerant, hoc admittebant. † De- 5
clara; quia eſt vera prima opinio ſecundum Theologos, quib. eſt ſtandum, vbi de ſalute agitur; quia ipſi negant poſſe concedi Iudæis hanc licentiam; ſed tenentes contrarium dicunt, quod eorum opinio contraria ſecundũ Canoniſtas, pcedit, quibus ſtatur, quando agitur de iure diuino ſecundum moralem Philoſophiã. Alex. *conſ.* 1. *nu.*10. *lib.*2. & quod magis credendum ſit Canoniſtis, quam Theologis; quia Canonicum ius tendit ad interpretandũ ius diuinum in pertinentib. ad moralẽ Philoſophiam; Theologia vero quoad opera Chriſti Domini noſtri, ita Dec. *conſ.* 111. *n.*6. ſed quorſum iſta diſcrepantia inducatur, non video; quia ius Canonicum omnino prohibet vſuras concedi, & eſt omnino exequutiuum iuris diuini. † Eſt bene verum, quod in materia vſurarum 6
ſtandũ eſt Canoniſtis, & non Legiſtis. Bart. *conſ.* 128. *Franciſcus. in ſi.*
*lib.*1. & magis iuri Canonico, q̃ iuri ciuili. Bart. *d. conſ.* 84. *Franciſcus. in ſi. li.*2. † Declarat Caſtr. & male, iudicio meo, quod iudex debet 7
ſeruare conuentiones factas ſuper vſuris ſoluendis de facto, non vt iudex, & non debet proferre ſententiã diffinitiuã, ſed interlocutoriã viſis ſcripturis; quia actio non eſt data, neq; vſuræ factæ ſunt debitæ ciuiliter, neque naturaliter; ideo clauſis oculis exequuntur, non admiſſa exceptione vſurarum, & quaſi inductum videtur officium iudicis; & quia vbiq; ſic toleratur ẽt per Papam in terris Eccleſiæ, non peccat iudex; quia iuſſus ſuperioris excuſat. Caſtr. *conſ.* 397. *per totum.* maxime *circa med. v. conſiſtit autem. li.*2.
† Iſta declaratio Caſtr. eſt peſſima; quia vbi agitur de peccato, & 8
damnatione animę non datur cautela, quę excuſet: nã ſi vſura iure diuino, & humano eſt prohibita, intantum, quod qui crederet contrariũ, hæreticus eſſet, vt dicit ipſemet Caſtr. *conſ. præd.* 397. *in*
*pr. li.*2. quomodo poſſit iudex, vel Princeps concedens excuſari à peccato, cogite ad ipſi, & vide Concl. prox. præced. & hãc partem tenuit, & prædicauit B. Bernardus Senis, & obtinuit: quia peccant mortaliter, & non excuſantur ex contrario vſu, ita Anto. de Prato veteri inter conſ. Alex. *conſ.* 49. *Paucis. lib.*4. & certe Caſtr. etiam in aliis ſimilib. prout de ſtatutis cõtra libertatem Eccleſiaſti-

cã solitus fuit dare similes pudendas cautelas, quib. per alios Deũ
9 timẽtes respõdetur. Vide, *Libertas Ecclesiastica, & c. Concl.* 342. † Declara; quia communitas, & seculares non possunt dare actionem Iudæo exigendi vsuras etiam à volentibus sine iuramento, sed talis licẽtia secularium operabitur retentionẽ, si Iudæus exegit, vel habet pignora. Castr. *d. cons.* 295. *circa med. v. nunc est vidẽdum. per tot. lib.* 2. & istud est somniũ, & alia cautela pudenda; quia licet quoad Iudæos non q̃ratur de salute animarũ; quia extra nos; secus quoad fideles, qui dãt causã cõtra iura diuina, & qui causã dãni dat, dãnũ dedisse videtur. † Declara, & hæc est alia cautela pessima Castr. quia Principes seculares, si de facto concedunt, possunt solũ facere seruare de facto, quod pignora retineãt, & vsuras exactas; quia possunt negare audiẽtiã, & auferre iurisdictionem à suis iudicib. ne audiant repetentes vsuras, sed non possunt dare actionẽ p̃ vsuris consequendis, neq; concedere iudicib. suis, vt dẽt actionẽ p̃ vsuris Iudæorũ; quia essent excõmunicati; imo ẽt in casu denegatæ audientię super repetitione vsurarũ posset recurri ad iudicẽ Ecclesiasticũ, qui faciat illas restitui. Castr. *cons.* 295. *n.* 4. *v.*
11 *de vsuris vero. & cons.* 296. *in pr.* quod est Ang. filii Castr. *lib.* 2. † Cõtrarium, quod imo non valet decretum, neque statutum de vsuris permissis inter Christianos, expresse declarat Alex. *d. cons.* 57. *nu.* 2. *v. & non obstat. lib.* 1. & est *clem.* 1. *de vsur.* & Castr. *cons.* 397. *Non videtur.*
12 *per tot.* † Extende; quia expresse damnãtur statuta, & consuetudines, quib. præstatur fauor exactioni vsurarum, *clem.* 1. *de vsur.* Alex. *d. cons.* 1. *in pr. ver. septimo. lib.* 2. ergo & licentia, & pactum; quia valet
13 argumentũ de vno ad aliud. † Declarat idem Alex. & male procedere inter Christianos, etsi crederent vsuras licitas: secus inter
14 Hebræos, & pro euitando peccato. Alex. *d. cons.* 1. *nu.* 8. *lib.* 2. † Restringe; quia licita est vsura, q̃ succedit loco interesse, & põt exigi. Alex. *cons.* 221. *lib.* 2. Anch. *cons.* 376. *n.* 3. *& seq.* Io. de An. *cons.* 50. *n.* 9.
15 † Restringe; quia licita est vsura compẽsatoria damni, & interes-
16 se, dũmodo sit moderata, apost. ad Alex. *cons.* 1. *n.* 2. *ver sed. lib.* 2. † Et vbicunq; non præcedit conuentio, si quid soluitur pro mora, dicitur interesse, non a vsura; secus si præcedat conuentio. Bologn.
17 in apost. *ad cons.* 10. *de An.* 50. *n.* 11. *circa fi. v. secundo principaliter.* † Restringe; quia de consuetudine Italiæ, & ex priuilegiis Martini V. & Eugenii IV. valent conuentiones populorum cum Iudæis de exercendis honestis, seu moderatis vsuris cum ipsis Christianis. Alex. *cons.* 1. *n.* 8. vbi declarat *clem.* 1. *de vsur.* vt procedat contra credentes licere vsuras, non autẽ si populi tanquam damnatas in solos Iudæos admittunt ex consuetudine, & Bolog. *in addit. ad cons.*
18 *Io. de An.* 70. *nu.* 4. † Contra declarationes, & restrictiones, quod Hebræis imo est interdicta vsura; & ideo Rex Aragonum exigẽs tributum à Iudæis propter vsuras male facit. Alex. *d. cons.* 57. *n.* 1. *v. accedit.* & idem probat Anch. *cons* 243. *n.* 7. per *c. post miserabilem, de vsur.* vbi compelli debent Iudæi remittere vsuras Christianis per Principes seculares, & de eodẽ Rege Aragonũ idẽ Alex. *cons.* 1. *n.* 1. *ver. & iuxta hoc lib.* 2. licet postea concludat contrarium, sed ista est
* verior, & communis * opinio Theologorum, & Canonistarum, & non valet consuetudo contraria tãquam nutritiua peccati, vt per Alex. de Næuo *cons.* 100. 101. *&* 102 sequitur Clar. *in* §. *vsura. n.* 7. etiã si consuetudo sit immemorabilis. Couar. *var. resol. li.* 3. *c.* 1. *nu.* 8. Io. de Im. *cons.* 6. *in pr.* vbi, quod non valet societas Iudæorum ad mutuandũ sub vsuris. Ant. de Prato veteri inter consilia Alex. *cons.* 49 *Paucis. n.* 6. *li.* 4. cui Ale. se subscripsit *cõs.* 50. & Io. de Zan-
19 nis *cons.* 51. *lib.* 4. † Imo, & quod Papa non possit etiam concedere licentiam Iudæis fænerandi Christianis, & non valet consuetudo permittens contrarium tãquã nutritiua peccati. Alex. de Næ-
* uo *d. cons.* 100. 101. *&* 102. vbi exclamat, & * communem Theologorum, & Canonistarum dicit Iul. Clar. *in* §. *vsura. nu.* 7. licet dicat de facto seruari contrarium, & hanc tuetur Alex. *cons.* 49. *Paucis,*
20 *in pr. & n.* 6. *lib.* 4. quod est Ant. de Prato veteri. † Extende in tantũ vsuram omni iure prohibitam, vt dispensatio aliqua super ea fieri non possit, *c. super eo, de vsur.* Alex. *d. cons.* 1. *ver. secundo videtur. in pr. lib.*
21 2. † Declarat Alex. inseruiens Iudæis, nisi adsit consuetudo respectu Hebræorum; quia licet sit irrationabilis; tamen inducit faciliorẽ dispensationem, maxime, q̃n non oritur peccatum mortale. Alex. *d. cons.* 1. *n.* 2. *& 3. lib.* 2. vbi probat non oriri peccatum ex parte Christianorum recipientiũ neq; ex parte Iudęi dãtis; quia sunt
22 extra nos. † Extende; quia consuetudo contra ius diuinum non potest inducere vsuras, vel aliquid prohibitum iure diuino. Ale.
23 *cons.* 1. *in pr. v. tertio quia. lib.* 2. † Declara, nisi consuetudo sit sine pec-
24 cato mortali. Alex. *d. cons.* 1. *n.* 3. *lib.* 2. † Extende; quia nec iura naturalia, neq; Canonica possunt, vel debent permittere vsuram, ẽtsi oriretur aliquod bonum, vel euitaretur aliquod malũ. Ale. *d. cõs.*
25 1. *in pr. v quarto quia. lib.* 2. vbi apost. *in ver. late.* † Declara non licere cum Christianis, & inter eos, ac in vniuersũ, secus cum Hebræis. Alex. *d. cons.* 1. *n.* 6. *lib.* 2. † Extende; quia etiam vsura permissa de-
re ciuili prohibetur de iure Canonico. Alex. *d. cons.* 1. *in pr. ver. quarto quia. li.* 2. † Declara, vt pulcherrime per Petr. de Anch. *cons.* 1. *Christianissime & Illustrissime Princeps.* vbi in foro conscientiæ con-
sultus forte à Rege Aragonum adducit multa, quod possit fie-
decretum, quod Iudæi mutuent sub vsuris de consensu Christia-
norum pro publica vtilitate, vt maius malum euitetur, & quam-
hil ad nos de iis, qui extra nos; tamen concludit finaliter obtem-
ius Canonicum, & quod solus Papa hoc potest ex causa, sequitur
Ale. *d. cons.* 1. *Circa primu dubium. per totum, li.* 2. & plenius *cons.*
fi. lib. 2. † Imo dubium est in Papa, neq; ipse posset generaliter
cedere Iudæis vbiq; licere exercere vsuram; quia videretur qu-
dã declaratio, quod esset licita Iudæis, quod est falsum. Alex. *cons.*
2. *circa fi. ver. nec istud. lib.* 2. † Declara; quia plures tenent, quod Pa-
pa possit concedere Iudæis, quod mutuent sub vsuris, sed dico, q
non posset, bene põt dispẽsare, & absoluere super vsuris in ex-
ctis, & talis absolutio liberat Iudæũ à restitutione vsurarũ Chri-
stianis. Alex. *cons.* 6. *Super præmissa. n.* 7. *& seq. v. insuper est attendere*
lib. 6. † Declara; quia Papa potest etiam concedere licẽtiam Prin-
cipi seculari, vt talem licentiam concedat Iudæis exigendi vsuras
à Christianis propter bonum publicum, quando etiã consuetudo, vt per plura Alex. cõsuluit in casu Marchionis Mo-
tuæ *dict. consil.* 1. *lib.* 2. *per totum.* vbi multa allegat, & *consil.* 2. *nu.*
† Vide omnino Cagn. *in l. curabit. C. de actio. empti. n.* 7. *v. summa.*
vbi relatiue declarat, q̃n possit concedi hæc licentia Hæc
legat Barbat. *cons.* 16. *lib.* 4. Ruin. *cons.* 196. *lib.* 1. & alios, &
munis opinio, vt dicit Ceph. *cons.* 549. *num.* 89. *ver. tertio, v.*
† Contra prædictas declarationes, & restrictiones Castr. &
expresse tenet Ias. *in l.* 1. *in* 2. *lectur. C. de summa Trin. n.* 36. vbi
de conscientia Alex. in dictis consiliis, vide omnino Ant.
veteri inter consilia Alex. *cons.* 49. *Paucis lib.* 4. *ver. & confir.*
vbi dicit, quod sanctus Bernardus Senis p̃dicauit, quod Ebr.
non poterat dari hæc licentia, & obtinuit prohiberi; quia
non est data aliqua potestas, sed neq; Legatis, & commemorat
Episcopo Concordiensi, qui Bononiæ talem licentiam concessit
Iudæis ipso consulente contrarium, & quod paulo post ocẽsio-
nem fuit eiectus de ciuitate Bononiæ iudicio Dei, & huic consi-
lio se subscripsit Alex. *cons.* 50. & Io. de Zannis *cons.* 51. *li.* 4. † Et co-
trariũ ẽt tenet apost. ad Alex. *d. cons.* 1. *n.* 2. *ver. sed li.* 2. vbi, quod ma-
le consuluit Alex. quatenus de vsuris lucratoriis loquitur, secus
de compensatoriis, & moderatis, allegat se *in consuetud. in* §. 1. *q.*
9. *n.* 19. † Et veritas est, quod solus Papa põt in casib. particularib.
& ex magna causa per prædicta. † Amplia in tñ vsuram esse pro-
bitã, vt etiam extẽdatur ad pœnas dationi quãtitatis, & quanti-
ti adiectas; quia præsumitur in fraudem vsuræ mutuo etiam
iecta facta, quando immoderata, vel à solito fœnerari, dicitur
sura. Alex. *cons.* 49. *Paucis.* quod est Antonii de Prato veteri, &
50. quod est Alex. *in cons.* 51. quod est Ioa. de Zannis *lib.* 4. vbi
sime.

Vsurariorum multæ sunt species. Concl. 339.

VSVRARIVS † multiplex est, & vnũ genus differt ab alio
quia aliqui sunt vsurarii, sed non apparet, an sint manife-
vel non; alii vero sunt, qui apparent vsurarii, sed non sunt manife-
sti; alii apparent vsurarii, & manifesti. Bald. *in cons.* 17. *Factum, sup*
quo consilium exposcitur. n. 2. *ver. venio ad secundum. lib.* 1. † Adde; qu
duplex est species vsurarii; vna est, quia credunt licita vsuras, e
sine peccato posse exerceri, & isti sunt hæretici; alia species est q
credunt esse peccatum, & non sunt hæretici; aliqui igitur sunt h
retici, aliqui non. Bald. *cons.* 255. *Quidam Fœnerator, in pr. lib.* 3. Cas
cons. 397. *Non videtur expediens. per tot. lib.* 2. vbi, quod *clem.* 1. *de vs*
quæ detestatur statuta super vsuris, emanauit ad obuiandũ h
hæreticæ opinioni, qua aliqui credebant licitas esse vsuras, p
ut de iure ciuili permittebantur. † Aliqui sunt vsurarii, qui ex
cent vsuras simpliciter; aliqui exercent vsuras vsurarum, vt p
Alexand. *cons.* 8. *li.* 3. † Aliqui sunt vsurarii ex forma, prout si com-
mittitur vsura in mutuo, in quo formaliter cadit vsura; aliqui
ro sunt non ex forma, sed ex mente; veluti si quis vendat gra
vel alias mercantias carius ad tempus; quia dicitur vsurarius,
non proprie, licet teneatur ad restitutionem, prout verus vsu
rius. Castrens. *cons.* 160. *Ad primum. lib.* 1. *in princip.* vbi plena apost
la. † Aliqui sunt vsurarii principaliter; aliqui in consequentiam
prout si quis mercatur, & mercando committit aliquando v
ram; sed quia adhoc non tendit principaliter, non debet arcẽ re
lis vsura. Castr. *d. cons.* 160. *colu.* 2. *ver. ad tertium. lib.* 1. † Amplia, q
aliqui sunt vsurarii manifesti; aliqui non manifesti. Vide *vsurarius*
multiplex, non manifestus, & manifestus. Conclus. 340. Vide, *vsurarius*

quando, & quis manifestus probetur. Concl. 341. Vide supra, *Vsura quid sit, in quibus cadat, & quis dicatur vsurarius, vel non. Concl.* 336.

Vsurarius triplex, & qui testari nõ possint, vel contra. Concl. 340.

1 TRIPLEX † est species vsuriorum; aliqui sunt vsurarii hæretici; quia credunt, quod vsura sit licita, & sic contradicũt legi Euãgelicæ; aliqui sunt vsurarii non hæretici; quia credũt esse peccatũ, sed cupiditate auaritiæ exercent vsuras, & horũ duplex est species; qa aliqui manifesti, aliqui secreti, & occulti, seu palliatores contractuũ vsuriorũ. Bald. *cons.* 255. *Quidam Fœnerator. lib.* 3. *in*
2 *princ.* † Prima species vsurarii hæretici, qui non credit, quod vsura sit peccatũ. siue sit manifestus, siue occultus vsurarius, absolute
3 non potest testari. Bald. *cons.* 255. *in princ. lib.* 3. † Secunda species vsuriorum non hæreticorum; quia licet exerceant vsuras; tamẽ credunt esse peccatũ, non prohibentur, nisi sint vsurarii manifesti; quia soli manifesti sunt prohibiti testari, nisi idoneã cautionẽ præstent secundum formam *c. quanquam. §. nullus. de vsur. in* 6. alii vero, quorũ vsura non potest manifesta probari, non prohibẽtur
4 Bald. *consil.* 255. *lib.* 3 *in princ.* † Tertia species est vsuriorum non hæreticorum, sed manifestorũ, de quibus in Conclusione proxi-
5 me seq. † Regulam facias; vsurarius hæreticus; quia credit, quod vsura non sit peccatũ, absolute prohibetur testari, & nullo modo valet illius testamentum, siue sit manifestus, siue secretus. Bal. *cõs.*
6 235 *in pri. lib.* 3. † Amplia in vsurario non hæretico, sed tamen manifesto; quia prohibetur testari, nisi præstet cautionẽ de restituendis vsuris secundum formam *c. quanquam. de vsur. lib.* 6. Bal. *d. cons.*
7 255. *in pr. lib.* 3. † Et ista qualitas debet in libello exprimi, & postea probari; quia est qualitas de substantia, vt nõ possit testari. Castr. *consil.* 163. *Super primo. in pr. lib.* 1. vbi, quod requiruntur plura; primo, quod sit manifestus; secundo, quod fideiussionẽ non dede-
est locus successioni ab intestato, & filii succedunt, & trãsmittũt, prout si testamentũ non extaret. Fulg. *cons. 137. nu. 3.* † Amplia, vt 20
nedum non possit vsurarius, nisi præstita cautione, vt supra, sed nec donare potest causa mortis. Lap. *alleg. 126. n. 2. ver. quo autem,* vbi allegat Io. Cald. in quadã quæstione incip. *Canonica institutione cauetur.* Cald. *cons. 12. de constit.* incip. *Statutum disponens, in fi.* Fed. de Sen. *cons. 298. in fi. v. & quia in effectu,* vbi, quod donatio causa mortis sub vltima voluntate comprehenditur, & in terminis, quod manifestus vsurarius non possit donare causa mortis. Bal. *consil.* 21
294. *Quæritur, vtrum, lib. 2.* † Amplia; quia neq; valet donatio vsurarii manifesti, & licet sit controuersa opinio, & contraria; communis * tamen & magis communis est, quod non valet, vt atte- *
statur Clar. *in §. donatio, q. 7.* vbi, quod alias eluderetur dispositio *d. c. quanquam, de vsur. in 6.* Curt. Iu. *cons. 344. n. 80. vsq; in fi. lib. 3.* vbi de communi, * & declarat. † Contrariũ, quod imo valeat dona- 22 *
tio causa mortis vsurarii; quia *d. c. quanquam, de vsur. in 6.* annullans vltimam voluntatem, non habet locum in donatione, quę nõ est vltima voluntas absolute, sed secundũ quid. Bald. *in l. exequutor. C. de exequut. rei iud.* Castr. *cons. 160. Ad primum, colu. pen. in fin. ver. & ad prædicta lib. 1.* † Et quod *d. c. quanquam,* sit odiosum, & non habeat 23
locum in vsurario, qui non est formalis; item non habeat locum; quando vsura fit in consequentiã, nõ autẽ principaliter; item nõ habeat locum in vsurario secundum quid; plene Castr. *consil. 160. col. 2. ver. ad tertium quæsitum, li. 1.* † Amplia; quia nedum non potest 24
vsurarius manifestus non prestita cautione testari, sed neq; codicillari, neq; causa mortis donare in testamento. Bald. *d. cons. 294. Quæritur, vtrum vsurarius, lib. 2. in pr.* Abb. *cons. 1. in fi. lib. 2.* in ordine 110. † Extende; quia neq; põt donare causa mortis ex contractu 25
extra testamentum; quia alias fierent fraudes per vsurarios. Bald. *d. cons. 294. per tot.* vbi multas rationes adducit; *lib. 2.* & hãc magis communem, * & tutiorem dicit Clar. *§. donatio, q. 7. in fin.* † Con- 26 *
trarium tenet per plura Bald. *cõs. 298. Quæritur, vtrum vsurarius, per totum.*

tum.lib.2.vbi,quod ita consuluit Illustr. Collegium Doctorum Mediolani,& plurimi magni sapientes Mediolanenses.&*in l.exequutorē,n.11.C.de exequt.rei iud.*vbi, quod videtur sibi magis * cō-
27 munis,& eum refert Clar.*d.§.donatio,q.7.in pr.* † Declara; quia si donatio est causa mortis in testamēto,vel de omnibus bonis, res est clara;quod non valet: quia in fraudem: & omnes consentiunt
28 in hoc.Clar.*d.§.donatio.q.7 in fin.* † Restringe; quia bene potest vsurarius manifestus donare inter viuos; & cęteros contractus facere,procuratores constituere,& alia facere, quæ prohibita non
29 reperiuntur.Bald.*d.cons.294 in fi.lib 2.* † Vide multas quæstiones, de quib apost.ad *cons.Castr.13.lib.1.in ver.videtur, quod fic.* videl.prima,an sententia lata contra hæredem vsurarii manifesti præiudicet substitutis:secunda,an possit vsurarius dare tutorem filio, & substituere;tertia, an possit præstari per hæredes,quando morte
30 fuit præuentus,antequā obtinuerit.† Amplia;quia sufficit,quod vsurarius sit manifestus tempore mortis, licet non esset manifestus,neq; vsurarius tempore testamenti; quia nisi præstiterit cautionem prædictam:non valet testamentum.Bald.*cons.57. Punctus*
31 *quæstionis.in pr.li.5.*† Amplia etiam in vsurario manifesto, qui fecit testamentū,& prestitit cautionē solemnem;quia si post testamētum continauit secrete dando ad vsurā, licet continuatio nō sit manifesta;tamen rumpit testamentū,& reddit illud nullum;quia delictum recidiuum dicitur idem cum primo.Fed.*cons.7. Quidā vsurarius.*vbi pulchre loquitur per totū, & est casus consilii, & sequitur Bald.*cons.255. Quidam fœnerator,per tot.li.2.*vbi plenius Abb.
32 *cons.1.circa fi.lib.2.*in ordine 110.† Extende ampliationem,vt procedat etiam in testamento ad pias causas. Bald.plene *consil.255.nu.*
33 8.*ver.dicendum est,lib.3.*† Extende, vt multo magis; si post cautionem manifeste iterum exercuit vsuras; quia testamentum redditur nullū,& legata nulla. Cald.*cons.*501.alias 3.*in fin.de vsur.* Bald.*d.*
34 *cons.255.lib.3.n.7.ver.iis præmissis.* Abb.*cons.1.lib.2.col.fin.* † Extende, etiamsi continuauit exercendo vsuras non manifeste,postquam præstitit fideiussionem;quia radix recidiua est peior sua radice;id-
35 eo testamētum nullū. Abb.*d.cons.1.col.fi.li.2.* in ordine 110. † Amplia,vt idem sit, quando post testamentū effectus esset vsurarius, apost.ad Bart.*in l.filio præterito,in fi.ff.de iniust.irrito testam.in v.vltimo*
36 *quæro.* † Amplia, vt procedat etiam in vsurario ficto manifesto, prout in eo,qui carius vendit ad tempus. Abb.*cons.22. Quanquam consulsum sit,* & late Ias.*in l eius,n.1.ff.si cert.pet.*vbi, quod extenden-
37 da est illa dispositio;quia fauet animæ.† Amplia, vt idē sit de ministro vsurarii,qui exegit vsuras, quod de ipso vsurario, vt insolidum teneatur etiam ipse propter participationem delicti.Lap.*alleg.94.n.4.*vbi allegat varias opiniones, & *n.5.*dicit hanc veriorē, quam tenet Innoc.*in c.Michael,de vsur.* Bald.*cons.245. Quæritur, vtrum in pr.li.1.*qui loquitur in eo,qui nomine alieno manifeste ex-
38 ercet vsuras,& dicit esse casum in *c.nec suo comuncto, 46.dist.*† Extende in tantum vsurarium manifestum nō posse testari, vt Principes seculares etiam vtentes plenitudine potestatis non possint contrariū statuere,& statutum illorum nihil valet. Bald.*cons.334. Præmittendum est ad euidentiam lib.2.*vbi, quod credens, vel faciens
39 contrarium nō est hæreticus,neq; schismaticus.† Amplia,vt nedum procedat in vsurario,qui per se ipsum;sed etiam qui per mi-
40 nistros exegit vsuras;imo & in ministris ipsis Lap.*d.alleg.94.*† Vi-
☞ de infra,*Vsurarius tenetur restituere vsuras,& qualiter fiat restitutio.* Cō-
41 *cl.351.*† Amplia;quia non valet statutū,quod testamentum vsurarii valeat contra formam *d.c.quanquam,de vsur.in 6.* Alex.*in addit.ad*
42 *Bart.l.filio præterito,in fi.ff.de in.ust.irrito testam.v.vltimo quæro.* † Amplia;quia non excusatur à consuetudine generali: quia non valet.
43 Abb.*d.cons.22.prope fi.v.non obstat generalis,lib.1.*† Amplia; quia habet locum in minore ēt stante statuto,quod minor sine solemnitate non possit contrahere: quia non releuatur proprerea à statu-
44 to.Abb.*d.cons.22.nu.2.v.secundo respondeo,lib.1.*† Amplia in tantum cautionem debere præstari illis,quib.mandat, *d.c.quanquam,de vsur.in 6.* vt non sufficiant duo Notarii insolidum rogati,si non habent mādatū ab Episcopo,vel Vicario, vt Rectore. Bald.*cons.128.*
45 *n.2.v.quæritur,an sufficiant,li.3.*† Declara ir asib.necessitatis; quia necessitas non habet legem Bald.*cons 57 .1.6.v.pone,quod vsurarius.*
☞ *lib.5.* Vide,*Necessitas non habet legem.*vbi plurima exempla, & qua-
46 liter intelligatur.*Conclu.19.*† Amplia; quia si constitutio Episcopalis magis prouidet,quam faciat *d.c.quanquam,de vsur.in 6.*videl. quia continuat ius Canonicum; ideo si Vicarius, cui præstatur, tenetur facere diligentiam;vel se informare prius, & nō fecit,nō esset bene cautum,& non valeret testamentum.Anch.*cons.425.n.*
4.*& seq.v.circa solemnitatem.* Abb.*cons.1.col.2.nu.3.ver. & licet valeat,*
47 *lib.2.*† Extende; quia solemnitas inducta per constitutionem Episcopalem est seruanda, alias non valet testamentum, quando tenditad coactiuuandum ius Canonicum.Anch.*d.cons.425.in fin.*

† Amplia,vt in tantum sit verum;quod etiamsi man dauerit sib.d tui vsuras,& bona sua obligauerit, & ipse prestiterit hanc cautionem Notario,adhuc non valeat testamentum etiam quoad lega-
ta pia;quia omnino est intestabilis,ita Lap.*d.alleg.126.n.4.ver.ista*
*conclusionibus,vsq; in fi.*vbi, quod ita obtinuit,& quod requiratur pignora,vel fideiussio,alias non valeat simplex cautio vsurarii-
iam cum hypotheca bonorum. Cald. *cons.* 515.alias 17.*de pac.* Bald.*cons.161.Casus,super quo,in fi.lib.2.*† Amplia in tantum cautionem idoneam esse necessariam, vt debeat præstari ante cōfectionem testamenti.vide apost.Alex.ad Bart. *in l.filio præterito.in fi.*
iniust.rupt.testam.in ver. vltimo quæro, vbi allegat Franc.de Ramis in consiliis,& lectutis.Io.de Lignano, Cald. & alios. † Contra-
rium tenet Bald. quod sufficiat illam præstari ante mortem; quia non est ordo de substantia,*in cons.161.Casus,super quo,nu.6.v.videndum est.lib.2.*& est cons.Baldi, Gasparis Calderini,Lauentii de Pinu,& Petri de Anchar.*consil.*425. *numer.6.*& 8.plene Bart.*in l.filio præterito. in fi.ff. de iniust. rupt. testam.* & quia non est formalis;ideo post testamentum præstari potest. Castr.*cons.*392.*colu.3.in pr.li.*
sub n.2.† Declara,vt per Clar.*§.testamentum, qu.26.nu.*3.vbi, quod est magis communis * opinio;quod conualescit testamētum de-
ta cautione,vel facta restitutione,licet contraria fit verior.† Imo etiam sufficit præstatio post mortem,quando testator iam mi-
uit illam præstari, sed morte præuentus non potuit. Bald.*cons.*
Punctus quæstionis . per tot.lib.5. vbi ponit alios casus. † Nonne sufficeret, quod hæres solueret vsuras. Alex.in apost.ad Bart.*in*
l.filio præterito,in fi.ver.vltimo quæro,circa med.ff. de iniust. irrito test.
† Amplia;quia debet cautio esse pro quantitate vsurarum exactarum, & non sufficit pro minori summa, & hoc, quando
sunt certæ.Bald.*d.cons.161.nu.7.ver.secundo contra eundem,lib.2.*
quod non excusatur prætextu defectus Notarii,vel alterius causauit hoc,& idem dicit Anch.*d.cons.425.Viso,& dil.genero.*
& seq.†Restringe,vt non vitietur testamentū,quando cautio-
præstita pro minori summa, quando vsuræ erant incertæ;quia stari debet arbitrio recipientis: vnde non vitiatur testamentum
eo casu,maxime, quando fuit adiecta clausula, quod frobligare
cautio,etiam si maior quantitas apparuerit,pro maioriquanta-
te.Bald.*d.cons.*161.*n.7.ver. melior est ergo,lib.2.*& quod sufficit præstatio cautionis pro certa quātitate minori,& illo plus,& cquido sunt incertæ,tenet Bald.*cons.*480.*Testator instituit.nu.ver.ista*
sciendum est,vbi,quod ita seruatur de iure,& de consuetudine,li.
1.† Declara; quia si quantitas vsurarum est certa,debet fideiussio
præstari pro illa summa certa;si vero non est certa, debet tunc præstari arbitrio superioris,& aliter præstita non valeret; ideo si quis
non vult fateri se vsurarium, sed ad obturandum os obloquentium dat fideiussorem pro summa, quæ poterit verificari eum egisse;quia non satisfacit, & testamentum suum nō valet & ita
causas,sed venientes ab intestato succedunt. Abb. plene *cons.*
*Quanquam.per tot.*alias 1.*lib.2.*vbi,quod est de forma,quę non potest relaxari ab Episcopo. † Amplia; quia non sufficit tolerari
Episcopi,neq; pśentia testamento,neq; quod fuerit exequutor,nec
fuerit exequutus testamētū;quia si nō dedit cautionē manifestus
vsurarius,nō valet testamentū. Card.*cons.91.in pr.*† Extende,quod
Episcopus,& Cardinalis Legatus non possunt tollere solemnitatem inductam,quod vsurarius nō præstet fideiussionē,licet possint inducere grauiorē fideiussionem adiuuando ius Canonicum,
sed non derogando. Abb.*cons.1.n.3.v.licet valeat constitutio,li.2.*
in ordine 110.† Extende; quia imo si vsurarius manifestus Christianus obtinuit à Papa,quod possit testari, intelligitur,si imo
pstet cautionem,de qua *in d.ca.quanquam,de vsur.in 6.*ita Alex.in
6.Super prædicta,n.9.v.nec istis obstat,li.6.† Amplia; ga cautio de-
esse idonea,id est, vt habeat modū soluēdi;alias nō releuet. Bald.
d.cons.161.nu.8.ver tertio opponitur, lib.2.& Anch.*cons.425.n.4.*
nō sufficit obligatio bonorū,sed requiritur cautio idonea, vel
pignorib.Anch.*cons.*424.*nu.3.*& 4.† Neq; sufficit tradito cl
pignorum facta Vicario.Card.Zab.*cons.91.in pri.ver.ad secundo.*
† Amplia;quia debet præstari ista cautio illis, quibus vsura
restituendæ,vel alteri, qui possit eis acquirere, vel ipsis absen
loci ordinario, aut eius Vicesgerenti, aut Rectori parochiæ,
qua testator habitat,*d.c.quanquam,de vsur.in 6.*Anch.*cons.425.in*
vbi, quod est de substantia, quod præsentes citentur,prout
mus de inuentario,in tantum,vt sit nulla forma nō seruata.
tende; quia cautio debet præstari Vicario Episcopi, intelligitur
de Vicario,& nō sufficeret præstita Vicario in spiritualibus,
potest esse foraneus, cui non potest præstari; quia non facit
auditorium cum Episcopo.Bald.*d.cons.*161.*num.*10.*& seq.ver.vide*
mus,li.2.† Extende;quia sicuti potest præstari Episcopo, vel Vi-
rio generali ac Rectori parochiæ, ita poterit et ęstari Rectori
parochiæ

parochiæ Vicario perpetuo. Bald. *cons.* 128. *Cum quidam in pr. lib.* 3.
66 † Declara tamẽ, quia non sufficeret pstita Locũtenẽti Rectoris, qui dicitur Capellanus; quia ista censentur commissa industriæ personæ. Bald. *cons.* 128. vbi late disputans tenet hanc partem; tamen videtur præsupponere, quod imo valeat, si constat, quod esset Vicerector parochialis, vel esset habitus publicè pro tali. *in pr.*
67 *lib.* 3. maxime in casu, qñ vsurarius erat grauiter infirmus. † Sufficit tamen, quod Vicarius fuerit in possessione, licet nõ constet de Vicariatu; imo sola enunciatio instrumenti sufficit, donec probetur contrarium, quod non esset Vicarius. Bald. *cons.* 480. *nu.* 3. *ver.*
68 *secundo quæritur, lib.* 1. † Extende; quia non potest præstari Archipresbytero Ecclesiæ Cathedralis, neq; confessori, & præstita istis
69 non valet. Bald. *d. cons.* 161. *n.* 11. *& seq. li.* 2. † Extende; quia cautio debet præstari coram testibus, qui sint de parochia vsurarii, alias nõ
70 valet. Bald. *d. cons.* 161. *n.* 1. 2. *ver. item opponitur contra, li.* 2. † Moderatiam tamen debet hæc cautio vsurarii per Episcopum Anch. *cõs.* 189.
71 *in fi.* † Extende; quia debet continere cer tam expressionem restitutionis vsurarũ; quia nõ sufficit, si præstetur cautio per hæc verba, *promitto tibi, à quo extorsi vsuras*; quia debet dicere, promitto tibi restituere vsuras, &c. alias non valet. Bal. *A. cons.* 161. *in fi. ver. vltimo,*
72 *lib.* 2. † Declara; quia prædicta omnia de cautione sunt formalia, & si non seruantur, cautio est nulla, & non valet testamentũ. Anch. *cons.* 425. *per tot.* maxime, *n.* 7. *& seq. per tot.* vbi, quod cautio non præstita secundum sua requisita nõ est cautio, & paria sunt, quod
73 non sit præstita cautio, vel minus solemnis. Anch. *cons.* 429. *Quæstio talis, in pr.* † Declara tamen; quia bene potest præstari Notario habenti mandatum ab Episcopo illam recipiendi; quia Notarius acquirit sine cessione iis, quibus debentur vsuræ. Franc. *in d. c. quãquam, n.* 20. *ver. in gl. de vsur. in* 6. vbi, quod in tantũ est de forma necessaria mandatum Episcopi, vt nec sufficiat ratificatio, allegat
74 Bald. *in d. l. exequutorem. C. de execut. rei iud.* † An autem mandatum hoc probetur per litteras Episcopi sigillatas sine testib. & per assertionem Notarii in instrumento fideiussionis. Bal. *cons.* 317. *Super primo, lib.* 3. multa allegat pro vtraq; parte, & videtur tenere, quod nõ sufficiat; quia potest fieri fraus, & agitur de iudicio venientiũ ab intestato; tamen dicit hoc esse durum, & *in cons.* 318. *Amplius, lib.* 3. tenet, quod valeat maxime ad causam piam, ne quis decipiatur ex litteris Episcopi, & quia qñ infirmitas vrget, credulitas excusat.
☞ Vide, *Litteræ Episcopi sigillatæ probant, & quando secus. Concl.* 365. † Cõtrariũ videtur velle Bald. *cons.* 546. *Præmissis verbis, in fi. v. sequitur videre, li.* 2. vbi, qn non omnia sunt de forma necessaria, maxime quia Notarius potest acquirere sine mandato etiam absentibus, & nõ
75 est necessaria cessio; tamen sub dubio dicit, quod forte est de forma essentiali; quia Episcopi velint scire, imo Bald. *cons.* 128. *n.* 2. dicit, quod requiritur mandatum Episcopi ad tollendas fraudes, etiamsi d. no Notarii essent adhibiti; *li.* 3. vbi reddit rationem; quia
76 alias possunt instrumenta occultari. † Declarat tamen Bald. *d. cons.* 146. *in fi.* non requiri mandatum Episcopi factum Notario
77 in casu necessitatis. *li.* 2. † Declara secundo; quia ad causam piam mãdatũ probatur ex assertione Notarii sola; item ex solis litteris sigillatis Episcopi sine testib. & vbi necessitas inerat; quia testator erat infirmus, ita Bald. *cons.* 318. *Amplius, quod dicta, li.* 3. extra neces-
78 sitatẽ, vel piã causã secus, dicit *cons.* 317. *Super primo, lib.* 3. † Et quod sufficiat mandatũ datũ Notario per Episcopũ, qñ Notarius confecit publicũ instrumentũ cum testib. de mãdato, & cõmissione. Bald. *d. cons.* 317. *in pr. lib.* 3. vbi tenet non valere, si non est confectũ publicum instrumentum, etiãsi adsint litteræ Episcopi cũ sigillo, sed sine testibus, licet contrarium teneat *cons.* 318. *eodem lib.* 3. quod sola assertio Notarii probet mandatum hoc casu, & solæ litteræ
☞ Episcopi. Vide, *Notarius potest rogari de commissione sibi facta, & qualiter. & quando secus. Concl.* 76. † Restringe; quia etiamsi non interuenisset mandatum Episcopi; si tamen Episcopus ratam habet cautionem præstitam, videtur satisfactũ legi. Bald. *d. cons.* 128. *n.* 3. *ver.*
79 *sed pone, li.* 3. vbi recitat opiniones ꝓ vtraq; parte, & distinguit sufficere, si viuo vsurario ratificat, secus si eo mortuo. † Amplia; q̃a causa manifesti vsurarii debet cognosci coram Ecclesiastico, & ad
80 instantiam veniẽtium ab intestato, & fructus possunt sequestrari, si imminet suspicio; a quo fiet descriptio illorum. Abb. *d. cons.* 22.
81 *in fi. lib.* 1. † Et quod iudex validitatis, vel nullitatis testamenti sit Ecclesiasticus obseruator; & defensor canonum. Castr. *cons.* 160.
82 *in fi. li.* 1. † Limita; quia licet sententia lata super nullitate testamẽti vsurarii manifesti præiudicet substitutis, & legatariis etiam non citatis, quando est lata contra hæredem, qui est caput; secus est, si est lata contra primum substitutum; quia non præiudicat secundo substituto non citato. Bald. *cons.* 334. *n.* 4. *ver. sed hic quæritur, lib.* 2.
83 Vide, *Citatio non est necessaria in multis. Concl.* 272. † Limita; quia licet testamentum vsurarii sit nullum; tamen non est retardanda missio hæredis in possessionem, etiamsi hęredes ab intestato obliciant de manifesta vsura testatoris, & offerant incontinẽti probare; quia non admittitur talis probatio, quãdo extat statutum, quod possessio defuncti continuet in hæredem. Bald. *consil.* 454. *Quidam Ioannes decessit, lib.* 1. vbi est casus. Vide, *Lex fi. C. de edicto diui Adriani tollen.* non habet locum multis casibus, & quando secus. *Concl.* 288. † Contrarium dicit Bald. *cons.* 141. *n.* 3. 4. *& 5. & cons.* 181. 84
lib. 1. vbi, quod imo tale statutum intelligitur de vero hærede, & si opponatur de vsura manifesta testatoris, debet cognosci, & quod datur appellatio, ita dicit *d. cons.* 141. sed tamen id prouenit ibi; quia erat iam cognitũ super exceptione vsurarii, & sic possunt conciliari, sed tamen *cons.* 245. *Quæritur, vtrum, in fin. lib.* 1. hoc absolute confirmat. Vide, *Statutum circa exequutionem testamentorũ qualiter intelligatur, & quando non habeat locum, & quando secus. Concl.* 54.
† Declara; quia si probatur per instrumenta, vel per probationẽ 85
notoriam, impediretur missio; alias non; quia probatio per testes non excludit probationem contrariam. Bald. *cons.* 311. *Quid am Thomas, n* 5. *ver. venio ad quartum, vsq; in fi. lib.* 2. vbi, quod etiamsi recurratur ad Ecclesiasticum, non supersedetur in exequtione, sed datur missio cum cautione. † Limita; quia vsurarius non forma- 86
lis, vt quia ex alia causa, quam mutui, nõ potest effici manifestus: quia qualitas sine subiecto esse non potest, & *cap. quanquam, de vsur. in* 6. intelligi debet de vero, & formali vsurario: & in potiori significatu. Castr. *cons.* 160. *Ad primum, col.* 2. *ver. ad secundum, & ver. ad tertium, lib.* 1. vbi, quod *d. cap. quanquam* est odiosum, & talis vsura dicitur in consequentiam. † In contrarium facit Soc. *cons.* 179. 87
Circa præsentem, col. pen. ver. confirmatur hoc idem, lib. 1. vbi dicit magis * communem, quod est verus, & formalis vsurarius: quia fingitur habuisse pecunias: & mutuasse. † Limita; quia vsurarius mani- 88
festus licet non possit testari, bene tamen potest contrahere: quia *d. c. quanquam, de vsur. in* 6. non habet locum in contractibus. Ang. *cons.* 100. *Ser Iohannes, in pr.* si obtinuit liberationem ab iis, qui soluerunt vsuras, sine cautione, non habent locum pœnę contra eũ.
† Limita, quando vsurarius manifestus condidit testamentum, 89
& instituit pauperes hæredes: quia si vsuræ restituendæ sunt incertis personis, tunc valet testamentũ sine cautione, ex quo cautio deberet præstari pauperibus pro vsuris incertis, & cum pauperes sint instituti, valet testamentum, pulchre Castr. *consil.* 13. *Super primo in fi. ver. restat nunc vltimum, lib.* 1. vbi, quod agens de nullitate debet probare, quod certis personis esset restitutio faciẽda. † Ex- 90
tende, quia *d. c. quanquam, de vsur. in* 6. non habet locum, quãdo instituitur pia causa, prout pauperes; quia talia relicta iure poli regulantur, & ius positiuum non habet locũ in eis. Anch. plene *cõs.* 429. *Quæstio talis, n.* 4. *& seq.* vbi, quod impium esset, quod haberet hæres ab intestato contra mentem, & animum testãtis, & reprobat Bar. contrarium tenentem *in l.* 1. *nu.* 29. *& seq. C. de sacros. Eccles.*
† Vide Bart. *in l.* 1. *C. de sacros. Eccl. nu.* 29. *& seq. ver. de vsurario,* qui te- 91
net contrarium, & apostil. *in ver. non valet.* dat concor. pro Bart. & contra Bar. vide eam, & pro opinione Bart. quod non valeat, consuluerunt Franc. Albergot. & Fed. de Sen. quos citat & sequitur Ant. de Butr. *d. cons.* 25. *in pr.* maxime *n.* 6. † Extende maxime, quan- 92
do constat, quod fuit pœnitens; quia cõfessus, & communicatus decessit. Anch. *d. cons.* 429. *per tot.* vbi reprobat Bart. cõtrarium tenentem *in l.* 1. *C. de sacros. Eccl.* Ant. de Butr. *cons.* 25. *nu.* 6. † Declara; 93
quia si fiat testamentum à manifesto vsurario pœnitenti, vt quia mandat restitui vsuras, licet non dederit cautionem, si instituit piam causam, tunc valet testamentum; quia impium esset dicere cõtrarium; & quia *d. c. quanquam, de vsur. in* 6. recipit interpretationem à iure antiquo, vt contra piam causam non disponat, & quia ea, quæ spiritu Dei aguntur, non subsunt legi positiuæ, & ita loquitur Anch. *cons.* 429. *per totum.* & ita declarat Ant. de Butr. *dict. cons.* 25. *n.* 6. vbi, quod cum Anch. tenuit, sed si non est pœnitens, neq; mandauit restitui vsuras, neq; præstitit cautionem, licet instituat causam piam, non valet testamentum; quia impœnitẽs est, & non potest dici, quod Spiritu Dei agatur: & idem, si instituat filios, qui causæ piæ præferuntur; quia non valet, ita plene Ant. de Butr. *d. cons.* 25. maxime *nu.* 5. *& 6.* vbi allegat Fed. de Sen. & Franc. Alberg. in consiliis ita tenere, & Bart. *d. leg.* 1. *C. de sacrosanct. Eccles. n.* 30. & Ant. de Butr. iterum *cons.* 28. *col. fi. ver. non obstat.* † Extende, 94
quod dicitur non valere testamentum vsurarii manifesti impœnitentis, intelligi nedum quoad institutionem, sed etiam quoad legata facta piæ causæ; quia non valent, ex quo totum testamentum conquassatur, secus si pœnitens esset, & mandasset restitui vsuras, plene Anton. de Butr. *d. cons.* 25. *n.* 11. *vsq; in fi.* vbi, respondet ad motiuum, quod etiam peccator impœnitens admittitur ad eleemosynam; quia dum est in via, potest iustificari; secus in morientẽ; & idem latius repetit *consil.* 28. *colum.* 2. *vers. non obstat, vsque in*

que in fi. & Abb. conſ. 1. in fi. lib. 2. vbi, quod relicta pia à peccatorib.
☞ non pœnitentibus reſpui debent. Vide plene per Ant. Gabr. *lib. 4. tit. de teſtam. Concl. 3. Teſtamentum vſurarii manifeſti an conualeſcat præ-*
95 *ſtita cautione.* † Limita in Iudæo vſurario; quia non habet locum *d. c. quanquam, de vſur. in 6.* ſecundum Soc. *conſ. 70. lib. 1.* ſequitur Alex. plene *conſ. 6. Super præmiſſa, lib. 6.* vbi, quod pœnæ ſpirituales non conueniunt, neq; *d. c.* loquitur de Iudæis, & quia lex Moſayca in
96 illis eſt ſeruanda, allegat Flori. de S. Petro *in leg. fi. C. de Iudæis.* † Cõtrarium tenet apoſt. *ad conſ. Alex. 6. lib. 6. in ver. Seneuſes,* & pro contraria. Gem *in d. c. 1. de vſur. in 6.* quem citat Alex. *d. conſ 6. n. 10. ver.*
97 *nec obſtat, lib. 6.* † Limita, quando vſurarius manifeſtus fuit paratus præſtare cautionem, ſed fuit impeditus facto Epiſcopi, qui voluit, quod præſtaret cautionem pro certa ſumma expreſſa, & ipſe fuit paratus, & dedit ordinem, quod præſtaretur, ſed interim ea nocte moritur; quia ſi hæres illam ſtatim præſtitit, conualidatur teſtamentum, ex quo non ſtetit per vſurarium, plene Bald. *cõſ. 57. Punctus quæſtionis, per tot. lib. 5.* ſequitur apoſt. ad Caſtr. *conſil. 13. lib. 1.*
98 *ver. videtur, quod ſic.* † Extende, vt idem ſit, ſi vſurarius fuit paratus præſtare cautionem, ſed non reperiebatur Sacerdos, neq; Notarius; quia ſufficit, quod p eũ non ſteterit. Bald. *d. conſ. 57. n. 5. ver. po-*
99 *ne, lib. 5.* † Extende, vt idem ſit, ſi contingat vſurarium mori in loco, in quo nõ extaret Sacerdos, neq; Notarius; quia ſufficit, quod ſit præſtita coram honeſtis perſonis. Bald. *dict. conſ. 57. n. 6. ver. pone,*
100 *quod vſurarius, lib. 5.* † Extende, vt procedat, etiamſi vſurarius manifeſtus eſſet lethaliter vulneratus; quia ſi non potuit pſtare cautionem, ſed alteri commiſit, quod præſtaret; valet teſtamentum.
101 Bald. *conſ. 57. n. 8. ver. quid ergo ſi aliquis. lib. 5.* † Extende; vt idem ſit, ſi vſurarius manifeſtus iam erat in actu præſtationis fideiuſſionis, quia ſi moriatur, antequam eſſet lecta, & perfecta, valebit teſta-
102 mentum. Bald. *conſ. 57. n. 8. ver. item quid, ſi dum cautio, lib. 5.* † Extende; quia non imputatur vſurario, ſi ſe aſtrinxit ad vltimum momentum; quia Eccleſia militans, & triumphans nunquam claudit gremium, neq; imputat reuertenti tarde. Bald. *d. conſ. 57. n. 8. v.*
103 *dicet aliquis vſq; in fi. li. 5* † Limita tamen; quia vſurarius, qui præſtitit ſolemnem cautionem de reſtituendis vſuris, poteſt pluries teſtari; ideo valebit vltimum teſtamentum; & non primum, etiãſi poſt cautionem præſtitam per multos annos ſuperuixiſſet vſurarius, & nõ reſtituiſſet; quia ſufficit ſolemnis cautio præſtita. Cald.
104 *conſ. 501.* alias *3. de vſur.* † Limita; qa cautio ẽt in aliquo defectuoſa ſubſtinet teſtamentum vſurarii, quando filia, quæ debet ſuccede-
105 re ab inteſtato; approbauit teſtamentũ. Sign. *conſ. 232. n. 2.* † Limita; quia ſi vſurarius non poteſt ob paupertatẽ præſtare hanc cautionem cum pignoribus, vel fideiuſſoribus, admittitur ad iuratoriam cautionem. Gem. *conſ. 58. in fi. v. item poſito.* qui licet loquatur ad effectum; vt agere poſſit in iudicio, tamen idem ad effectũ validitatis teſtamenti, ne lex videatur impoſſibilis; ſed tamen forte non procedit: quia teſtari importat diſponere de bonis ſuis; ergo
106 habet bona. † Limita; quia ſi vſurarius manifeſtus deſinat eſſe vſurarius, & reſtituat vſuras, poteſt teſtari, & valet eius teſtamen-
* tum ſecundum * comm. de qua Soc. *conſ. 127. lib. 3.* Clar. *§. teſtamẽ-*
* *tum, q. 26. n. 4.* vbi de magis * communi. † Limita; quia ſi qualitas
107 manifeſti non probatur, licet probetur vſurarius; tamen valet teſtamentũ; quia non dicitur, neq; præſumitur manifeſtus, niſi cõcurrat aliquod de infraſcriptis, videlicet quod in peccato ſit deprehenſus publice coram populo, vel coram magna parte hominum, vel quod præcedentib. probationib. & infamia Epiſcopus mandauerit eum vitari, vel quod ipſe in iudicio publice ſit cõfeſſus, vel in teſtamento coram Notario, vel Sacerdote; quia ſunt perſonæ publicæ, vel multitudine hominũ, vel in ſumma, quod non poſſit celari; quia ad notitiam publicam peruenerit. Bald. *conſ. 17. n. 2. ver. circa ſecundum. lib. 1.* & quod vſurarius poſſit teſtari, quando non eſt manifeſtus. Bald. *conſ. 311. in pr. ver. ſi autem non erat, lib. 2.* vbi reddit rationem; quia non eſt infamis, ſi non eſt manifeſtus, vbi, quod qualitas manifeſti non præſumitur, & qualiter probetur manifeſtus, & quod ſimplex vſurarius non teneatur ad
108 cautionem. Bald. *conſ. 438. Ad euidentiam, n 2. & 3. li. 5.* † Extende etiam in vſurario condemnato pro manifeſto; quia ſi non probetur condemnatio; vel quod ſit talis, valet teſtamentum in dubio. Bald. *conſ. 334. Præmittendum eſt, lib. 2. n. 3. ver. ſed hic dubitatur.*

Vſurarius manifeſtus quibus pœnis puniatur. Concl. 343.

VSVRARIVS † manifeſtus poteſt inquiri, & condemnari poſt mortem; quia infligitur pœna carentiæ Eccleſiaſticæ ſepulturæ. Fed. de Sen. *cõſ. 8. ver. nec obſtat,* quod duplicatur per Cal. *conſ. 513.* alias *15. de vſur.* Abb. *conſ. 81. Videtur, quod dictum, col. 3. ver. iis infertur, n. 3. & ſeq. lib. 2.* † Declara; quia in quatuor caſibus tantum poteſt condemnari vſurarius poſt mortem; primus eſt effectum, vt vſuræ reſtituantur agenti; ſecundus ad effectum teſtamentũ non valeat, ſed bona reſtituantur venientibus ab inteſtato; tertius ad effectum, vt Eccleſiaſtica careat ſepultura ſolliendus; quartus ad effectum, vt exhumari debeat, de quib. *conſ. 459. Viſa dicta petitione in pr. lib. 4.* † Punitur; quia carere debet Eccleſiaſtica ſepultura, vt per Fed. de Sen. *d. conſ. 8. v. nec obſtat.* Calder. *conſ. 513.* alias *15. de vſur.* Ang. *conſ. 110. Ser Ioannes in pr.* Bald. *conſ. 459. Viſa dicta petitione, in pr. lib. 4.* Abb. *conſ. 81. in prin. & per tot.* † Et ſepultus exhumari debet, ſi oſſa illius ab aliis dignoſci poſſunt. Abb. *d. conſ. 81. n. 4. ver. ſed quamquam, li. 2.* † Teſtari non poteſt etiam ad pias cauſas. Vide Concluſionem proxime præcedentẽ. † Repellitur à iudicio tam ipſe, quam hæres, donec reſtituat. de infra, *Vſurarius tenetur reſtituere vſuras, & qualiter ſat reſtituat Concl. 351.* † Mercator, ſi exercet vſuras, perdit priuilegia mercatorum; ſed tamen pœnas mercatorum non euadit; quia ex dicto pœnæ punitur, ſed non ſentit commodum. Bald. *conſil. 300. quæſtione Domini Milani, in fi. n. 13. ver. ſubſequenter, lib. 1.* † Non habetur ſup vſuris, quas alteri ipſe ſoluiſſet ſi velle tillas repetere. Abb. *d. conſ. 100. in pr.* † Altaris communio ſibi interdicitur vſurarius eſt manifeſtus. Ang. *d. conſ. 100. in pr.* † Obligationes non ſunt Eccleſia à manifeſto vſurario. Ang. *d. cõſ. 100. in pr.* † Vſurarius repellitur ab ordine, & à promotione beneficii. Card. Zab. *in Qui ex. in poſſedit, in pr.* † Item repellitur à teſtimonio. Card. *d. in 25. in pr.* Alex. *conſ. 93. Repetitus, lib. 6. per tot.* in pr. repellitur, & infamentalis tantum, quod ſaltem non eſt integer, vt probet gen infamis efficitur, & vilis, *n. 7. & ſeq.* † Infamis dicitur vſurarius Card. Zabdin. *d. conſ. 25. in pr.* vbi, quod hoc procedit in quibuſcunq; vſur. Alex. *d. conſ. 93. in prin. lib. 6.* † Vilis perſona dicitur vſurarius. Card. Zab. *d. conſ. 25. n. 3.* Alex. *conſ. 93. n. 9. li. 6. v. ad confirmationẽ.* † Criminaliter puniri poteſt. Deci. *conſ. 170. in fi.* Vide infra: *Vſurarius pœnæ quæ ſint. Concluſ. 354.* † Peccator continuus dicitur vſurarius non ſe emendans. Card. *d. conſ. 25. n. 3.* † Et non poteſt Epiſcopus neq; Legatus diſpenſare, quod vſurarius manifeſtus ſepeliatur in loco ſacro, quando non mandauit reſtitui vſuras. Abb. *conſ. 81. col. fi. lib. 2.* † Et quilibet Chriſtianus admittitur ad hoc petendũ ne ſepeliatur in loco ſacro, & ſi eſt ſepultus, exhumetur, ſi oſſa cerni poſſunt, imo Epiſcopus ex officio hoc debet facere; quia publicum verſatur potiſſime in ſacris. Abb. *conſ. 81. circa fi. lib. 2.*

Vſura eſt odioſa, & habet multa ſpecialia. Concl. 344.

VSVRA † vt euitetur, fit compenſatio ipſo iure contra regulam iuris communis; quia compenſatio non fit, niſi opponatur ab homine, *l. ſi conſtat,* vbi glo. C. *de compenſat.* † Extende in omnes, & cambiis; quia vbi æquitas ſuadet, licet creditor non teneatur vendere pignus; tamen tenetur vendere, ne inducat cambium & intereſſe. Curt. Iu. *conſ. 132. n. 5.* † Et non venit remiſſio vſurarum in generali liberatione; quia debet fieri mentio ſpecialis de vſuris. Abb. *conſ. 114. Attingendo, col. pen. in fi. ver. & credo, lib. 2.* † Obligatus ad maiores liberatur, ſi creditor recipiat vſuras minores ſimpliciter; quia ex tali receptione maiores cenſetur remiſſe. Ratione iniquum, & odioſum; ideo de facili remiſſæ dicuntur, prout ſonat xore, quę facilius cenſetur remittere vſuras bonorum paraphernalium, quam fructus. Caſtr. *conſ. 199. in prin. lib. 2.* † Amplia; propter odium vſurarum in dubio contra vſuras eſt pronunciandum. Alex. *conſ. 28. Clariſſime, in fi. li. 7.* Vide infra, *Vſuraria cauſa habet multa ſpecialia. Concl. 358.*

Vſurariorum fraudes, & machinationes. Concl. 345.

MOS † eſt fœneratorum, vt conentur ſemper velare fœnoris tractus, ne de vſuraria prauitate poſſint conuinci. *Clem. 1. de vſur.* Gemi. *conſil. 112. Præmitto, in pr. & conſ. 16. n. 2. ver. ſed alium ſy-*
ſtema

riorum. Ioan. de Imol. *cons.* 25. *In casu præmisso, in fin.* Ioan. de Anan. *cons.* 58. *n.* 2. *ver. pro quo etiam.* Castill. *cons.* 21. *col.* 2. *ver. modo in proposito*, vbi, quod non minus cauent, vt non adsint testes in actibus vsurariis, quam fures, quando furantur, & *cons.* 28. *n.* 4. Abbas *cons.* 113. *Tria sunt, n.* 3. *lib.* 2. Bartol. *cons.* 20. *Viso libello, n.* 2. *& 3. lib.* 2. vbi apost. in *ver. vix possunt*, citat Iasin *l. si quis ex argentarius. §. prætor ait, solum. ff. de eden.* & Corn. in pluribus consiliis. Vide infra, *Vsurarius contractus non præsumitur, & quando secus. Concl.* 361. † Tot enim fraudes vsurarii committere moliuntur, quot in obuiando eis iura deficiunt. Anchar. *cons.* 305. *Dubium, de quo supra in pr. & cons.* 257. *n.* 2. *in fine.* † Et de multis fraudibus, quibus esset obuiandum, facit mentionem Io. Andr. in *c. ad nostram, de emptio. & venditio.* † Et propter ea ad palliandum fraudem paciscuntur, antequam mutuent pecuniam, cum recipiente, quod fiant vel contractus venditionis eius, quod reuera datur in pignus, vel quod pecunia, quæ datur vltra sortem, sit mera donatio; quia debitores alligati necessitate omnibus consentiunt. Gemin. *d. cons.* 112. *n.* 3. *ver. nam creditores.* Bartol. *cons.* 20. *Viso libello, in pr. lib.* 2. vbi, quod in vnum in veritate agunt, & aliud agere fingunt. † Cautelas semper nouas inueniunt, vt eorum vsuræ occultentur. Castil. *d. cons.* 21. *n.* 6. *col.* 3. *ver. & nouas.* † Iuramentum apponi faciunt per debitorem in contractu vsurario, quod iuramentum reddit contractum magis suspectum, quando fit contractus celebratus cum vsurario. Bald. *cons.* 275. *Præmisso statuto, n.* 3. *ver. nam, vt eleganter, lib.* 5. Vide Conclusionem proxime sequente. † Pacta de retrouendendo faciunt in instrumentis priuatis, & separatis, vt effugiant præsumptiones iuris. Cuma. *cons.* 184. *n.* 2. † Pactum super grano mutuato restituendo ad omnem voluntatem mutuantis, seu accommodantis dicitur in fraudem vsurarū, si habet pactum negatiuū ex parte debentis, puta q̄ non possit granum restituere, nisi q̄n petitur à creditore; quia est, vt restituat solum cariori pretio, & alia ratio non potest assignari. Io. de Im. *cons.* 25. *per tot.* † Emens rem viliori pretio est vsurarius, si de consensu venditoris eadē res alteri venditur per vsurarium minori pretio. Castr. *cons.* 66. *n.* 2. *lib.* 2. excusat vsurarium, sed ego accusarem, vt sit cautela, nisi facta æstimatione constaret, quod plus non valeret. † Vendens ficte vsurario, q̄n est pignoratitius contractus, venditor remanet in possessione, quæ præsumptio quoad tertium non probat simulationem, sed bene quoad vsurarium. Abb. *cons.* 12. *n.* 2. *lib.* 2. Vide plures casus, *Consuetudo vsurariorum circa multa. Concl.* 957.

† Mutuare requisitiab amico promittunt, sed conueniunt, quod fiat venditio libera prædii cum pacto de redimendo pro eodē pretio; nam eo ipso, q̄ constat de causa originaria mutui, licet conueniant de venditione, & fiat venditio, cōtractus est vsurarius, Rom. *cons.* 423. *n.* 12. allegat Hostiensem, Oldrad. & Bald. & apostill. ibi *n.* 12. *ver. sunt hæc*: allegat alios. † Non solent facere quietantiam de sorte, nisi prius habuerint vsuras decursas, pro quibus non audent facere quietantiam, & hoc est consuetum per eos fieri, & valet argumentum à cōiter contingentibus & solitis fieri. Castr. *consil.* 26. *Visis, n.* 3. *lib.* 2. † Non solent mercatores de facili restituere vsuras exactas, & male ablatas, quas vix restituunt inducti in mortis articulo; ideo in liberatione generali facta vsurario non facta mentione de vsuris non censentur remissæ. Abb. plene *cons.* 114. *Attingendo, n.* 3. *& seq. per tot. lib.* 2. Vide, *Cautelæ quando noceant, vel iuuent, & illis vtendum sit. Concl.* 162. Vide, *Clausulæ insolitæ quæ vitient contractū, vel aliam dispositionem. Concl.* 306. Vide plene, *Simulatio ex quibus probetur. Concl.* 262. † Adde, quod ꝓpterea in dubio præsumitur contra vsurariū, adhoc, vt se purget ab vsura; quia animæ illius est consulendum, & admitti ur ad hunc effectum semiplena probatio. Gem. *cons.* 16. *n.* 3. *ver. præterea est dubium, & n.* 4. *cons.* 112. *in fin. ver. & potius in hanc partem.* Fed. de Sen. *cons.* 153. *in fi. ver. & si iste.* † Et de facili contrarium presumitur, maxime, vt saluetur anima eius. Abb. *cons.* 12. *n.* 2. *lib.* 2. † Et probatio leuior admittitur contra vsurarios, quæ non sufficeret in aliis causis propter exquisitas fraudes vsurariorum, ne vsura probari possit. Alex. *cons.* 54. *Circa primum, n.* 3. *ver. nam ad probandū, lib.* 6. vbi apost. in *ver. probationes*, dat concord. † Et non præsumitur gratis mutuasse vsurarius; ideo si agatur de restitutione incertarum vsurarum, taxari debent ad quantitatem, quæ de consuetudine ab aliis vsurariis consueuit exerceri. Bal. *cons.* 229. *Verba dicunt, n.* 2. *ver. porro, vsq; in fi. lib.* 2. † Et præsumitur in eo dolus, & ex dolo vsuras exegisse; quia de genere prohibitorum est, Alex. *cons.* 93. *Repetitus, n.* 6. *ver. non obstat si diceretur, lib.* 6. † Et si vsurarius habet confessionē de recepto super restitutione vsurarum, præsumitur in fraudem vsurarum obtenta, maxime si est vsurarius perpetuus; quia contra eum præsumitur omnis dolus. Bald. *cons.* 220. *Ad euidentiam præmittendū, lib.* 3. *per tot.* † Limita; quia prædictæ præsumptiones vsurarū, malæ tñ tolluntur per speciales præsumptiones, puta si constat de confessione eius, qui recepit vsuras solutas vsurario. Anchar. *d. cons.* 305. *per tot. & cons.* 306. *n.* 6. † Item si is, qui confessus est restitutionem, & liberauit vsurarium, esset Florentinus, & stipulata persona, quæ non præsumitur iactare suū. Anch. *d. cons.* 305. *n.* 2. † Item, si geminata sit confessio, si iurata. Anch. *cons.* 305. *n.* 3. vel si post cautionem præstitā ab vsurario de restituendis vsuris; quia præsumitur multum verisimilis in exequutione fideiussoris. Anch. *cons.* 306. *circa fi.* † Limita tamen; quia statutum prohibens dari exequtionem instrumentis vsurariorum, nisi pro vera quantitate data, licet dicat, quando vsurarii faciunt instrumentum de duplo; idcirco prohibemus, &c. non probat tale statutum, quod solum dederit vsurarius medietatem; quia sunt verba incidentia. Bald. *cons.* 443. *Ius naturale, n.* 4. *ver. adde, quod, lib.* 3. † Extende; quia licet vsurarii sint mali, & fraudes excogitent; tamen ista generalis præsumptio non aliter coadiuuata non sufficit ad condemnandum. Anch. *cons.* 305. *Dubium, de quo, supra num.* 2. Vide plenius in Conclusione proxime sequente, vbi habes plures cautelas vsurariorum, & præsumptiones contra eos.

Vsurarum præsumptiones multæ, & quæ. Concl. 346.

PIGNORATITIVS † contractus dicitur semper vsurarius, quādo is, qui retinet rem pignoratā, non restituit omnes fructus domino rei pignoratæ, sed partē fructuū ꝓ se retinet. Gem. *cons.* 112. *in pr. ver. nam primo*, maxime, q̄n præcessit mutuum inter eum, qui recepit, & eum, qui dedit pignus. Vide infra, *Vsurarius contractus non præsumitur, & quando secus. Concl.* 361. † Pacta, quæ apponuntur in instrumento contra naturā contractus, & quæ concludunt lucrum pecuniæ mutuatæ, probant contractū vsurarium, *c. illo vos, de pign.* Gem. *d. cons.* 112. *n.* 1. *ver. pacta autem.* Bal. *cons.* 311. *n.* 10. *ver. decimo arguitur. lib.* 5. Bolog. in *addit. ad cons. Ioa. de Anan.* 58. *ver. præterea ad confirmationē.* Vide, *Simulatio quibus coniecturis probetur. Concl.* 262. † Item, quæ apponuntur ad fauorē emptoris, & contra venditorem, arguunt maiorem suspicionē. Bal. *d. cons.* 311. *n* 9. *ver. nono arguitur, lib.* 5. † Item pacta insolita arguunt suspicionē vsurarum. Alex. *cons* 54. *Circa primum, n.* 2. *lib.* 6. † Donatio fructuum facta per eum, qui recepit mutuo pecuniā, & dedit pignus mutuanti, ac donauit fructus rei pignoratæ, donec pignorata remanserit res, probat cōtractum vsuriū, maxime q̄n omnia in eodem instrumento sunt celebrata, videl. mutuum gratuitum, traditio pignoris, & donatio fructuū rei pignoratæ. Gemi. late *d. cons* 112. *n.* 1. *in fin. & seq. ver. item secundū pactum.* † Extende, vt ista omnia, ꝓcedant, siue fiant in vno, siue in pluribus contractibus; qa debent coniungi simul ad inducendā præsumptionē. Gem. *cons.* 16. *n.* 2. *ver. & licet contrahant.* † Locatio facta incontinenti mutuanti per debitorē de bonis suis pro minori pretio, ꝓ alteri fieri potuisset, arguit contractū esse vsurarium, etiamsi locatio fiat largiori tempore, q̄ durare habeat mutuum. Gemin. *d. cons.* 16. *n.* 2. *ver. sed ex diuersis* Bald. *d. cons.* 311. *In quæstione Gualuagni. n.* 11. *ver. vndecimo arguitur, lib.* 5. vbi per totum ponit duodecim præsumptiones. † Iuramentum insolitū, & clausulæ insolitæ, ex quibus debitor locando, vel alium contractū faciendo cum mutuante renunciat beneficio læsionis, vt non possit cōtrauenire; quia etiā istud arguit suspicionē vsurarum. Gemi. *d. cons.* 16. *n.* 3. *ver. tertio interuenit.* Vide Conclusionē proxime præcedentem. † Extende, q̄n iurans promisit, non petere absolutionē à iuramento ad fauorē vsurarii; qa contractus præsumitur fœneratitius. Calder. *cons.* 508. *ver. & bene facit*, vbi loquitur in vsurario, cui remissæ sunt vsuræ cum tali cautela, ꝓ est 10. *de vsur.* † Et ꝓ imo iuramentū sup cōtractu celebrato cum vsurario reddat contractū magis suspectum de vsura. Bal. *cons.* 275. *Præmisso statuto, n.* 3. *lib.* 5. † Vsurarum remissio probat contractū fuisse vsuriū. Cald. *d. cons* 508. alias 10. *de vsur.* † Venditio Casanæ pro pretio 500. florenorum, quos confitetur vendens habuisse, arguit vsuras, si postea fiat contrarius cōtractus, in quo dicatur, ꝓ reuera non habuit dictos florentinos 500. sed ꝓ conueniunt pro eis, ꝓ emptor soluat singulo anno florenos 40. Bald. *cons.* 279. *Facinus vendit, lib.* 2. † Pretii modicitas arguit contractū vsuriū. Bal. *cons.* 311. *in pr. lib.* 5. Anch. *cons.* 257. *nu.* 3. Io. de Anan. *cons.* 58. vbi, ꝓ imo, si concurrat modicitas pretii cum pacto de retrouendendo, ꝓbatur vsuraria venditio. Vide, *Simulatio non præsumitur, nisi probetur. Concl.* 259. † Et maxime q̄n est læsio vltra dimidiā iusti pretii. Bart. *cons.* 20. *Viso libello, n* 4. *ver. prima coniectura, lib.* 2. vbi apost. in *ver. vltra dimidiam.* † Debet tamē probari, & non est probata ex instrumento, ꝓ pluris fuit alias eadem res vendita; quia debet probari tempore venditionis. Alex. *cons.* 28. *In causa, & lite, n.* 6. *ver. tertio responderi potest, lib.* 5. † Donatio eius, quod res plus valet, inducit præsumptionem contractus vsurarii. Bald. *cons.* 311. *n.* 2. *lib.* 5. vbi, quod arguit fraudem, & si concurrit suspicio vsurarum, arguit fraudem vsurarum. Anch. *cons.* 257. *n.* 3. † Extende multo magis, quando post donationem vsurarius promittit retrouendere. Anch. *cons* 257. *n.* 3. *& seq.* † Pactum de retrouendendo in-

do inducit præsumptionem contractus vsurarii aliis coniecturis concurrentibus. Bald. *cons.* 311. *n.* 5. *ver. quinto reuertor, lib.* 5. Anchar. *cons.* 257. *n.* 3. Bart. *cons.* 20. *n.* 4. *ver. secunda coniectura, lib.* 2. vbi apost.

19 *in ver. promissio.* † Solum tamen pactum de retrouendendo non arguit contractum vsurarium secundum *cõem. Fulg. *consil.* 133. *col.*

20 *pen.* † Etiamsi sit pactum in alio instrumento separato per mensem post celebrato; qa istæ sunt cautelæ vsurariorum. Cuma. *cons.* 184. *n.* 2. *ver. cum autem pactum,* quod duplicatur per Alex. *cons.* 119. *lib.* 4. & plenius idem Alex. *cons.* 120. *lib.* 4. *circa fi.* vbi, q magis auget pactum, qñ est separatum, & ex interuallo, ppter exquisitas fraudes vsuriarum, & idem dicit Castr. *cons.* 109. *col.* 2. *ver. & est etiam, lib.* 2. clarius Alex. *cons.* 54. *Circa primum, in pr. ver. & ista opinio, lib.* 6. vbi, q est magis suspectum, quasi in fraudem, ne appareat in primo in-

☞ strumento, vbi apost. citat Corn. *cons.* 41. *col.* 2. *lib.* 3. Vide, *Simulatio*

21 *ex multis præsumitur, vel probatur. Concl.* 260. † Et quando pactum de retrouendendo non est liberũ, sed quod non possit redimere, nisi post lapsum certi temporis, magis est suspectum; quia signum est, quod voluit lucrari prius fructus pro vsuris. Castr. *consil.* 109. *col.* 2. *ante med. ver. primo quia, lib.* 2. Abb. *cons.* 69. *Videtur primo, in pr. lib.* 2.

22 † Item, si in potestate eius, qui tenetur retrouendere. Alex. *consil.*

23 54. *Circa primum, in pr. lib.* 6. † Vide omnino Abb. *consil.* 69. *Videtur primo, col.* 2. *ver. tertio me mouet, lib.* 2. vbi pactum ex post est minus suspectum, prout in pacto legis cõmissoriæ, q reprobatur, si sta-

24 tim, secus, si ex interuallo. † Consuetudo emptoris soliti fœnerari, vel facere similes contractus arguit vsuram. Bald. *cons.* 311. *n.* 5. *lib.* 5.

25 Anch. *cons.* 257. *nu.* 3. † Extende, etiamsi per alium, vel suppositam personam contrahat ad propriam vtilitatem. Bald. *d. cons.* 311. *in pr.*

26 *& per tot. lib.* 5. † Possessio rei venditæ penes venditorem continuata arguit contractum alias suspectum de vsuris vsurarium esse. Bald. *d. cons.* 311. *n.* 6. *ver. sexto arguitur, lib.* 5. Anch. *cons.* 257. *n.* 4. vbi, q est vrgens præsumptio, Io. de Anan. *cons.* 58. *in prin.* facit etiam, vbi,

27 quod sola non sufficit, sed iunctis aliis multum prodest. † Vide, *Simulatio præsumitur, si cedens post cessionem remanet in possessione rei cessæ,*

28 *& quando secus. Concl.* 261. † Extende, vt procedat, etiamsi venditor constituit se tenere, & possidere; quia non releuat. Bald. *d. cons.* 311.

29 *n.* 6. *lib.* 5. Anch. *cons.* 257. *n.* 4. *& per tot.* † Contrarium ad effectum euitandi simulationem. Alex. *cons.* 28. *In causa, & lite, n.* 10. *& seq. ver.*

30 *modo sic probando, lib.* 5. vbi apost. in *ver. mutatur,* dat concord. † Pœna adiecta quantitati arguit contractum vsurarium. Bal. *d. cons.* 311.

☞ *n.* 7. *ver. septimo arguitur, lib.* 5. Vide, *Pœna adiecta quantitati non exigi-*

31 *tur, vt suspecta vsurarum, & quando secus. Concl.* 249. † Clausulæ insolitæ arguunt contractum fraudulentum. Bald. *d. cons.* 311. *nu.* 8. *ver. octauo arguitur, lib.* 5. tam in venditione, quã in locatione. Bologn.

☞ *in addit. ad cons. Ioan. de Anan.* 58. *in fine.* Vide, *Simulatio quibus coniectu-*

32 *ris probetur. Concl.* 262. † Extende; quia imo confessio, & iuramentũ in articulo mortis facta per eum, qui soluit vsuras, dum dicit fuisse legitime solutas pecunias, & quod facit liberationem, magis suspectum faciunt contractum, & talis confessio non attenditur, tanquam procurata, late Roman. *cons.* 520. *Circa propositam, n.* 9. *ver.*

33 *quoad secundum.* † Abundans cautela, licet non noceat, tamen inter personas prohibitas arguit vsuram, vel simulationem. Ancha. *cons.* 257. *in fine,* vbi loquitur in speciali renunciatione, quod non

34 dicet venditor contractum vsurarium. † Arbitrariæ iudici sunt præsumptiones omnes contractus vsurarii, considerata qualitate personarum, loci, rei, & consideratis omnibus, quæ deducuntur. Bal. *cons.* 311. *n.* 12. *ver. duodecimo considerandum, lib.* 5. plenissime Cra-

35 uett. *cons.* 156. *n.* 14. *ver. nono.* † Prohibitio contractus à lege inducta arguit, quod talis contractus contra legem factus præsumitur dolosus, & si concurrit præsumptio, quod sit vsurarius; augetur suspicio ex eo, q est contra legem celebratus. Bal. *d. cons.* 311. *in fi. n.* 13.

36 *lib.* 3 † Solutio affictus rei venditæ, & locatæ venditori ad rationẽ de octo pro centenario arguit vsuram concurrentibus aliis; quia potius est solutio vsuræ, quam fructuum. Ioan. de Anan. *cons.* 58. *n.*

37 2. *ver. iuuat etiam.* † Item solutio vniformis facta pro pecunia simpliciter data, denotat vsuram; quia si ad negociationem, & societatem, non esset lucrum vniforme; ideo iudicatur vsura. Roman. *cons.* 520. *Circa propositam, n.* 8. *ver. tertio,* vbi apost. in *ver. præstatio,* dat

38 plures concord. † Paupertas venditoris, & diuitiæ abundantes emptoris faciunt præsumi in dubio contra creditorem emptorẽ.

39 Ioan. de Anan. *d. cons.* 58. *in fine.* † Item magna necessitas venditoris præsumit contractum vsurarium, & fictitium aliis concurrenti-

40 bus. Crauett. *cons.* 156. *n.* 13. *ver. octauo arguitur.* † Item, quando constat, quod ante venditionẽ procurabat venditor habere pecunias mutuo, & dare bona in pignus; quia venditio censetur palliata, quando dedit rem pro eodem pretio, quod mutuo requirebat.

41 Castr. *d. cons.* 109. *Visa petitione, in pr. lib.* 2. † Confessio probata per vnum testem præsente parte facta, quod receperat bona in pignus, & pecunias mutuauerat. Castr. *d. cons.* 109. *col.* 2. *circa med. ver. item vnus testis, lib.* 2. vbi, quod si probaretur per duos testes, esset probatio. † Extende in probatione confessionis facta absente parte, quod mutuauit pecunias, & recepit in pignus; quia semiplenam probationem, si per duos contestes; si vero per-

res singulares testes, facit magnum adminiculum. Castr. *d. cons.* 109. *col.* 2. *circa med. ver. sunt etiam plures, lib.* 2. Bartol. *cons.* 20. *Vi-bello, in fin. ver. tertia præsumptio, lib.* 2. Vide, *Confessio extrajudicialis de-sente parte facta non valet, nec probat, & quando secus. Concl.* 638. † Extende; quia etiam publica fama, quod receperit in pignus, &

præsumptionem. Bar. *d. cons.* 20. *in fin. lib.* 2. † Confessio vltra præstatio fideiussionis de restituendis vsuris est præsumptio, quod petens restitui sibi vsuras vere illas soluerit. Abb. *consil.* 133. *Dicunt, n.* 3. *lib.* 2. † Probatio, quod solitus erat indifferenter fœnerare & pecunias sub vsuris mutuare, & contractus fictitios emptionis grani facere sufficit. Abbas *d. cons.* 113. *col.* 2. *lib.* 2. † Veritatis dicit-tia personæ; quia dicitur vsuraria. Abb. *cons.* 113. *colu.* 2. *in fin. ver. pro-terea, lib.* 2. † Assertio hæredum, quod perdiderunt libros, quos vsurarius habebat. Abb. *d. cons.* 133. *colu.* 3. *ver. præterea contra hæredes, lib.* 2. † Libri eius, qui soluit vsuras, licet non probent; tamen ob-quam præsumptionem faciunt, maxime si esset mortuus, & hæredes pererent vsuras. Abb. *d. cons.* 113. *col.* 3. *ver. item hæredes defi-lippi, lib.* 2. † Iuramentum eius, qui soluit vsuras, vel hæredis eius et credulitate. Abbas *d. cons.* 113. *col.* 3. *ver. item filii, lib.* 2. † Plures de-bent esse præsumptiones, & vna non sufficit. Crauet. *cons.* 147. *num.* 10. *& cons.* 156. *n.* 7. Vide, *Vsurariorum fraudes, & machinationes. Con-clus. proxime præced.*

Vsurarius ex quibus, & qualiter probetur. Concluſ. 347.

VSVRARIVS † conuincitur etiam ex solis præsumptionibus quantum ad hoc, vt compellatur vsuras restituere, *c. ad nos de emptio. & venditio.* Gemin. *cons.* 112. *in pr. & cons.* 16. *n.* 2. *ver. sed dic,* vbi, quod præsumptio admittitur; quia occulte contrahitur vsuram, & non potest ita de facili probari vsura. Bologn. *in addit. ad cons.* 58. *Io. de Anan. in fin.* Abb. *cons.* 113. *Tria sunt, col.* 2. *n.* 3. *vt ista non obstantibus, lib.* 2. vbi plura adducit. † Et si aliter diceremus, minimo vel raro probari posset plene vsurarium esse. Abb. *d. consil. ad* 2. *in fi. lib.* 2. † Declara, qñ præsumptiones sunt vrgentes, alias autem habens instrumentũ venditionis pro se, licet adsit pactum de retrouendendo, modicitas pretii, & pretiũ proueniat ex indo lerum, etiã si vnus testis deponat, q conuentũ fuit de pignoran-non sufficit, si testis non fuit præsens instrumento, cui standũ est. Bal. *cons.* 18. *Punctus quæstionis, n.* 2. *ver. venio ad alium, vsq. in fin. lib.* 4. † Regulariter autem; quia esse vsurarium est delictum, & crimen ad probandum hoc crimen nunquã sufficit semiplena probatio, sed clarior requiritur probatio, nisi quatenus per Canones inducitur probatio lenior. Bal. *cons.* 311. *Quidam Thomas. n.* 5. *ver. venio ad quæ-tum, lib.* 2. vbi, quod admitti debent testes probatorii, & reprobatorii in causa vsurarum, quando agitur de crimine puniendo. Vide Conclusionem proxime præcedentem. † Amplia; quia ad effectum, vt quis post mortem declaretur vsuratius, testes singulares non sufficiunt. Bald. *cons.* 459. *Visa dicta petitione, n.* 2. *& per tot. lib.* 4. Amplia; quia testes singulares non probant vsurarii in specie, vt delicet ad effectum pœnæ, sed bene in genere, videlicet inciden-ter ad effectum, vt excludatur tanquã infamis, vel vsurarius. Cla. *in* §. *fin. q.* 53. *n.* 18. *& seq. ver. dixi etiam.* † Restringe; quia bene testes singulares probant quem vsurarium in genere. Abb. *cons.* 81. *col.* 2. *in fi. ver. nec obstat, quod sint singulares, lib.* 2. *& cons.* 113. *Tria sunt, col.* 2. *in fine, ver. non obstat, quod dicitur, lib.* 2. † Amplia; quia testes, qui solum-runt vsuras, non sunt idonei, neque probant vsurarium; quia de-ponunt in causa propria. Abb. *cons.* 81. *Videtur, quod in pr. lib.* 2. † Re-stringe, quando non agitur de commodo testium, qui soluerunt vsuras, sed solum de pœna spirituali, puta quod vsurarius non ad-peliatur in loco sacro, vel etiam sepultus exhumetur. Abbas *d. con-sil.* 81. *in princ. ver. sed iis non obstantibus, lib.* 2. † Limita; quia vsurarius quis probatur per testes deponentes de fama publica, quod sit vsurarius. Bald. *cons.* 438. *num.* 3. *ver. item non facio dubium, lib.* 5. † Ex-tende; quia imo etiam vsurarius manifestus probatur ex sola fama cũ adminiculis, puta testibus singularibus, qui soluerunt vsuras, quando agitur solum, vt vsurarius careat Ecclesiastica sepultura. Abb. *cons.* 81. *Videtur, quod dictus, in prin. lib.* 2. † Limita; quia vsurarius probatur ex libro proprio, in quo constat, quod exegit a plurib. vsuras; ideo hæres potest condemnari ad restitutionem vsura-rum. Ioan. de Imol. *cons.* 117. *n.* 2. † Limita, quando agitur de salute animæ; quia est potius inclinandum, quod fuerit vsurarius in du-bio, quam non, veluti si in incerto idem testator mandat restitui vsuras.

vsuras, & non specificat; quia in dubio inclinandum est pro restitutione; quia tunc non agitur ad delictum, sed ad salutem. Anch. *consil.179. Prima facie, per tot.* vbi pro vtraq; parte, & in fin. ita distinguit. †Limita; quia vsurarius probatur quis ex contractu celebrato in fraudem vsurariam, siue contractus vocetur emantia; siue cambitum. Bald. *consil.438. Ad euidentiam, n.3. ver. ijs ergo, lib.5.* & idem dicit Rom. *consil.238. Pro habenda, n.4. ver. tertio præsupponendum,* vbi apostill. *in ver. imponas,* dat concord. †Extende; quia vsurarius præsumitur, & probatur ex eo; quia alias fœnerari consueuerit. Rom. *d. consil.238. n.5. ver. quinto præsupponendum,* vbi apost. *in ver. consuetus,* dat concord. Vide etiam Mascard. *Concl.438 De contractu in dubio,* vbi quod in foro fori contractus præsumitur bonus, & licitus in dubio; secus in foro conscientiæ, & conjecturalis probatio sufficit ad probandum contractum vsurarium. Vide plenius, *Vsurarius contractus non præsumitur. Concl.361.*

Vsuræ solutæ qua actione repetantur. Concl. 348.

1 USVRÆ †solutæ repetuntur ex condictione *c. debitores, extra de iureiur.* vel actione indebiti soluti. Fed. de Sen. *consil.221. Quæstionis*
2 *per vos.* † Imo videntur repeti à quocunque hærede vsurarii condi-
3 ctione, *c. tua nos, de vsur.* vbi text. ad litteram. †Declara tamen, quod compensationem facere debet is, qui soluit vsuras ipsi vsurario, vel hæredi, in eo, quod vsurarius esset creditor dicti repetentis vsuras. Fed. de Sen. *d. consil.221. in fin.* vbi, quod idem esset, etiamsi vsurarius non haberet hæredem; quia idem faciet cum curatore dato hæreditati jacenti. †Vel sortem principalem, cuius occasione soluit vsuras, tenetur vsurarius compensare. Alex. *consil.80. Circa primum, n.11.*
5 *& seq. ver. circa secundum, lib.3.* †Amplia, quia vsuras receptas indebite tenetur numularius restituere Principi, non obstante confessione ministri Principis. Bald. *consil.252. Ordo rei gestæ, per tot. lib.3. & consil.360. lib.3.* vbi loquitur in vsuris non conuentis, conuentas autem maxime à Principe solui debere consulit, vt inde inueniat
6 mutuantes. †Amplia, quia vsurarius tenetur restituere vsuras hæredibus eorum, à quibus pcipit, si extant, alias restituit pauperib^9, & si extant bona vsurarii, venduntur, si nihil habet, non tenetur;
7 qa paupertas excusat, nec punitur *c. cum in manifestos, de vsur.* †Limita; quia imo fidejussor, qui soluit vsuras pro principali debitore, illas consequi debet occasione releuationis, qñ de facto compulsus fuit soluere, ꝓpter statutum, vel decretũ Principis. Alex. *cons.57. n.3. lib.1.* Vide, *Vsurarius qualiter compellatur restituere vsuras. Concl. prox. seq.*

Vsurarius qualiter compellatur restituere vsuras. Concl. 349.

1 USVRARIVS †compellitur restituere vsuras exactas, etsi soluens scienter soluerit; qa cum turpiter recipiat, æquiparatur raptori. Alex. *consil.80. Circa primum, in fin. n.14. ver. præterea dicit Bald. vsq; in*
2 *fin. lib.3.* †Extende, etsi soluens soluerit p errorem juris. Alex. *d. cons.*
3 *80. in fin. lib.3.* †Amplia; quia si probetur aliquis vsurarius, compellitur restituere vsuras præsumptas ex constitutione Episcopali, qñ disponit, prout Feltri, & Belluni, ꝙ medietas pecuniarum præsumatur vsuraria, q̃ continet instrumentum; quia valet constitutio,
4 Jo. de Im. *consil.117. n.2.* †Restringe; quia si instrumentum fuit cancellatum, constitutio non loquitur de instrumento cancellato, & satisfacto; ideo non habet locum. Jo. de Im. *d. consil.117. n.3. in con-*
5 *trarium.* † Restringe; qa talis constitutio non habet locum in contractu vsurarii celebrato cum fratre vsurarii; quia non præsumitur mutuasse sub eodem rigore, prout extraneo. Jo. de Im. *d. consil.117.*
6 *n.3. ver. sed aduertendum, vsq; in fi.* †Amplia; qa tertius, cui bona venditâ vsurario sunt obligata, potest agere hypothecaria contra vsurarium, & quatenus excipiat de venditione, potest replicari de vsura-
7 rio contractu. Anchar. *consil.257. Ex ordine, n.2. & seq.* †Amplia; quia ẽt Judæus factus Christianus compellitur, & tenetur restituere vsuras. Clar. *in §. vsuras, n.7. ver. hæc autem conclusio, in fin.* qui loquitur
8 de vsuris ẽt ante baptismum. & dum erat Judæus exactis. †Amplia, qa vsurarius tenetur compensare vsuras receptas in sortem principalem; quia hoc est regulare, ꝙ solutum ex indebita causa debet compensari in causam debitam. Rom. *consil.238. Pro habenda subsantia, in princ. & col. pen. n.11. ver. ad secundum.* Abb. *consil.113. Triæ sunt, in*
9 *fin. ver. ex prædictis, lib.2.* † Amplia; quia si pro vsuris habuit bona stabilia in solutum, tenetur restituere ipsa bona vna cum fructibus pceptis, ita Jo. And. post S. Thom. *in c.2. de vsur. lib.6.* quos citat, & se-
10 quitur Abb. *consil.113. Triæ sunt, in fin. ver. quod autem bona, lib.2.* † Amplia; quia ante q̃ vsuræ sint solutæ, competit actio ad cancellandum omnem obligationem, & omnem solidationem factam super vsuris soluendis. Rom. *consil.238. in princ. ver. secundo quod quatenus, & pro-*

pe fin. n.11. ver. ad tertium. †Amplia; quia vsurarius exceptione com- 11
pellitur restituere vsuras; nam si ipse petit ab alio vsuras male solutas potest repelli exceptione, tu quoq; actor exegisti vsuras solutas, & repellitur à judicio, *c. quia frustra, de vsur.* Lap. *allegat.55. Quidam co-* 12
ram iudice, n.2. †Extende; quia procedit, ẽtsi coram judice ordinario pendeat iudicium, & fiat exceptio; quia adhuc procedit *c. quia frustra, de vsu. & c. Michael, eod tit.* ita per plura Rom. *consil.285. Omnia ad decisionem, per tot.* vbi apostill. *in ver. quia frustra, & in ver. contradico,* dãt conc. Alex. *in l. more, n.17. ff. de iurisd. omn. iud.* Rom. *sing.340. c. quia* 13
frustra. †Contrarium, quod *d. c. quia frustra, & c. Michael,* habet locum solum in iudice delegato, non autem coram iudice ordinario, tenent Lap. *alleg.55. Quidam coram, n.2.* sequitur Rom. *consil.238. Pro habenda. n.11.* & idem consuluit d. Guilielm. Alex. *in l. viro ata q̃ vxore. ff. sol. matr.* †Extende; quia *d. c. quia frustra, & c. Michael, de vsur.* ita ꝓ- 14
cedit in Christiano, sicut ẽt in Judæo, plene Mars. *sing.609. aduertas,* vbi, ꝙ litteris aureis debet notari. †Amplia; quia hæres vsurarii, si 15
ex defuncti libro constat, ꝙ exegit vsuras, tenetur restituere oẽs vsuras; quia sicuti liber probat contra defunctum, ita ẽt contra ejus hæredem, ideo si non fecit inuentarium, tenetur omnio, si fecit inuentarium, tenetur vsq; ad vires hæreditarias. Abb. *d. consil.34. col. pen. v. quæritur redeundo, lib.1.* vbi, ꝙ restitutio si est certa, cui fieri debeat, illi debetur, si incerta, distribui debent pauperibus. †Exten- 16
de; qa hæres vsurarii tenetur restituere vsuras habitas à defuncto, siue sit hæres filius, siue extraneus, & siue defunct^9 mandauerit restitui, siue non. Abb. *consil.81. Videtur, in fin. lib.2.* †Restringe tñ; quia 17
Ecclesia, vel locus pius hæres institut^9 ab vsurario manifesto, licet non fecerit inuentarium, non tenetur, nisi in quantum ad eum peruenerit; quia sicuti fiscus non tenetur vltra vires hereditatis, ita ẽt Ecclesia. Abb. *d. consi.34. Attingam, col. pen. lib.1. ver. quæritur redeundo, lib.1.* †Restringe; qa ẽt alius hæres non tenetur, nisi secundum vi- 18
res hæreditatis; qa vsuræ debentur ex delicto, & hæres delinquentis non tenetur, nisi in qm̃ ad eum peruenit de iure ciuili lite non contestata cum defuncto, de jure Canonico nullo modo tenetur, nisi in qm̃ ad hæredem peruenerit. Abb. *d. consil.34. col. pen. ver. secundo quia non tenetur, lib.1.* †Restringe; quia si vsuræ tuendæ sunt in- 19
certæ, non tenetur hæres illas restituere, quatenus Papa, vel Episcopus secum dispensẽt; si v. sunt certi, quibus sunt restituendæ, Papa non posset dispensare, neq; Episcopus. Abb. *d. consil.34. in fin. ver.* 20
ad quartum, lib.1. †Limita in Judæo vsurario; quia non compellitur restituere vsuras exactas, & in eis non habet locum *c. quanquam, de vsur. in 6.* vt per Alex. *consil.6. Super præmissa, in princ. & per tot. lib.6.* vbi, quod Ecclesia solum compellit indirecte Judæos; quia prohibet conuersationem Christianorum cum Hebræis, donec restituerint vsuras. † Declara tamen; quia bene valet absolutio facta per 21
Papam cum Judæo super vsuris exactis, & eum tuetur à restitutione. Alexand. *d. consil.6. n.7. ver. insuper est attendendum, cum seq. lib.6.*

Vsurarius potest compelli ad remittendum juramentum de soluendis vsuris, & quando secus. Concl. 350.

USVRARIVS †tenetur, & potest compelli ad remittendum jura- 1
mentum suo debitori de soluendis vsuris, seu in fraudem vsurarum. Oldr. *consil.186. Licet ex ordine, in pr.* †Amplia, vt imo judex ex 2
officio possit remittere huiusmodi iuramentum de soluendis vsuris, si creditor est absens, & non potest mon eri. Oldr. *d. consil.186. in pr. ver. idem si absens* Lap. *alleg.10. in pr. & in 2. dub.* †Amplia, vt imo E- 3
piscopus Bonon possit relaxare huiusmodi iuramentum suo subdito, licet contraxerit cum Mutinensi non subdito in ciuitate Bononiæ; qa ẽt absente Mutinensi potest relaxare huiusmodi iuramentum. Lap. *d. alleg.10. d sputat hic plura, in pr.* † Amplia; quia in tantum 4
vsuræ sunt prohibitæ solui, & debent remitti, vt sententia lata sup vsuris soluendis sit ipso iure nulla. Bald. *consil.279. Facinus vendidit, circa med. ve. iste ergo, lib.2.* Vide, *Sententia nulla ex multis in genere, & ex* ☞
quibus Concl.153. † Amplia; quia vsurarii possunt compelli à Princi- 5
pibus secularib^9 edere instrumenta, & libros vsurarum. Bald. *cons.* 443. *Ius naturale, n.6. ver. ijs præmissu, lib.3.* †Restringe, vt non proce- 6
dat ampliatio quoad libros, & rationes, quas facit aliquis priuatus sibi pro sua memoria; quia non tenetur edere. Bald. *d. consil.443. n.* 10. *ver. quandoq; quis conficit, lib.3.* †Amplia; quia tenentur vsurarii, 7
& possunt compelli ad soluendum onera, ꝓ eorum creditis vsurariis. Bald. *d. consil.443. n.6. lib.3.* †Limita; quia iuramentum non de- 8
bet vsurarius remittere, anteq̃ sibi soluantur vsuræ, qñ venit dies solutionis; quia soluit, postea repetit, & iuramentum remitti debet à parte, vel superiore. Anch. *consil.198. per tot.* maxime *nu.4. & seq. & consil.200. n.3* per *c. debitores. de iureiur.* vbi in fine consilii dicit, quod relaxatio iuramenti nullo modo fit, nisi post solutionem, & est tex. *in d. c. debitores, de iurei.* vbi* omnes. Vide, *Iuramentum de vsuris soluen-* ☞
dis tenetur remittere creditor. Conc. 516. & Concl. ibi prox. seq.

Vsurarius tenetur restituere vsuras, & qualiter fiat restitutio. Concl. 351.

1 VSVRARIVS † tenetur restituere vsuras exactas, & siquidem constat, in foro contentioso compellitur; si v. non constat, tenetur in judicio animæ; quia Ecclesia non judicat de occultis. Alex. *consil.* 93. *Repetitus, n.* 3. *&* 4. *& lib.* 6. allegat *c. consuluit, de vsur.* Vide supra, *Vsurarius manifestus non potest testari, nisi præstita cautione de vsuris*
2 *restituendis. Concl.* 342. † Et si mandauit vsurarius fieri restitutionem, debet fieri integraliter, & sine diminutione, ita quod non sufficeret remissio, ex quo agitur de exoneranda anima defuncti. Abbas
3 *consil.* 24. *illud de iure, n.* 2. *lib.* 2. † Amplia in ministro vsurarii, qui vsuras exegit; quia ipse quoque in solidum tenetur, nec debet admitti ad Ecclesiasticam sepulturam, nec ad testamenti factionem, sicut nec vsurarius. Lap. *alleg.* 94. *n.* 4. vbi allegat varias opiniones, an teneatur, *&* n. 5. dicit teneri, & hanc veriorem, q̃ tenet Innoc. *in c. Mi-*
4 *chael, de vsur.* & probat rationibus p eum allegatis. † Extende; quia filius exercens vsuras volente patre, vel jussu patris acquirit patri, sed tñ vterq; obligatur restituere, ex quo enim quæstus est ex deli-
5 cto, non est patris. Bart. *in l. cum oportet, n.* 3. *C. de bon. quæ liber.* † Idem, si quærat vsuras ex bonis maternis jussu patris; quia vterq; tenetur ad restitutionem. Ang. *cons.* 207. *n.* 5. *&* 6. *ver. nunc descendo ad tertium.*
6 * † Contrarium videtur tenere Ang. *consil.* 207. *Reperitur quædam scriptura, n.* 5. *ver. descendo ad secundum,* & hanc esse communem * opinionem in nudo ministro dicit Abb. *consil.* 16. *Ad claram, col.* 1. *ver. secundo*
7 *principaliter, lib.* 1. † Amplia in tñ, vt in dubio sit facienda semper interpretatio contra vsurarium, si agatur, an vsuræ diminuant sortem, arbitrio tñ Episcopi. Cald. *consil.* 502. alias 4. *de vsur.* vbi, q̃ mos
8 vsuriariorum est semper, vt recipiant pro vsuris, vt sors principalis semp remaneat vltimo debita, & hoc in fraudem vsurarum. † Amplia & in vsurario mentali; quia tenetur ad restitutionem; secus in simoniaco mentali circa beneficia; quia vsura est prohibita de jure diuino, sup qua Papa non dispensat; secus in simonia beneficiali, q̃ est ex constitutione Ecclesiæ, & sup ea Papa dispensat. Alex.
9 *d. consil.* 93. *Repetitus. n.* 7. *&* 8. *ver. nec obst. at etiam, lib.* 6. vbi plenissima apost. *in ver. differentia,* dat plurimos conc. pro vtraq; parte. † Contrarium, quod mentalis vsurarius non teneatur restituere vsuras, tenent plurimi, quos citat d. apost. ad Alex. *d. consil.* 93. *n.* 7. *ver. diffe-*
10 *rentia, lib.* 6. † Amplia, & limita, vt in tñ teneatur restituere vsuras, vt & ipse, & hæres agentes in judicio contra extraneum repellantur exceptione, quod non restituerunt vsuras. Lap. *allegat.* 53. *per tot.*
☞ Vide infra, *Vsurarius repellitur à judicio, & quando secus, & quid de hærede*
11 *vsurarij. Con. l.* 353. † Amplia, vt & compelli possit vsurarius remittere iuramentum obligato ad soluendum vsuras. Oldr. *consil.* 186. *Licet*
☞ *ex ordine.* Vide supra. *Vsurarius potest compelli ad remittendum iuramen-*
12 *tũ de soluendis vsuris, & quãdo secus. Concl.* 350. † Amplia in tñ, vt bona empta ex pecunia vsuraria acquisita sint eius, cui debent vsuræ re-
☞ stitui, gl. fin. in *c. cum tu, de vsur.* Vide, *Emptor ex pecunia vsuraria, an ac-*
13 *quirat et, cuius est pecunia. Concl.* 137. † Amplia in tñ, vt bona vsurarii pro restitutione vsurarum sint tacite hypothecata. Lap. *alleg.* 75. *nu.*
☞ 4. *ver. sed huius occasione.* Vide infra, *Vsurary bona an sint hypothecata*
14 *pro vsuris restituendis. Concl.* 359. † Amplia, vt in tñ debeat fieri restitutio p exoneratione animæ, vt sit facienda restitutio pauperib⁹, q̃n incerti sunt illi, quibus debet fieri restitutio, cum distinctione
☞ tamen, de qua per Lap. *alleg.* 75 *propter hoc quæro, vsq; in fi.* Vide Con-
15 cl. prox. seq. † Amplia; quia filius emancipatus, qui exegit vsuras, & lucra viuaria fecit patri, dum erat sub patria potestate, potest post emancipationem compellere patrem ad sibi restituendum dicta lucra, & vsuras ad effectum illa restituendi, quibus de jure te-
16 netur. Dyn. *consil.* 12. *Factum tale est, n.* 6. *ver. item dictus filius.* † Extende, vt multo magis procedat, si ipse filius condemnatus ad restituendum; quia pariter compellere potest patrem, vt redimat eum à re-
17 stitutione. Dyn. *d. consil.* 12. *n.* 5. *ver. item dictus filius.* † Extende, vt imo filius, si ipsa lucra haberet in manibus suis, possit denegare patri illa velle consignare, q̃n vellet facere restitutionem illis, quibus de-
18 bentur. Dyn. *d. consil.* 12. *circa fin. ver. item pater petit, n.* 9. † Limita, q̃n lis pendebat super contractu vsurario, & fuit declaratus non vsurarius p sententiam, q̃ transiuit in judicatum, & is, qui dicebat vsurarium contractum, nedum non appellauit, sed p expressum consensum approbauit sententiam medio iuramento, & petiit terminum ad soluendum; quia non potest repetere vsuras solutas; tum, quia non sunt vsuræ stante sententia; tum, quia censentur remissæ ex consensu expresso præstito; quia isto casu tollitur obligatio naturalis, & inducitur obligatio naturalis ex consensu expresso. Abb.
19 *consil.* 60. *in casu. n.* 2. *&* 3. *seq. per tot.* maxime *col. si. ver. ex tertio, lib.* 2. † Limita; q̃a vsurarius non tenetur restituere vsuras, si is, cui debet fieri restitutio vsurarum, vel male ablatorum, non coactus, non decep-

tus, vel circumuent⁹, & omni dolo, vel calliditate, vi, & metu
lantibus, & si precibus, vel exhibitione seruitiorum restituen
bentis inductus sit, pecuniam sibi debitam, non oblatam, rem
lutioni paratam remittat. Fed. de Sen. *consil.* 18. *Quæstio ale est, vsu-*
rario, & cons. 22. *An vsurario sufficiat, p tot.* vbi allegat opinio, dicens,
quẽ sequitur Fran. *in c. peccatum, n.* 4. *de R. I. in* 6. & est * communior
nio, vt p Fed. de Sen. *consil.* 184. *in pr.* Bald. *consil.* 443. *Iuxta naturalem*
ver. iudicamus modo, lib. 3. sequitur Anch. *cons.* 305. *Dubium, de quo*
nius *consil.* 306. *Efficax, n.* 6. *&* *seq.* Castr. *consil.* 101. *per tot. lib.* 1. Dom.
consil. 520. *Circa propositam, n.* 14. *ver. quoad tertium,* & hanc com
nem * dicit Alex. *consil.* 91. *Visis actis, n.* 8. *&* 9. *ver. nec obstat aliud,*
vbi dicit * communem. Vide, *Restituere male ablatum qualiter an*
gatur. Concl. 303. † Extende, etsi facto compromisso in laicum, et
arbitratorem is laudauit & laudum fuit homologatum cum in
mento; q̃a censentur remissæ vsuræ pteritæ, sicuti si extraiudi
ne; quia arbitramentum est transactio. Alex. *consil.* 91. *Visis actis, n.*
2. *per tot.* maxime *n.* 8. *&* 9. vbi dicit * communem. Anchar. *consil.* 9.
Istam quæst. n. 3. *vsq; in fin.* † Extende, etsi vsurarius absolutus post ab-
solutionem continuauerit vsuras; quia non releuat, quin liberatio
sit bona, maxime si est facta à sagaci, qui non jactat, velut à Pon-
tino & quocunque alio. Anchar. *consil.* 305. *Dubium, de quo, per tot.* vbi
multo magis procedit, si geminata est confessio, & *consil.* 306. *n.* 2.
seq. † Extende, vt liberatio & adiuuetur, q̃n fuit facta post præstitam
cautionem de restituendo vsuras. Anc. *d. consil.* 306. *circa fin.* † Extende;
q̃ liberatio facta p eum, qui soluit vsuras ad fauorem vsurarii, in qua dicit, seu confitetur se fuisse satisfactum de vsuris solutis
in foro fori liberat, & non potest molestari. Ang. *cons.* 100. *Sed hæ-*
nes, n. 2. *quandoq; post.* † Restringe, vt non procedat, q̃n liberatio
facta ante solutionem, vel in ipsa solutione; q̃a quantumcunque
obligauerit non repetere, & p̃sertim si sibi satisfactum & com
ramento, petita absolutione repetet. Ang. *d. consil.* 100. *n.* 2. *per to*
mihi, & in fin. ver. si vero debitor. Castr. *consil.* 101. *col.* 2. *lib.* 1. † Dic.
Castr. *d. cons.* 101. *col.* 2. *per tot. lib.* 1. q̃ procedit restrictio in vsu
itis debitis ex contractu; quia non p̃sumuntur remisse ex
litate, nisi sit soluta sors principalis, sed p̃sumuntur remisse, non
tatur sors principalis; secus si fiat remissio ex legato, vel testamen
to; quia major liberalitas ex vltima voluntate p̃sumitur, in de-
q̃ sunt pteritæ à die mortis testatoris. † Declara; quia in con-
scientiæ liberatio est bona, q̃n fuit facta liberaliter, & q̃n pecunia
erat restitutioni parata, sed is, q̃ soluit, liberaliter donauit, & recog
ritur, q̃ liberatus vsurar⁹ in mente gesserit vere soluere, etiõ in
teruenient gratuita liberatione, alias non est liberatus. Ang. *d. con-*
fil. 100. *circa fin. ver. in foro vero conscientia.* † Restringe; q̃a non hab
locum in liberatione facta non sponte, sed p compromissum ha
to laudo, & dum compelleretur pro sorte, acceptauit laudum, v
transegit; q̃a non est liberatus, q̃n teneatur integre, maxime q
vsurarius cauit de restituendis vsuris in morte. Abb. *consil.* 13. *Ad*
v venio nunc, lib. 2. vbi, q̃ licet transactio sit voluntaria; tñ merui
fit. † Restringe; quia si pendente iudicio inter hæredem vsurarii
eum, q̃ contractum fecit vsurarium, hæres ejus transegit sup in
vsuris cum eo, qui passus est vsuras, & q̃ transactio sit jurata, de
absolui à juramento, & potest vsuras repetere, seu obtinere de
rari contractum vsurarium, & licet alleget p̃ vtraq; parte ad fa
rem hæredis, cum quo non est contractum, & q̃ p̃sumitur ig
re; tñ dicit, q̃ ignorantia non releuat, ex quo erat notorium p
bationes in judicio, & q̃a tenetur exonerare animã defuncti. A
cons. 12. *Etsi copiosius, lib.* 2. *p tot.* † Restringe, q̃n p cauillationes, &
tentiam hæredis vsurarii paup. q̃ soluit vsuras, via transactionis
misit vsuras in casu certo, q̃ erant restituendæ; q̃a non est liber
spontanea, & non liberat. Abb. *d. cons.* 12. *n.* 5. *lib.* 2. & plenius con
Tria sunt, in fin. n. 5. *&* 6. *lib.* 2. † Restringe, q̃n vsurarius mandauit
stitui vsuras p hæredem suum; q̃a tenetur cum effectu restitui
& integraliter, nec admittitur, si velit obtinere remissionem a
cui restitutio est facienda. Abb. *cons.* 24. *n.* 2. *vsq; in fi.* † Restringe
imo in liberatione generali facta non veniunt vsuræ debitæ, q
bus non est facta mentio specialis, p̃pter salutem animæ, de q
gitur. Abb. *d. cons.* 114. *Attingendo, col. pen. n.* 4. *& seq. ver. & crede*
materia, lib. 2. † Restringe tñ; quia non valet rettalis remissio facta
ne consensu, & p̃sentia Episcopi, q̃n extaret statutum Episcopi
hoc, q̃ vsuræ non possent remitti sine p̃sentia Episcopi. Cal
13. *de constit.* † Contrarium videtur velle Bald. *cons.* 443. *Ius natura*
3. ver. videamus modo, lib. 3. vbi, q̃ non valet constitutio Episcopi
hibens remissionem fieri posse vsurario de vsuris ab eo, qui
q̃a si vere, & non fraudulenter esset facta, valet, non obstante
stitutione Episcopi contraria, si modo constet de veritate, alias
cus, & idem dicit Bald. *consil.* 217. *Punctus an valeat constitutio, lib.* 3.
q̃ non valet constitutio, & quod remissio valeat, nisi conie

sint in contrarium, puta quia esset vsurarius solitus recipere tales
34 remissiones. †Declara; quia dato, ꝙ constitutio Episcopi valeret,
quod non valeat restitutio facta de vsuris, nisi coram Episcopo; tñ
non trahitur retro ad vsuras remissas de præterito. Bald. *consil.* 217.
35 *lib.* 5. †Restringe, quia non valet, ēt si esset renunciatum constitu-
tioni cum juramento, quia ex quo est ꝓhibitoria, non valet renun-
36 ciatio. Cald. *cons.* 508. *circa fin. ver. nec obstat*, alias 10. *de vsur.* †Restringe;
ga remissio vsurarum non valet, qñ adsunt coniecturæ in con-
trarium, ꝙ sit fraudulenta, vt si apparet, ꝙ vsurarius iterum exer-
cuit vsuras; quia non est verisimile, ꝙ vere soluisset: item si fecit ju-
rare donantem vsuras, tam super obseruatione contractus, q̃ quod
non peteret absolutionem: item si maior esset quantitas soluta, q̃ re-
missa. Cald. *d. consil.* 508. *per tot.* alias 10. *de vsur.* quod est Joa. & sequi-
37 tur Abb. *consil.* 113. *n.* 4. *lib.* 2. †Contrarium tenet Anch. *cons.* 305. *Du-*
bium, de quo, in fin. & consil. 306. *in.* vbi, ꝙ licet continuauerit vsura-
38 rius exercere vsuras, nihil refert, quin liberatio sit bona. †Declara
tñ, vt contrarium procedat, qñ is, qui liberauit, vel confessus est re-
stituras vsuras, erat homo, q̃ non jactabat, prout Florentinus: item
si liberatio est geminata jurata, vel cum guarentigia, ita loquitur
Anch. *consil.* 305. vel ēt, qñ liberatio fuit post cautionem præstitam
39 ab vsurario; qa præsumitur in exequutione facta liberatio, & con-
fessio, licet postea redierit ad vsuras. †Declarat plenius Rom. *consil.*
110. *Circa propositam, n.* 14. *ver. quoad tertium, vsq; in fin.* Primo, quod
liberatio facta p partem cum juramento liberat vsurarium, ne pos-
sit molestari ab ipso, qui soluit, neq; ab ejus hærede, sed bene pote-
rit molestari ab Episcopo, vt compellat vsurarium, & in pauperes
40 distribuat. †Declarat alio modo, & plenius; quia si is, qui soluit vsu-
ras, errore ductus liberauit ēt cum juramento asserendo pecu-
nias licite solutas, & ideo liberatio non valet; quia erronea liberatio,
q̃ ignorat talem, & q̃ inducit illum, qui si sciuisset, non liberas-
set, non valet; si v. erronea esset, sed si soluisset, nihilominus soluis-
set, & liberasset, tunc bene valet liberatio, ita Rom. *d. consil.* 520. *col.*
fin. ver. ijs tamen non refragantibus, vbi apostill. *fi. in ver. non refragari*, dat
plurimos concord. quod juramentum non supplet consensum, sed
41 solennitatem. †Declarat tamen Gasp. Cald. *d. consil.* 508. *in fin.* alias
10. *de vsur.* procedere, si vsurarius produxisset instrumentum re-
missionis; secus si iste, qui petit restitutionem vsurarum; quia ex
quo approbauit instrumentum, non audiretur contrarium dicens.
42 †Limita in filia dotata à patre vsurario, qui dedit dotem socero de
vsuris; quia licet bona patris non sufficiant pro restitutione vsura-
rum; tamen ipsa non tenetur etiam in foro conscientiæ restituere,
ex quo pecunia fuit confusa per solutionem factam marito. Fed. de
Sen. *consil.* 63. *Quidam vsurarius, per tot.* vbi casus consilii; & quia est
43 particularis successor, sed dubito de veritate consilii. †Limita, quia
in restitutione vsurarum, & dotis receptæ ab vxore præfertur vx-
or in dote sua. Calderin. *consil.* 476. alias 2. *de donat. inter vir. & vxor.*
quod duplicatur *cons.* 506. alias 8. *de vsur.*

Vsuræ, quibus & quomodo restituendæ. Concl. 352.

1 USVRARVM †restitutio debet fieri primo loco illis, à quibus sunt
extortæ, si apparent, vel eorum hæredibus, gl. *in c. cum tu, in ver.*
superstitib. de vsur. lib. 6. & illis non extantibus, vel si ignoratur, à qui-
bus sint extortæ, tunc restitutio fit pauperibus in subsidium, ita ꝙ
nunq̃ est facienda restitutio pauperibus, qñ apparent certi, quibus
debentur. Lap. *alleg.* 75. *Quæro, an res, n.* 5. *ver. in contrarium videtur*, fa-
cit c. *sicut dignum* §. *eos, de homicid.* Gem. *consil.* 20. *Mihi videtur, in princ.*
ver. aut in libris, vbi dicit, quod etiam, qñ est incertum, quibus de-
beat fieri restitutio, debet Episcopus ponere edictum, vt habeat
certitudinem, q̃ si non poterit habere, tunc distributio fiet pauper-
ibus, & alias facta distributio non liberat hæredes vsurarii. Bald.
consil. 82. *Factum proponitur, ꝙ quidam, n.* 2. *ver. secundo quæritur, & consi.*
83. *ver. ad secundum, lib.* 1. vbi idem, ꝙ non fit restitutio pauperibus,
nisi qñ sunt incerti illi, q̃bus sit facienda, & ꝑmisso edicto generali,
qñ sunt isti incerti, & interim pecunia debet deponi, plenius. Abb.
2 *consil.* 80. *Breuiter, lib.* 1. *per tot.* †Extende, ētsi illi, quibus facienda est
restitutio, essent absentes; quia illis mittendæ sunt vsuræ restituen-
3 dæ. Abb. *d. consil.* 80. *in princ. lib.* 1. †Extende in tñ vsuras esse restitu-
endas, quibus debentur, qñ sunt certi, vt si fiat restitutio pauperi-
bus, vel loco pio, cui debentur incerta, non liberatur soluens, sed
multiplicat obligationem. Abb. *d. consil.* 80. *in princ. lib.* 1. allegat *c. ea*
te, de tureiur. & l. vero procuratori. ff. de solut. Gem. *consil.* 20. *Mihi videtur,*
4 *in princ.* †Extende; quia neq; tenetur soluere pauperibus, vel loco
pio, quibus debentur incertæ vsuræ, si velint fideiubere, ꝙ releua-
bunt hæredem vsurarii in oēm casum, quod illi, quibus debentur,
molestarent. Abb. *d. consil.* 80 *circa med. ver. nec tenetur soluere, lib.* 1. v-
bi, ꝙ sicuti is, qui tenetur in diem, vel sub conditione, non tenetur
soluere; ita qui tenetur restituere vsuras; quia obligatur pauperi-
bus sub conditione. †Extende in tantum, quod non valet statutum 5
Episcopi, quod talis distributio & restitutio non fiat per hæredes,
sed per seipsum Episcopum. Cald. *consil.* 5. *An valeat statutum Episco-*
pi, de const. circa med. ver. ex ijs sequitur. † Contrarium videtur tenere 6
Gem. *cons.* 20. *n.* 2. vbi licet non decidat, inclinat tñ in hanc partem,
& dicit Florentiæ adesse talem constitutionem. † Amplia, ꝙ pau- 7
pibus non est facienda restitutio, ēt quando aliq certi comparent,
quibus est facienda restitutio in centum, licet adsint alii, qui non
comparent, in aliis centum, & hæreditas vsurarii non sufficit, nisi
pro centum; quia integra centum debentur comparentibus cer-
tis, nec pauperes eo casu admitti debent. Lap. *alleg.* 75. *Quæro, an res,*
n. 4. *ver. propter hoc quæro, vsq; in fin.* vbi est casus decisio. †Declara tñ, 8
quia interim, ꝙ fiat restitutio, debent pecuniæ restituendæ depo-
ni in loco tuto. Bald. *consil.* 82. *n.* 3. *ver. expediuntur autem, lib.* 1. †Am- 9
plia; quia non fit restitutio pauperibus, quousq; constat extare ali-
quos, quibus debet restitutio fieri, ētsi negligant petere, & multo
magis si remiserint. Lap. *d. alleg.* 75. *in fi. v. & maxime vbi absentes*, imo
debet Episcop⁹ facere exhiberi libros vsurarii, vt videat, quibus sit
facienda restitutio, & positis edictis restituat comparentibus, &
residuum distribuat pauperibus. Cald. *consil.* 500. alias 2. *de vsur.* † 10
Amplia, vt ētsi esset facta restitutio pauperibus, nihilominus quan-
docunq; compareant veri creditores, quibus restitutio est facien-
da, debet eis satisfieri, vel restitui p pauperes, nisi ipsi pauperes præ-
scripserint, vel consumpserint. Fed. de Sen. *consil.* 106. *n.* 2. *ver. tertio*
quæritur, & ver. quarto quæritur. † Amplia, quia tam vsurarius forma- 11
lis, q̃ non formalis peccat, & tenetur restituere vsuras. Castr. *consil.*
160. *Ad primum, in pr. lib.* 1. †Extende; quia ēt minor, qui carius ven- 12
didit tempore granum, vel mercantias, peccat, & tenetur restitue-
re vsuras; quia sufficit, ꝙ sit doli capax. Castr. *consil.* 106. *col.* 2. *v. in eo*
vero, lib. 2. †Extende, vt ꝑcedat, ētsi extet statutū, ꝙ contractus mi- 13
noris sine certa solemnitate celebratus sit nullus; quia nihilomin⁹
minor, qui sine solennitate contraxit committendo vsuras peccat, &
tenetur restituere, quia tale statutum fauet minori, ne decipiatur,
sed non vt minor alios decipiat. Castr. *d. consil.* 160. *col.* 2. *ver. nec etiam.*
lib. 1. †Limita; quia restitutio est facienda pauperibus in concursu 14
cum certis, puta qñ vsurarius legauit restitutionem vsurarum no-
minatim Titio, & Sejo, & quibusdam aliis; quia ꝑ incertis admit-
tuntur paupes, & si constat de quantitate, taxantur in certa quanti-
tate pro vna rata aliorum. Jo. Andr. *in c. quanquam, in nou. in ver. exprī-*
mi, de vsur. quem sequitur Lap. *d. alleg.* 75. *n.* 7. *ver. testator.* †Declara tñ, 15
qñ vsuræ restituendæ pauperibus, tanq̃ incertæ debent, & possunt
restitui indistincte quibuscunq; pauperibus cuiuscunq; loci, non
a. est faciēda in loco, in quo vsuræ sunt extortæ. Fed. de Sen. *cons.* 33.
Nunquid ille, qui extorsit. †Contrarium tenet Host. *in c. cum tu, de vsur.* 16
& Rayn. *in c. non sane.* 14. *quæst.* 5. vbi Archid. qui dicunt, ꝙ debet fieri
restitutio in loco damni dati. †Declara, vt istud sit de consilio, non 17
de obligatione, ꝓut soluit Fed. de Sen. *d. consil.* 33. *circa fin. ver. sed ob-*
stat, vsq; in fin. †Declara secundo, ꝙ restitutio vsurarum incertarum 18
pauperib⁹ facienda debet distribui p Episcopum ordinarium vsu-
rarii. Fed. *d. consil.* 33. vbi in princ. ꝙ ita seruat consuetudo. Anch. *con-*
sil. 306. *Efficax, & fortis, in pr.* †Intellige hanc declarationem, vt ꝑce- 19
dat, qñ testator non deputasset alios exequutores ad distribuen-
dum, vel ꝙ procedat, quando alii exequutores essent negligentes,
quia alias Episcopus non distribuit. Cald. *consil.* 5. *An valeat statutum*
Episcopi, in prin. tit. de const. † Contrarium, ꝙ imo ex necessitate distri- 20
butio debeat fieri p Episcopum, tenet Gem. *consil.* 20. *in princ.* vbi, ꝙ
siue constet, siue non, quibus sit facienda restitutio, debet poni e-
dictum, vt sciatur, q̃bus sit facienda restitutio, & si non potest sci-
ri, tunc distributio fit pauperibus p Episcopum, & ꝙ testator non
potest facere, quin iste ordo habeat locum. † Declara; quia in tñ 21
Episcop⁹ est exequutor, vt possit iubere statim ipsā restitutionem,
& ēt concedere aliquam dilationem habita fideiussione, prout sibi
videtur. Bald. *cons.* 83. *Inprimis videndum. n.* 3. *ver. ad tertium. lib.* 1. †Dis- 22
tributio a. si fiat pauperibus, quomodo, & quibus pauperibus fieri
debeat? dicas, ꝙ cessante fraude potest fieri ēt filiabus, vel consan-
guineis vsurarii, vel exequutoris, quando sunt pauperes. Gemin. *d.*
consil. 20. *n.* 3. quia ordo charitatis hoc exposcit. † Declara tñ, quia 23
distributio debet esse minuratim, & pluribus; imo si fieri potest o-
mnibus paupibus, non a. debent distribui omnia vni, vel duobus,
& debet esse æqualis, & mensurata, ne vnus abundet, alter egeat.
Gem. pulchre *d. consi.* 20. *n.* 4. *sed puto, vsq; in fin.* †Declara hanc mate- 24
riam distributionis incertarum vsurarum, vt Papa possit dispensa-
re cum hærede vsurarii, vt pro se retineat, si pauper, & idem potest
facere Episcopus, secus si sunt certæ. Abb. *consil.* 34. *Attingam, in fin.*
ver. ad quartum, lib. 1. †Limita; quia pauperibus restituuntur vsuræ, 25
tanq̃ incertæ, qñ constat de extorsione facta per vsurarium ex sua
confessione, & libris; quia licet libri perditi fuerint, ex quibus ap-

pareret, quibus essent restituendæ; tamen ex quo non possunt apparere certi perdito libro, debet fieri restitutio pauperibus. Fed. de
26 Sen. *consil.153. In quæst. per tot.* †Declara tñ, vt procedat limitatio, qñ præcessisset proclamatio, & alia, de quibus per Fed. *d. consil.153.* pro cautione soluentis, ne bis soluere compellatur; quia si liber reperiretur, compelleretur ēt restituere descriptis in libro, vbi, qualiter sit succurrendum soluenti p proclama generale contra eos, quib⁹ vsuræ essent restituendæ, & q̄ liberetur soluendo pauperibus post edictum, alias non. Gem. *d. consil.20. per tot.* & Anch. *consil.306. in pr.* vbi late dicit hoc procedere contra certos, qui potuerunt comparere, ☞ secus si essent absentes, infirmi, vel impediti. Vide, *Proclama*
27 *generale quid operetur. Concl.807.* †Limita, qñ mortuo vsurario non facta restitutione vsurarum Vicarius taxasset certam quantitatem restituendam, q̄ per hæredes fuit deposita; quia positis edictis debebit restitui comparentibus, qui soluerunt, alias non comparentibus aliquibus, si non sunt certi, quibus debet fieri restitutio, potest Episcopus inuitis hæredibus distribuere in pauperes. Calder.
28 *consil.500.* alias *2. de vsur.* †Declara tñ; quia posset Episcopus, si vellet, ēt restituere dictam summam hæredibus, qñ non appareret certe, quod tanta summa esset restituenda. Cald. *d. consil.500. in fin. ver. puto tamen*, alias *2. de vsur.* vbi, q̄ tamen salubrius est pauperibus ero-
29 gare. †Declara tñ; quia in distributione facienda paupibus debent vocari hæredes vsurarii, & alii, quorum interest. Bald. *d. consil.82. in*
30 *fin. ver. tertio quæritur, & cons.83. in fin. ver. super quarto, lib.1.* †Dicuntur a. vsuræ incertæ, qñ sunt extortæ à pegrinis, viatoribus, aduenis, & similibus, put in simili de militibus dep̄dantibus agros; q̄a ignorantur domini, restitutio fit paupibus. Anch. *consil.306. in pr.* †Si v.
31 constat ex libris vsurarii exhibitis iudici, à quibus sunt extortæ; tunc non possunt dici incertæ, sed debet restitutio fieri illis, à qui-
32 bus fuerunt extortæ. Anch. *d. consil.306. in princ.* †Proclama Episcopi, quod compareant ad docendum intra certum terminum, quo elapso fiet restitutio pauperibus, non afficit certas personas, quibus facienda est restitutio, si fuerunt absentes, infirmæ, vel impeditæ, alias secus; quia distributio facta pauperibus post terminum
33 liberat soluentem. Anch. *d. consil.306. n.2. & seq.* †Limita; quia debitor vsurarum cum iuramento compellitur soluere propter iuramentum, vt repetat *cap. debitores, cap. ad audientiam, el primo, de iureiur.* quod intellige, nisi esset absolutus à iuramento.

Vsurarius repellitur à iudicio, & quando secus, & quid de hærede vsurarii Concl.353.

1 USVRARIVS †ad hoc, vt repellatur à judicio, requiritur, quod constet ipsum esse vsurarium, & quod exegerit vsuras; q̄a vbi nulla est exactio vsuræ, ibi nulla restitutio. Lap. *alleg.52. in pr.* incip.
☞ *An oporteat.* Vide, *Excommunicatus quando repellatur à iudicio, vel non.*
2 *Concl.458.* †Declara tñ, q̄ licet non admittatur in judicio parte opponente, non tñ cōpellitur restituere vsuras ad instantiā tertii, sed
3 ex officio iudicis. Lap. *d. alleg.52. n.4. ver. primo cum hic.* †Amplia, vt procedat, q̄ exceptio vsuraria potest opponi contra eum, qui agit ad declarationem contractus vsurarii; quia si ipse agens allegatur vsurar⁹, & quod exegerit, & non restituerit vsuras, repellitur. Lap. *alleg.54. Quidam coram, in princ.* & maxime *n.2. ver. ad secundum, c. quia fruſtra, de vsur.* quod tñ restringit procedere solum, qñ is, qui excipit, petit vsuras compensari in sorte, alias non, sub *n.7. ver. sciendum*
4 *quod.* †Limita, quod licet exceptio vsurarum repellat agentem à judicio; non tamen repellit se defendentem; q̄a defensio est de jure naturali, q̄ non tollitur p quamcunq; exceptionem, *clem. pastor alis, de re iud.* Lap. *d. alleg.54. n.5. ver. de quarto*, & latius *n.7. ver. exceptionem*
5 *vsurarum.* †Extende limitationem, vt etiā vsurarius reus possit excipere contra vsurarium actorem; quia melior est conditio rei in pari causa turpitudinis. Bald. *consil.312. In causa Baptistæ, in princ. lib.5.*
☞ Vide, *Conditio melior cum sit in pari causa. Concl.603.* †Limita; q̄a ex-
6 ceptio vsurarum, vel quod quis sit vsurarius, non opposita ante litem contestatam, non admittitur post. Lap. *d. allegat.54. n.2.* vbi loquitur, qñ causa primo loco contestata, deinde compromissa, & p laudum extincta, actor prosequitur, non obstante laudo nullo; q̄a non potest excipi, q̄ sit vsurarius, si ante litem contestatam non
7 fuit exceptum. †Limita, coram iudice ordinario; quia exceptio vsurarum opposita contra agentem contra vsurarium non repellit, nisi duobus concurrentibus, videl. quod is, qui excipit, sit ille, cui sunt restituendæ vsuræ, & quod iudicium sit coram delegato, secus si coram ordinario. Lap. *d. alleg.54. n.2. ver. ad secundum, & n.3. & n.7. ver. sciendum quod ipse.* Rom. *consil.238. Pro habenda, n.11.* vbi post. *in v.*
8 *delegatum.* †Contrarium Rom. *consil.285. Omnia ad decisionem, per tot.*
9 *& sing.336. Capitulum.* †Limita; quia non admittitur hæc exceptio contra exequutionem testamenti eius, quem excipio fuisse vsurarium, & non præstitisse cautionem de restituendis vsuris, ☞ cedetur, non obstante exceptione, juxta not. *in clem. dispendiosa, de*
iud. Lap. *d. alleg.54. n.4. ver. vnde omnis.* †Limita, si excipiens, non agens interfecit testem, ne posset testari de vsuris exactis, ad
tiam testis. Lap. *alleg.54. n.4. ver. accuso Petrum.* †Limita, vt non vsurarum non competat, nisi ex conuentione sit vsurarius con-
ctus, alias autem, si quis fecerit depositum, & repetendo de-
tum adjecerit, q̄ petit vsuras pro tempore, quo retardabatur
tutio depositi, non potest excipi de vsura. Lap. *d. alleg.54. n.*
contractus. †Limita, qñ quis peteret vsuram, non tanq̄ vsuram,
tanq̄ interesse, vt si fidejussi pro te, & solui cum vsuris, cerce-
ptio vsurarum mihi non obstabit; quia non est vsura quoad
Lap. *d. alleg.54. n.9. ver. vbi est aduertendum.* †Limita, q̄ licet vsu-
repellatur in iudicio; tñ secus est extra judicium; quia imo de-
gans interim soluere peccat non restituendo, vel soluendo, q̄
bet. Lap. *alleg 52. n.4. in fin. ver. item colligitur, & n.5.* vbi, quod ip-
cat mortaliter. †Limita; quia hæres vsurarii ad hoc, vt repelle-
judicio, requiritur nedum, q̄ constet, quod pater, seu is, cuius
hæres, fuerit vsurarius, & vsuras exegerit, sed ēt quod hæres sci-
rit, & insuper, q̄ vsuras retineat adhuc; quia illas non restituit
cum sit crimen, non sufficit probatio præsumptiua. Lap. *d. alleg.*
incip. *An oporteat, ver. si excipiatur, circa princ. & quasi per tot.* †Limita,
quia hæres vsurarii manifesti agens non repellitur, licet vsurarius
bene repelleretur. Anch. *consil.244. Quia quæstio est dubii alias per.*
vbi, q̄ licet agat filius hæres, vel tutor ex contractu vsurario, non re-
pellitur. †Restringe limitationem, vt non procedat, si ageret ad
suras; quia sicut defunctus repelleretur; ita ēt hæres illius. Anch.
d. consil.244. n.9. †Adde tamen, quod excipiens contra vsurarium
vel hæredem ejus, debet proponere, & probare exceptionem
circumstantiis, videl. vbi, quando, cum quibus fuerit vsurarius,
pro quanto, vt possit condigna satisfactio fieri. Lap. *d. alleg.*
ver. primo cum hic fit, vbi, quod de certis fit restitutio parti, de
tis fit restitutio pauperibus, *clem. quia fruſtra, de vsur.* †Limita,
vsurarius non repellitur, neque heres, si petat solam sortem
palem; quia licet sit vsurarius, vel probetur vsurarius, non in
ritur iure cautum, quod non possit agere pro sorte principali
Im. *consil.85. In casu præmisso, ver. circa secundum.* †Limita, quando
hæredem non admittitur exceptio vsurarum, nisi hereditas
uendo; quia ēt si simpliciter sine inuentario adiuisset; tamen non
tenetur vltra vires hæreditatis; quia proueniunt ex delicto, & ita
actio non transiret ad hæredem regulariter, nisi esset expressum
dicium cum defuncto; tamen quod est inductum de jure Canon
co, vt hæres teneatur exonerare animam defuncti, procedit vsq;
ad vires hæreditatis in foro fori, & in foro animæ. Fed. de Sen.
sil.21. Nunquid hæres, per tot. maxime *in fin.* Anch. *consil.411. Et primo*
cie, n.9. vbi sequitur Fed. Vide, *Hæres non tenetur ex delicto defuncti, &*
quando secus. Concl.68. †Limita, quando hæres bona fide præsu-
pisset, quæ bona fides præsumitur; ideo si per 30. annos posset
non potest ipsi opponi exceptio vsurarum defuncti, nisi probetur
mala fides hæredis. Feder. de Sen. *consil.106. num.3. ver. item quæro.*

Vsurariorum pœnæ quæ sint. Concl.354.

POENA †vsurarum est arbitraria; quia possunt vsurarii torquer.
& pœna extraordinaria puniri. Clar. *in §. vsura, nu.5. ver. & ita*
infertur, & clarius *n.10. v. sed quæro.* † De jure ciuili non reputur pœ-
na, sed bene jure Canon. Cor. *consil.159. n.3. li 3.* plenius Rola Vall.
consil.75. per tot. vbi tollit omnia contraria, & ostendit hanc esse o-
pinionem Baldi, & veriorem. †Et quoad pœnam vsura est commu-
nis fori. Clar. *d. §. vsura, n.8. ver. hoc crimen.* †Secunda pœna est vsu-
rii manifesti, quia est infamis, & non potest testari, communiter
dicit Bero. *consil.207. n.8. lib.3.* †Tertia pœna; quia imo omnis vsu-
rarius ipso jure est infamis ēt in casibus, in quibus de jure ciuili
sura esset permissa, secundum* communem Clar. *d. §. vsura, n.1.*
punitur etiam. †Tres pœnas deducit Grat. *consil.49. nu.17. lib.2.* q̄
priuatur communione; item sepultura, item non admittitur ad o-
lationes fidelium, & de istis tribus pœnis est tex. *in capitulo in omnibus*
de vsur. †Pœna stellionatus potest puniri vsurarius. Corn. *consil.*
Videtur prima fronte, lib.3. †Contrarium Crauett. *consil.6. n.103. &*
vbi, quod ex quo vsura committitur contra scientem, & volentem
non potest subesse pœna stellionatus ex dolo, & quia potest dolus
purgari actione ciuili ex contractu, vide eum; quia multa allegat
licet protestetur nolle tueri vsurarios, sed quod pœna statuti puni-
antur, non autem de jure communi, & idem per omnia etiam Rol.
à Vall. *consil.75. nu.30. & seq. lib.1.* †Declara; quia si vsuræ non sunt
exactæ, cessat dolus, & pœna stellionatus; si vero sunt exactæ, bene
potest vsurarius puniri pœna extraordinaria. Bero. plene *cons.307.*
pro

per tot. lib.3. vbi pro vtraque parte allegat, & ita soluit *n.21. & 22. cum seq.* & idem Bero. plenius *consil.208. circa fin.* vbi, quod per præstationem fidejussoris non dicitur facta exactio. Vide Dec. *consil.160. circa fin.* vbi, quod nulla est pœna criminalis vsurarii, nisi sit manifestus. Vide plenius, *Vsurarius manifestus quibus pœnis puniatur. Conclus.* 343. Vide plene Ant. Gabr. *lib.7. tit. de crimin. Concl.20. Vsurarius an criminaliter puniri possit*, & concludit, quod sic per judicem Ecclesiasticum; quia pœna stellionatus puniri potest.

Vsuræ vsurarum non debentur, & quando secus. Conclus.355.

1 VSVRÆ † vsurarum non dantur, *l. improbum. C. ex quibus causis infam. irrog.* & sunt contra jus diuinum, Canonicum, & ciuile. Abb. *consil.64. Venio ad primum, circa princ. ver. quarto euidenter, lib.1.* † Sic etiam non dantur fructus fructuum, *l. videamus, an in omnibus, in fin. in princ. ff. de vsur.* † Ratio est; quia non datur multiplicatio specialium; nam speciale est, & contra naturam, quod detur vsura; quia pecunia non generat, sed p quandam fictionem hoc facimus; fictio autem causata num q̃ generat aliam fictionem; quia est impossibile nimis, sicut dicimus, ex tacito non potest causari aliud tacitum, plura exempla, & rationem adducit Decian. *consil.49. n.47.* 4 *& seq.* maxime *n.50. lib.2.* † Item; quia non datur accessionis accessio. Ruin. plene *consil.55. n.17. lib.2.* † Amplia; quia interesse alteri⁹ interesse regulariter non debetur, sicuti nec fructus fructuum. Ru- 6 in. *consil.55. n.11. lib.2.* † Limita; quia arbitri, & multo magis arbitratores pro bono pacis assumpti possunt condemnare ad interesse, & lucrum cessans, & valet condemnatio, licet veniat interesse alteri⁹ interesse, maxime inter mercatores. Abb. *cons.64. Venio ad primum, circa princ. ver. tertio facit, & ver. quarto euidenter*, juncta responsione, 7 quam facit *n.4. ver. ad tertium, lib.1.* † Limita; quia vsuræ vsurarum, & sic interesse alterius interesse debetur, quando primum interesse est principale, non autem accessorium, veluti si socius non communicauit lucrum, quod tenebatur communicare, tenetur etiam ad interesse lucri; quia primum lucrum est quid principale, secun- 8 dum accessorium. Ruin. *consil.55. De obligatione, lib.2.* † Contrarium tenet Cagn. *in l.1. C. de sent. quæ pro eo, quod interest*, vbi *n.46. in fin.* reprobat Ruin. & Dec. contrarium tenentes, & in specie Ruin. *consil.* 55. *lib.2.* vbi, quod jura allegata per Ruin. loquuntur in vsuris vsurarum, q̃ longe differunt. † Limita; quia vsuræ vsurarum debentur 9 Hebræis mutuantibus Christianis, si ita de facto obseruatur, vel est concessum; quia obseruantia facti releuat. Alex. qui ponit multa exempla, *consil.8. lib.6. per totum*, sequitur Cephal. *consil.549. n.* 90. allegat Socin. Jun. *consil.108. in princ. lib.3.* vbi dicit de facto ser- 10 uari. † Contrarium, quod imo talis obseruantia etiam immemorabilis non releuet, neque sit attendenda, dicit Couarr. *var. resolut. lib.3. c.1. n.8.* & in alio casu, quod cõsuetudo inducens peccatum et- 11 iam immemorabilis non releuet, late Crauett. *consil.314. n.5.* † Declara; quia de jure communis * opinio est Theologorum, & Canonistarum, quod non valeat aliqua consuetudo super vsuris, licet contrarium de facto seruetur. Clar. *§. vsura, num.7.* Vide, *Interesse alterius interesse non debetur, & quando secus. Concl.310.*

Vsuraria causa an ciuilis, & qualis sit. Concl.356.

1 CAVSA † vsurarum dicitur ciuilis, quando agitur ad interesse, arg. *c. tuæ, de procur.* Lap. *alleg.3. in fin.* vbi, quod ita consuluit Jo. de Regiis Aduocatus Florentinus, quod intellige causam vsurarum esse ciuilem ad differentiam, quod non est criminalis, non q̃ veniat comprehensiue causa vsurarum sub causa ciuili, vt in contrario p̃ximo, & quod dicatur ciuilis, non criminalis, q̃n intentatur pro in- 2 teresse priuato accusantis. Sign. *consil.275. n.3.* † Contrarium, quod imo causa vsurarum dicitur causa spiritualis, vel annexa spiritualibus, tenet Lap. *alleg.71. sæpe vidi, n.4. & 5. ver. modo ad propositum*, vbi, quod mandatum ad causas ciuiles non sufficit ad causam vsurarum etiam ciuiliter intentatam; quia spiritualis est, vel annexa, vt loquitur in princ. allegationis, sed tamen concordat; quia Lap. *alleg.3.* in fine dicit, quod est ciuilis ad differentiam criminalis, non autem p̃terea dicit esse ciuile ad hoc, vt mandatum ad causas ciuiles com- 3 prehendat eam. † Criminalis etiam dicitur causa vsurarum eodem respectu, q̃n directe, & principaliter agitur super crimine vsurarum. Lap. *alleg.71. n.8. ver. item quod in eo*, & vt puniatur vsurarius. Signor. *d. consil.257. n.3.* † Summaria, & ordinaria dicitur causa vsurarum ab intentione iudicis; quia in eo potest p̃cedere, prout vult. 5 Lap. *alleg.3. n.5. ver. item quia non est causa.* † Contrarium, q̃ imo causa vsuraria sit summaria, & in ea possit procedi contra absentem; q̃a litis contestatio in summariis non est necessaria, tenet idem Lapus *alleg.10. in primo & secundo dubio*, & quod sit causa summaria, & non requiratur litis contestatio. Lap. *allegat.55. num.2. ver. non obest.* Vide, *Vsuraria causa an sit fori Ecclesiastici, vel secularis. Concl. prox. seq.*

Vsuraria causa est fori Ecclesiastici, & non secularis, & quando secus. Concl.357.

CAVSA † vsuraria est fori Ecclesiastici, & non potest cognosci 1 per judicem secularem; quia spiritualis est. gl. *in clem. dispendiosam, de iud. in ver. vsuris.* Lap. *allegat.56. Reuerende Domine, in princ. ver. ad primam quæstionem*, vbi, quod opinio tenentium contrarium succubuit in obseruantiam, *& n.3.* dicit, quod istam opinionem, quod sit spiritualis, & de foro Ecclesiæ, sequitur Romana Curia, & in fine, quod Ecclesia Romana istud sentit, & practicat, & durum est contra stimulum calcitrare, & idem tenet *alleg.71. sæpe vidi, in princ.* & de hoc stylo Cutiæ, & quod Papa det litteras p̃ laico contra laicum, Jo. Andr. *c. Michael, de vsur. in princ.* Fed. de Sen. *consil.96. in princ.* qui dicit hanc communem * opinionem. Decius *consil.170. in fin.* vbi de * communi * attestatur, plene Rolan. à Vall. *consil.75. lib.1. per tot.* vbi, quod in tantum est fori Ecclesiastici, vt secularis non possit punire vsurarium, vide eum. Vide, *Iudex Ecclesiasticus quas causas trahat ad forum suum inter laicos. Concl.446.* † Amplia, vt multo magis spectet ad 2 forum Ecclesiasticum causa fictorum instrumentorum ad inducendas vsuras; quia agitur de periculo animæ. Lap. *alleg.56. ver. sed quicquid, n.3. vsq; in fin.* vbi, quod intelligunt omnes * Dd. juris Ca- * nonici. † Contrarium, quod imo, quando agitur de causa vsuraria, 3 videlicet an quis sit vsurarius, & an manifestus, vel non, possit cognosci p̃ secularem iudicem, arguendo pro hac parte fortiter Calder. *consil.117.* quod est *3. de iudic. & for. compet. in princ.* adducit multa, & confutat Jo. Monac. super *rubr. de vsur. in 6.* licet in fine postea adducat jura pro contraria, sed non soluit primo adducta, quod duplicatur *consil.512.* alias *14. de vsur.* plene Petr. de Anch. *consil.236. Inhærendo argumento, per totum*, vbi, q̃ nullam habet spiritualitatem, & quod per secularem potest cognosci, & seculari non debet Ecclesiasticus inhibere; & idem per omnia tenet plenissime Castillio. *cons.36. per tot.* vbi tollit contraria, & quod non valeat inhibitio Ecclesiastici, & idem Anchar. *in c. ea quæ, de Reg. Iur.* vbi, quod causa Ecclesiastica non est spiritualis, sed Ecclesiastica non mere. † Declara, 4 quia an causa vsurarum sit fori Ecclesiastici, an secularis, sunt opiniones; ideo standum est decisioni, siue juris Canonici, siue juris ciuilis, siue etiam juris municipalis; quia inter dubias opiniones valet lex municipalis; quia non est contra jus Canonicum. Fulg. *consil.146. Visis petitione, ver. in oppositum*, vide omnino Soci. distinguentem *in c. cum sit generale, col.6. in princ. de foro compet.* † Aliqui tenent, 5 quod quando agitur de causa vsuraria, videlicet de restitutione vsurarum, licet crimen sit Ecclesiasticum; tamen potest judex Ecclesiasticus inter Clericos, & laicus inter laicos cognoscere, & est locus præuentioni. Castillio. *d. consil.36. n.4. & 5.* allegat Ugonem, & Laurent. antiquos glos. ac Host. Goffred. Vinc. Bernar. ac Joan. Monach. † Aliqui tenent, quod electio sit actoris, qui passus est vsuras, an velit adire Ecclesiasticum, vel secularem. Castil. *d. consi. 36. n.10. & seq. & quasi per tot.* maxime, quando quæstio est facti abstracti ab omni spiritualitate, *nu.16. & seq.* † Usurarum cognitio potius 7 spectat ad Canonistas, quam ad Theologos; quia quando agitur de interpretatione juris diuini veteris vel noui impertinentibus ad moralem Philosophiam, pertinet ad Canonistas; quatenus v. tendat ad opera Christi, vel ad fidem, aut meram spiritualitatem, cognitio spectat ad Theologos. Alex. *consil.1. n.10. ver. & si aliqui. lib.* 2. Dec. *consil.111. Pro tenui, n.6. & 7.* vbi ita concludit ex mente Anch. & Jo. de Anan. & aliorum, quos allegat. Vide sup. *Vsuras Iudæis concedere non possunt Principes contra Christianos. Concl.338.* † Contrarium, 8 quod imo spectet ad Theologos, tenet Corra. *de contract. quæst.49.* quem citat, & allegat apostill. ad Alex. *d. consi. 1. n.10. in ver. Theologia, lib.2.* † Declara, vt per Card. Zabarell. *in clem. un. de vsur. quæst. 18. n.19.* 9 quod si quæstio est, an contractus sit vsurarius, cognitio est Ecclesiæ, & sic habet generalis obseruantia: si vero non litigatur, nec controuertitur, an sit vsura, sed an aliquid sit factum, vel ne, vt quia debitor dicit, quod non recepit integram summam; quia partem confessus est in fraudem vsurarum; tunc istud factum, an sit verum vel ne, potest cognosci per secularem, allegat Bart. *in l. Titia. ff. solut. matr. & in l. quoties. C. de iud.* hanc distinctionem ponit Fed. *consil.96. Apparet, n.2. ver. super hoc videtur*, allegat Paul. de Eleaz. *in clem. 1. de vsur.* & Jo. Andr. *in c. tuam, de ordin. cognit.* & Lap. *in addit. ad consil. Feder. 245. in fine, ver. simile, quod nor.* & eandem videtur tenere Calderin. *consil.117. in princ.* alias *3. de iudic. & foro compet.* quod duplicatur *consil.512.* alias *14. de vsur.* Gem. *consi. 20. in princ.* dicit hanc * communem, quod secularis non cognoscit, an contractus sit vsurarius, vel non, *& consil.77. num.2. ver. sed istud statutum*, vbi, quod statutum

laicorum contra vsurarium debet intelligi secundum potestatem laicorum de vsura facti, non juris. Bald. *consil.* 322. *Vtrum post triginta, lib.* 1. *& consil.* 161. *Casus super quo, n.* 11. *lib.* 2. Bald. *consil.* 443. *in fin. lib.* 3. & pro ista parte, q̃ secularis non possit cognoscere, an contractus sit vsurarius, gl. *in clem. dispendiosã, de vsur.* Paul. de Eleaz. *in clem. grandi, de vsur.* Bart. & Bald. *in l. Titia. ff. solut. matr.* & quod si quæstio est juris, nunq̃ cognoscat secularis; secus, si quæstio est meri facti. Castr. *consil.* 2. *col.* 2. *ver. sed in causa vsuraria, lib.* 2. *n.* 2. vbi apost. dat plures conc. & plenius Castr *consil.* 109. *n.* 2. *ver. quantum vero. lib.* 2. *per tot.*

10 Abb. *cons.* 64. *Venio ad primum, n.* 4. *ver. ad tertium, lib.* 1. †Contrarium de directo tenet Castill. *d. consil.* 36. *n.* 10. *& seq.* vbi, quod electio est ejus, qui passus est crimen vsurarum agere, vel coram ecclesiastico, vel seculari, & probat hoc modo; quia si non esset crimen Ecclesiasticum, non posset Ecclesiasticus inquirere laicum, & gl. *in d. clement. dispendiosam*, q̃ allegatur pro declaratione, probat contrarium, quia dicit, q̃ si causa est coram Ecclesiastico, est summaria, sed non negat, q̃ coram seculari non possit introduci; imo hoc supponit

11 affirmatiue. †Declara; quia si quæstio est juris, an contractus sit vsurarius, vt quia ius dubium esset, & si sumus in jurisdictione contentiosa, spectat ad solum Ecclesiasticum; & idem, si quæstio esset de jure, & de facto simul; secus in iuri dictione voluntaria, quia ét ad laicum spectare potest; si v. sumus in quæstione facti habentis annexam spiritualitatem, adhuc ratione connexitatis videt Ecclesiasticus; si v. factum est abstractum ab omni spiritualitate; vt qa constat ex facto illo pignoratitio, vsuram esse commissam, & solutam; tunc secularis potest cognoscere. Castill. *d. consil.* 36. *nu.* 12. *&*

12 *seq.* maxime *num.* 21. *& 24. ver. breuis igitur.* †Contrarium imo, q̃ siue causa vsuraria sit juris, siue facti quæstio semper spectet ad Ecclesia-

13 sticum. Bald. *in l. quoties. C. de iud.* †Pro contrario tenet Lap. *alleg.* 70. *sæpe vidi, in princ.* quod indistincte vbicunq; petuntur, vel repetuntur vsuræ, causa est vsuraria, & spiritualis, & q̃ opinio tenentium contrarium, quod solum sit spiritualis, q̃n agitur, an sit vsura, vel ne,

14 succubuit. † Declarat Castr. *d. consil.* 109. *n.* 2. *lib.* 2. quod vera est opinio Baldi, quod étsi sit quæstio facti, spectet nihilominus ad Ecclesiasticum actore volente, qui passus est vsuras; quia potest conuenire, vel coram seculari, vel Ecclesiastico, prout elegerit, prout in aliis criminibus mixti fori, & rationem adducit; quia licet, q̃n agitur de causa, an sit vsura, vel ne, sit spiritualis; tñ si agitur de crimine, vt quia clarum est, q̃ est vsura; tunc est mixti fori illud crimen, & sic facti quæstio, & ostendit; quia duo tñ crimina sunt Ecclesiastica mere, q̃ per solum Ecclesiasticum cognoscuntur, videl. hæresis & simonia, alia omnia sunt quidem Ecclesiastica, sed non mere,

15 imo mixta. †Bene fatetur Castr. *d. consil.* 109. *n.* 2. *ver. & ita videmus, lib.* 2. quod étsi quæstio sit facti tñ, quod est, quando agitur contra mortuum ad repetendas vsuras, vt plurimum agitur coram Ecclesiastico, & q̃ Ecclesiastici sibi appropriauerunt hanc iurisdictionem ét in quæstione facti à tanto tempore citra, quod non est memoria in contrarium, sed propter hoc non tollitur, quin repetens vsuras in quæstione meri facti, possit etiam coram seculari agere,

16 si el. gat agere coram seculari, & in fine dicit communem. †Declara secundo, quia si agatur de cognitione, an quis sit vsurarius, vel non, & de hoc controuertitur, cognitio spectat ad Ecclesiasticum, si v. concordant de vsuris, sed de quantitate discordant, potest seculari esse iudex; si a. non agitur de qualitate personæ viuentis, sed mortui, vt qa dicitur, testamentũ mortui non valere; quia erat vsurarius, & potest iudex secularis cognoscere principaliter super nullitate testamenti, & incidenter super eo, an esset manifestus vsurarius, vel non, Bald. *consil.* 17. *Factum, super quo consilium exposcitur, in pr. lib.* 1. vbi, q̃ cautius est agere coram Ecclesiastico, hoc vltimo casu, & quod sit fori Ecclesiastici, quando agitur, an quis sit vsurarius, vel non. Bald. *consi.* 311. *Quidam Thomas, n.* 4. *ver. venio ad tertium, lib.* 2.

17 Rol à Vall. *consil.* 75. *n.* 36. *& seq. lib.* 1. †Declara; quia si quæstio est facti meri, iudex est secularis, & potest fieri compromissum in laicos. Castr. *consil.* 210. *Visis, & ponderatis, inpr. lib.* 2. vbi, quod ita Bart. *in l. Titia. ff. solut. matr.* & fuit opinio originalis Paul. de Eleaz. *in clem.*

18 *i. de vsur.* †Declara; quia si est quæstio juris Canonici, bene spectat ad Ecclesiasticum; secus si esset quæstio iuris secularium; puta qa statutum induceret vsuras certis casibus; qa ex quo statutum non valet, non potest inducere causam spiritualem; ideo in casu statuti secularis est iudex, maxime, si iam pronunciauit non esse vsuram ét sine absolutione à iuramento, quando pars remisit iuramentum.

☞ Castr. *d. consil.* 210 *per tot. lib.* 2. Abb. *in* 2. *quæst. stante statuto, n.* 12. Vide,

19 *Statutum circa vsuras non valet, & quando secus. Concl.* 690. † Et quod causa vsurarum sit fori Ecclesiastici, & non secularis, communem*

* dicit Couarr. *variar. resolut. lib.* 3. *c.* 3. vbi, quod omnes* ita tenent, sequitur Clar. *in* §. *fin. quæst.* 37. *in princ.* late Roland. à Vall. *consil.* 75.

20 *lib.* 1 *per tot.* maxime *n.* 36. *& seq.* †Extende, etiamsi agatur de restitutione vsurarum inter laicos; quia Ecclesiasticus est judex solus secundum* communem, & ita seruari. Clar. *d. quæst.* 37 *n.* 2. vbi allegat Alber. *in rubr. de vsur. n.* 5. & Lap. *alleg.* 56. *Reuerende Domine. Item cum sit generale, n.* 6. *de for. compet.* †Extende, vt neque secularis possit incidenter cognoscere de vsura. Alex. *in l. quoties, post nu.* 4. *vers. gloss. C. de iudic.* vbi dicit* communem, sequitur Clar. *d. quæst.* 37. *n.* 2. † Contrarium, quando agitur incidenter de vsura, communem dicit Guid. Pap. *consil.* 180. *n.* 2. Clar. *d. quæst.* 37. *n.* 2. *in fin.* †Extende, quia etiamsi per modum exceptionis opponatur de vsura, non potest iudex secularis statuere terminum opponenti, vt debeat coram Ecclesiastico probare exceptionem. Clar. *d.* §. *fin. q.* 37. *nu.* 2. *in fin. quinimo.* †Et quod vera & communis sit opinio tam Legistarum, quam Canonistarum, quod si agitur de vsura ciuiliter cognoscenda, cognitio sit Ecclesiastici; si v. non controuertitur vsura, sed quæritur, an sit facti, quod sint vsuræ, possit judex secularis cognoscere. Jul. Clar. qui infinitos citat de* communi attestantes *d.* §. *fin. q.* 37. *n.* 2. *vers. ad loquimur.* †Declara; quia causa vsuraria, siue sit fori Ecclesiastici, siue secularis, semp debet judicari secundum jus Canonicum quoad hoc ius ciuile annullatur; & hoc, siue sit in prima, siue in quacunq; instantia, ita Bald. *consil.* 141. *Præmisso, n.* 5. *ver. quarto præmittendum, lib.* 1. Castill. *consil.* 36. *n.* 10. †Et quod causa manifesti vsurarii, qua *in c. quanquam, de vsur. in* 6. spectet ad forum Ecclesiasticum non autem ad forum secularem, Bald. *consil.* 311. *Quidam Thomas, n.* 4. *ver. venio ad tertium, lib.* 2. †Quando autem dicatur quæstio mere facti dicas, quando non contenditur, an contractus sit vsurarius, sed solum vsurarium supponunt, sed agitur, an, & quantum exegerit, vel ne, & quantum debeat restituere. Castr. *consil.* 2. *nu.* 2. *ver. sed in vsuraria, lib.* 2. Alex. plene, vbi citat plures, *consil.* 9. *Præmitto, n.* 2. *in fin. & nu.* 3. *ver. præterea non videtur verum, lib.* 4. †Item dicitur quæstio facti, quando partes concordant in jure, sed non in facto, vt dicitur contractus vsurarius; quia mutuauit pecunias, & tenet pignus, sed facta est venditio cum pacto redimendi; nam fatentur partes, q̃ si esset mutuũ, & pignus esset vsura, sed conuenerunt de mutuum, & pignus, & dicit veram venditionem, dum conuenitur super facto, est quæstio facti. Castr. *consil.* 109. *n.* 3. *vsq. in fin.* †Mihi videtur, quod ista sit verbalis, non essentialis distinctio, quia ex facto jus oritur, & hoc modo semp iudex secularis cognoscit; quia semper quærimus factum, vt jus applicetur; nam dempto eo, quod ista sit quæstio facti, ad quem finem, certe, vt dicamus ad quæstionem juris; sed si laicus est judex in facto, & Ecclesiasticus in jure, non est, nisi de vna causa facere duos judices, & continentiam diuidere; quia si verificetur in facto, quod fuit mutuum, & datum in pignus, necesse habet pronunciare secularis super facto, quod sit vsurarius, & ad eum non pertinet, etiam quod partes concordent; & è conuerso, si probetur venditio, pronunciabit non esse vsurarium contractum, & absoluere, & hoc non potest facere; quia incapax est hujus cognitionis; ad quem igitur finem facimus ejus judicem in quæstione facti, nisi vt causæ terminentur? † Et propterea non crederem secularem posse cognoscere de vsura, aliquo modo, nisi, quando de mero facto penitus separato ab omni cognitione vsurarum ageretur, puta, agit vsurarius contra debitorem, opponit, quod contractus est vsurarius, debet adiri judex Ecclesiasticus, & postq̃ fuerit facta declaratio, quod sit vel non sit vsurarius; quia tunc solum agitur post declarationem de mero facto, potest adiri secularis, sed ante non; quia ante non potest dici, quod agatur de mero facto, quando contenditur de facto, ex quo jus debet resultare, & ita reperi postea tenere in terminis Christoph. Castill. *consil.* 36. *nu.* 12. *& seq.* maxime *n.* 21. *& 24. ver. breuis igitur.* † Amplia, vt in tantum causa vsurarum sit fori Ecclesiastici, vt etiã judex Ecclesiasticus possit inhibere judici seculari. Lap. *allegat.* 56. *in fin. ver. videte precor.* † Amplia; quia judex Ecclesiasticus est cognitor causæ vsuratiæ, quando agitur, an contractus sit vsurarius, in tantum, quod secularis nullo modo potest cognoscere post lapsum 30. annorum; quia non præscribitur contractus vsurarius. Bald. *consil.* 322. *Vtrum post* 30. *annos, lib.* 1. † Amplia in tantum vsurariam causam, quando agitur de prohibendis, & puniendis vsurariis, esse fori Ecclesiastici, vt non possint Principes seculares habentes plenitudinem potestatis habilitare vsurarium manifestum, vt possit testari contra dispositionem *c. quanquam, de vsur. in* 6. Bald. *consil.* 334. *Præmittendum est, lib.* 2. *in princ.* † Amplia in tantum causam vsurarum, quando agitur, an sit vsura, vel non, cognoscere per Ecclesiasticum, vt non valeat prorogatio, & consentiri ambarum partium in judicem secularem. Castr. *consil.* 2. *in fin. præterea tunc. lib.* 2. vbi, quod est incapax secularis, & vbi non est prorisdictio, seu imperium, non cadit prorogatio, & idem in causa vsurarum repetit *consil.* 109. *colum. final. ver. certe ista est quæstio, lib.* 1. Amplia; quia de consuetudine generali semper recurritur ad Eccle-

eclesiasticum, vbi contractus dicitur vsurarius, non obstante compromisso, laudo, sententia, vel transactione, super ipso instrumento factis; quia Ecclesiasticus inhibet. Bald. *consil.* 4. 5. *Videamus si ex iure. lib.* 3. vbi *n.* 2. dicit ita de consuetudine generali seruari. † Amplia; etiamsi cognitio sit commissa Episcopo circa articulum vsurarum; quia licet Episcopus remittat causam ad judices competentes non cognito de vsura, adhuc seculares judices, qui habent jurisdictionem, præterq̃ in causis vsurarum, non possunt cognoscere, & si procedunt, processus est ipso jure nullus. Bald. *consil.* 275. *Præmisso statuto. per tot. lib.* 5. † Amplia; quia posito an contractus sit vsurarius, vel ne, sit quæstio facti; tamen secularis de eo non cognoscit, vsura an sit, vel ne, & sententia lata super vsurario contractu per secularem est nulla. Fulg. *consil.* 133. *in fin.* † Extende; quia imo, si incidat quæstio incidenter vsurariæ prauitatis, debet articulus incidens remitti Ecclesiastico, qui potest inhibere seculari. Bero. *consil.* 210. *n.* 6. & *seq.* maxime *n.* 13. *lib.* 1. † Restringe, quando causa esset summaria coram seculari; quia non remittit; secus, si ordinaria. Bero. *consil.* 211. *n.* 8. *lib.* 3. † Restringe, quando esset calumniose opposita vsura. Bero. *cons.* 211. *in fin. lib.* 3. † Limita; quia bene potest secularis judex imponere pœnam vsurario, & illam punire in supplementum facta pronunciatione per Ecclesiasticum, quod sit vsurarius, & ita soluitur, quod dicitur in contrarium, quod iudex secularis punit; quia non tñ cognoscit, an quis sit vsurarius, ita Cald. *consil.* 117. *in fin. ver. nec obstat*, alias 3. *de iud. & for. compet.* quod duplicatur *consil.* 512. alias 14. *de vsur.* † Et quod si agatur criminaliter contra vsurarium, possit tam Ecclesiasticus, q̃ secularis punire, & procedere, & in hoc nullam esse difficultatem, & ita practicari, dicit idem Clar. *d.* §. *fin. q.* 37. *n.* 2. *ver. tu vero breuiter*, vbi, quod contraria procedunt, qñ agitur ciuiliter, & de vsura principaliter; secus, si quæstio sit facti ciuiliter, vel de pœna agatur, & rationem adducit Castr. *consil.* 109. *n.* 3. *col. fin. lib.* 2. quia duo tantum crimina sunt mere Ecclesiastica, videl. hæresis, & simonia, q̃ a solo Ecclesiastico possunt puniri; alia omnia licet sint Ecclesiastica; non tamen mere Ecclesiastica. † Imo apost. ad Clar. *d. quæst.* 37. dicit, quod quando agitur de pœna contra vsurarium, licet sit punitus p Ecclesiasticum, poterit etiam puniri per secularem, & dicit* communem allegando Alciat. *in c. perniciosam, n.* 8. *de offic. ordin.* ita de* communi attestantem. † Istud est somnium; quia de jure ciuili nulla imponitur pœna vsurario, vt dicit Dec. *consil.* 170. *in fi.* nisi sit manifestus vsurarius, & quod tunc, quando fuit punitus per Ecclesiasticum pœna Canonum, possit secularis iterum punire, non accommodatur rectum iudicium, ex quo posset dici delictum Ecclesiasticum de jure Canonico introductum non posse per secularem puniri, nisi vt exequutorem Canonum; ergo nugatoria quæstio. † Et quod vsura sit fori Ecclesiastici, qñ agitur de cognitione iuris, communem* dicit idem Clar. *in* §. *vsura. n.* 8. *v. hoc crimen*, si vero agitur quoad factum, vel quoad pœnam, est mixti fori. † Limita igitur, quando principaliter agitur de testamento, an sit nullum, vel validum; quia testator erat vsurarius manifestus; quia incidenter secularis poterit cognoscere, an fuerit vsurarius manifestus, vel non. Bald. *consil.* 17 *col.* 1. *in fin. ver. quandoq; non agitur de qualitate, lib.* 1. vbi tamen, quod cautius est adire hoc casu Ecclesiasticum. † Limita, qñ agitur de cognoscendo etiam principaliter, an Judæus sit vsurarius, ad effectum, vt instrumentum, vel laudum non habeat exequutionem; quia potest cognosci, & probari tam coram Ecclesiastico, q̃ seculari. Bald. *consil.* 3. *Per statutum, n.* 5. *ver. sed quæritur, lib.* 2. † Limitat Alex. *consil.* 9. *Præstantissime, in fin. ver. nec obstat, lib.* 4. quia lata sententia super exequutione instrumenti, quod postea fuit vsurarium dictum coram Ecclesiastico, licet Ecclesiasticus inhibuerit; si tamen deserta est instantia appellationis, & judex secularis pronunciat instantiam desertam, valet sententia; ego non credo verum; quia non potest currere instantia appellationis, ex quo incidens de vsura debet præmitti, prout dicimus, q̃ pendente causa attentatorum non currit instantia. † Limita; quia licet secularis non possit cognoscere principaliter, an contractus sit vsurarius, vel non; tñ bene potest cognoscere, an sit simulatus, puta pignoratitius, & potest pronunciare contractum simulatum principaliter, & valet sententia, etiamsi dicat, & consequenter pignoratitium, & vsurarium; quia sententia subsistinetur super simulatione. Bald. *consil.* 346. *Proponitur, quod coram, lib.* 3. & idem dicit Bero. *consil.* 209. *num.* 26. *lib.* 3.

Vsuraria causa habet multa specialia. Concl. 358.

1 VSVRARIA † causa habet hoc speciale, quod si ego agerem contra te, vt computes fructus in sortem principalem, tanq̃ quod contractus sit vsurarius, possum repelli per exceptionem, quod pariter ego sum vsurarius, & sic speciale est, quod qui deliquerit in legem circa vsuras, puniatur in hoc, ne juuetur auxilio legis. Lap. *alleg.* 55. *Quidam coram iudice. n.* 2. *in fin. ver. ad secundum dicitur, & n.* 3. per *c. quia frustra, de vsur.* vbi declaratur. Inn. *in c. intelleximus, n.* 4. *de adult. ver. sed obijcies.* Gemin. *consil.* 58. *per tot.* vbi in fine, quod auditur vsurarius, non obstante exceptione, quando præstat cautionem de restituendis vsuris. † Declara; quia procedunt prædicta in iudice delegato, prout loquuntur *c. quia frustra, &c.* Michael, *de vsur.* secus in ordinario; quia non obstat hæc exceptio. Lap. *d. alleg.* 55. *col.* 4. *ver. de tertio patet*, sequitur Rom. *consil.* 238. *Pro halenda, nu.* 10. *in fin. cum seq. ver. postremo superest*, vbi apost. *in ver.* 156. dat concord. pro vtraq; parte. † Non requiritur litis contestatio; quia causa vsuraria est summaria, *clemen. sæpe, de ver. signific.* Gemin. *consil.* 58. *in princ. ver. in contrarium.* † Potest procedi per inquisitionem etiam criminaliter contra vsurarium. Bald. *consil.* 82. *Factum proponitur, quod quidam, in fin. ver. illud est notandum. & consil.* 83. *in princ. ver. præterea in vsuris, lib.* 1. † Extende; quia etiam ex puro officio, & nulla fama præcedente potest inquiri contra vsurarium ad effectum restitutionis vsurarum. Bald. *consil.* 220. *Ad euidentiam, lib.* 3. *in princ.* † Extende, vt etiam post mortem vsurarii possit contra eum procedi per inquisitionem. Calder. *consil.* 513. alias 15. *de vsur.* Feder. de Sen. *consil.* 8. *ver. nec obstat.* † Secundum jus Canonicum debet terminari vsuraria causa in omni instantia, & in omni foro. Bald. *consil.* 141. *Præmisso verbis, n.* 5. *ver. quarto præmittendum. & consil.* 153. *Nouum dubium. in fin. lib.* 1. † Transactio, laudum, sententia, neq; alia conuentio admittitur in fraudem vsurarum, quin de vsurario contractu dici possit coram iudice Ecclesiastico. Bald. *consil.* 455. *Videamus, si ex iure, num.* 2. *& seq. ver. in contrarium, lib.* 3. † Probatio per testes reprobata circa defectum causæ instrumenti potest fieri p testes, quando defectus causæ instrumenti allegatus est; quia dicitur contractus vsurarius. Bald. *consil.* 322. *In causa Baptistæ, n.* 2. *lib.* 5. quia odio vsurarum est speciale, quod quælibet probatio admittatur. † Dominium retum non transit in vsurarium secundum* communem Theologorum, & Canonistarum. Clar. *in* §. *vsura. n* 12. *ver. præterea.* Vide, *Lex quando præbeat auxilium ei, qui in eandem legem committit, vel non. Concl.* 271. Vide, *Vsura odiosa, & habet multa specialia. Concl.* 344. Vide supra, *Vsurarius qualiter compellatur restituere vsuras. Concl.* 349.

Vsurarii bona an sint hypothecata pro vsuris restituendis. Concl. 359.

BONA † vsurarii sunt hypothecata pro vsuris extortis debenti recipere dictas vsuras extortas, gl. *in c. quanquam, in ver. paupertas, de vsur. lib.* 6. & ita consuluisse Jo. Andr. asserit Lap. *allegat.* 75. *Quæro, an res, num.* 4. *ver. sed huius occasione*, vbi, quod ita etiam fuit consultum per multos Dd. Bonon. & sic obtinuit d. Benciuen. Aduocatus Florent. & sic etiam iterum fuit obtentum. Lap. *alleg.* 126. *in fin.* vbi, quod sic obtinuit, & quod sint obligata bona vsurarii, Federic. de Sen. *consil.* 125. *in princ.* & Joan. Andr. *in c.* 2. *de vsur. lib.* 6. quem citat idem Feder. *consil.* 221. sed tamen Federic. contrarium videtur tenere ibi, hanc partem tenet Bald. *consil* 118. *num.* 2. *ver. & scias, lib.* 1. vbi, quod de æquitate Canonica hæc seruatur, ne detur materia fraudandi vsurariis. Io. dè Imo. *consil.* 43. *n.* 2. † Contrarium tamen refert tenere eundem Io. Andr. *in c. tua nos, in* 1. *gloß. in nouella de vsur.* quia si esset verum, esset sopita quæstio, an per cautionem præstitam ab vsurario de restituendis vsuris sit liberatus; quia si bona sunt hypothecata, nihil adderet cautio, ita Lap. *d. alleg.* 75. *n.* 4. licet ipse dicat contrarium fuisse obtentum. Feder. de Sen. *consil.* 63. *n.* 3. *ver. præterea*, idem Feder. *consil.* 221. allegat pro hac parte Specul. & Archid. *in c. de vsur. lib.* 6. sed ipse nihil firmat, & pro contrario allegat Joan. Andr. ibidem; tamen videtur tenere pro ista, tanquam in opinione vltimo recitata. Bald. *consil.* 68. *Punctus quæstionis, lib.* 4. vbi sequitur Fed. de Sen. *consil.* 63. hanc communem* dicit Neguſ. *in tract. de pignor. in* 4. *membr.* 6. *part. num.* 55. † Declara, vt per Calder. *consil.* 476. alias 2. *de donat. inter vir. & vxor.* vbi distinguit, quod si bona sunt soluta pro vsuris, eadem bona sunt tacite hypothecata, sed si pecuniæ sunt solutæ, etiam si ex eis sint bona empta, non sunt tacite hypothecata, vbi, quod hoc non bene probatur de iure, quod sint hypothecata, & idem repetit *consil.* 499. alias 1. *de vsur. & consil.* 506. alias 8. *eodem tit.* † Uxor igitur concurrens in bonis mariti pro dote sua cum repetentibus vsuras præfertur. Calder. *consil.* 476. alias 2. *de donat. inter vir. & vxor.* quod duplicatur 506. alias 8. *de vsur.* † Extende, quia mulier dotata à patre vsurario præfertur in dote habita creditoribus vsurariis anteriotibus; quia contra mulierem vsurarius non habet hypothecata bona tacite pro vsuris. Federic. de Senis *consil.* 63. *Quidam vsurarius, per totum.* † Extende, vt procedat, etiamsi omnes contractus aui, vel patris, qui filiam dotauit, fuissent declarati vsurarii; quia præfertur filia, vel neptis in dote habita

habita creditoribus vsurarum etiam anterioribus, quia in præjudicium dotis non habent tacitam hypothecam. Bald. *consil.* 68. *Punctus*
7 *quæstionis, lib.* 4. †Amplia, quæ vsurarius, qui accepit bona in emphyteusim, & cum vsuris ædificia fecit, mortuo sine descendente, licet emphyteusis deuoluatur ad Ecclesiam cum ædificiis; tamen videtur, quod teneatur restituere vsuras, ne cum aliena jactura locupleta-
8 tetur. Joan. de Imol. *consil.* 43. *in fin.* †Extende, maxime, quando vna cum bonis emphyteuticis vsurarius recognouit etiam bona aliena ab Ecclesia; quia quoadea, & ædificia satisfieri debet illis, qui vsuras soluerunt. Jo. de Imol. *d. consil.* 43. *per totum.*

Vsuræ, cambia, & interesse licita quando dicantur, & quando non. Concl. 360.

1 VSVRÆ, cambia, & interesse debentur ei, cui non fuit facta solutio, ꝓmissa in termino, vtpote si creditor aliam pecuniam fuit coactus recipe ad vsuras, cambia, & interesse; quia tractat de damno vitando, plene Rom. *consil.* 101. *Proposita consil. arions, per tot.*
☞ vbi ponit plura exempla, & ibi apost. *in ver. resarcire.* Vide, *Cambia, &*
2 *recambia mercatorum quæ, & an licita. Concl.* 11. † Amplia, vt procedat etiam in omni casu, in quo contrahens non impletur mihi factum; vel contractum; nam si emiàte fundum ꝓ centum, & teneris mihi tradere, & ego accepi 100. ad cambia, vel vsuras, vt soluam, & impleam, & tu sis morosus, teneris mihi ad vsuras, & cambia, quæ passus sum culpa tua. Rom. *d. consil.* 101. *n.* 2. *ver. tertio idem probatur*, al-
3 legat casum *in l. Lucius Titius accepta pecunia. cum l. seq. ff. de action. empt.* † Amplia; quia cambia sunt licita in mutuo facto de loco ad locum, puta si ego existens Januæ mutuo tibi Alexandriæ in Ægypto scuta centum, possum recipere pro interesse meo, quia existens Januæ soluo Alexandriæ 10. pro centenario, vel quid simile. Cald. *consil.*
4 509. alias 11. *de vsur. per tot.* † Amplia; quia hodie licet ex mora non debeantur vsuræ, bene debetur interesse etiam de jure Canonico, quod tamen debet probari per testes. Abb *consil.* 7. *Tria. col.* 3. *ver. ve-*
5 *nio ad tertium, per tot. lib.* 2. † Limita; quia vbicunq; sortem principalem vult cambiator esse saluam, cambia sunt illicita; quia solum exigi possunt ratione rifici, & periculi sortis principalis, ita plene
6 Rom. *consil.* 230. *Pro habenda, n.* 6. *& per tot.* vbi apost. dant conc. † Limita; qa vsuræ non debentur ei, qui soluit ꝓ me debitum meum, si vt solueret sine mandato meo recepit pecunias ad vsuras; quia si soluit vsuras ignorante eo, pro quo soluit, non debentur, *l. si quis negocia ff. de neg. gest.* quia non videtur vtiliter gessisse, *l. sed an vltro. ff. eo-*
dem, aut soluit sciente, & patiente debitore, & idem, quia imputandum est vltro soluenti; aut soluit debitore sciente, & mandante, & non repetit, si non adest iuramentum; quia soluens non tenebatur sine juramento; ideo si non opposuit, sibi imputet. Abb. plene *con-*
7 *sil.* 7. *Tria, col. ver. venio ad tertium, lib.* 2. †Extende; vt procedat, etiam si negocia gerens fuisset ipse compulsus soluere vsuras; quia non
8 repetit. Abb. *d. consil.* 7. *colum.* 3. *in fin. ver. quinimo, lib.* 2. †Limita; quia nunquam debentur vsuræ ei, qui vt pro me solueret, ad vsuras suscepit pecunias, & soluit, quando ipse mihi erat in aliquo debitor; quia pro ea rata nullæ currunt vsuræ. Abb. *d. consil.* 7. *col.* 3. *in fin. ver.*
☞ *præterea posito, & col.* 4. *in princ. lib.* 2. Vide, *Vsurarius contractus non præ-*
sumitur, & quando secus. Concl. prox. seq.

Vsurarius contractus non præsumitur, & quando secus. Concl. 361.

1 CONTRACTVS †non præsumitur, neq; judicatur vsurarius ex eo solo, quod is, cum quo fuit factus contractus mutui, tempore contractus, & ante erat publicus vsurarius, & ideo ex hoc solo non potest condemnari; quia præsumitur pro contractu. Calder. *consil.* 504. alias 6. *de vsur.* vbi pro vtraq; parte, & tandem sic distinguit, ꝙ non judicatur vsurarius contractus ex hac præsumptione sola, nisi aliter probetur, & idem tenet Castr. *consil.* 66. *in fin. ver. nam & publici, lib.* 2. vbi, ꝙ publici vsurarii possunt contrahere valide, & idem repetit *consil.* 114 *In causa, qua, lib.* 2. & pro hac parte Cyn. *in l.* 1. *C. de probat.* vbi Bald. & alii Archid. *c.* 2. *de vsur. in* 6. quia ex actu difformi non infertur; quia licet tempore mutui exerceat vsuras; non tñ mutuum est vsura. Rom. *consil.* 419. *In primis, in fin. & consil.* 423. *Pro*
2 *plenori, n.* 12. *ver. si autem non constaret.* †Et idem in contractu simula-
☞ to. Vide, *Simulatio non præsumitur. Concl.* 259. †Contrarium, quod i-
3 mo is, qui ꝓbatur vsurarius publicus tempore mutui, ante, & post præsumatur mutuasse sub vsuris, quando concurrunt aliqua indicia, quod etiam mutuum fuerit sub vsuris, expresse tenet Abb. *consil.* 113. *Tria sunt, n.* 3. *v. sed ijs non obstantibus, lib.* 2. vbi adducit plures conjecturas, quia ipse dedit cautionem in articulo mortis de restituendis vsuris, probatum est, quod mutuabat sub vsuris paciscendo super grano consignando, cum non esset mercator grani, & prout-
tens granum non solebat illud vendere, ex istis probatur vsu-
rius; quia alias si exigeretur plena probatio, nunquam contin-
rentur de vsura, & loquitur etiam, quando mutuauit contingen-
neo, & sic in fortioribus. Vide plene Mascard. *Conc.* 443. *Conclu-*
sionis, n. 5. *& seq. ver. probari*, vbi pro vtraque allegat, & compl-
etiamsi Notarius, & proxeneta soliti interuenerint, & limitat
declarat, vide eum. †Declarat Abb. *d. consil.* 113. *lib.* 2. *col.* 2. &
quando probatur certa species contractuum vsurariorum ne-
lita cum aliis per vsurarium, prout quod mutuabat pro emen-
grano à personis non habentibus granum venale, numquam
mutuans esset mercator grani, eo ipso, ꝙ mutuum est in hac spe-
factum, probatur contractus vsurarius, & reddit rationem, qua
animalibus brutis inspicitur eorum consuetudo, *Inst. de rer. divi-*
in ijs autem, & quia argumentum à solitis probat etiam ad effectum
sententiæ in ciuilibus *c.* 1. *de cleric. non resid.* & ibi Jo. And. †Et idem
quia ex eo, quod solitus non est fœnerari, contractus est licitus, si-
men si lucrum intercedit, efficitur de vsura suspectus contractus.
Rom. *consil.* 423. *n.* 12. *ver. vsura dubitatur*, vbi apost. *in ver. præterea*, &
allegat Crauett. *consil.* 73. *Dicendum, nu.* 9. & alios. †Regula, quod in
dubio non probatur contractus fœneratitius, neq; simulatus, Cra-
uett. *consil.* 156. *in princ.* est tex. cum gl. *in c. nauiganti*, & ibi Cal. &
Vide Mascard. *Concl.* 438. *De contractu in dubio*, vbi dicit regulam v-
ram in foro fori; secus in foro conscientiæ. Vide, *Vsurarius quando*
& qualiter probetur. Concluſ. 347. † Amplia; quia conducit ille
mercedem mutuauit locatori aliquam quantitatem pecuniæ
durante locatione non erit vsura in mutuo, neq; in locatione. Ab-
bas *consil.* 15. *Quæritur, an prædictus, lib.* 1. Vide, *Simulatio non præsumitur*
nisi probetur. Concl. 259. † Amplia; quia contractus venditionis
rens per publicum instrumentum, non præsumitur, neq; prin-
fœneratitius, seu pignoratitius, ex eo, quod probatur pretium
se ex causa ludi, & vnus testis, qui non fuit præsens instru-
dicat, quod ante fuerat conuentum de dando in pignus, etiam
sit pactum de retrouendendo, & modicitas pretii; quia instru-
strumento. Bald. *consil.* 18. *Punctus quæstionis, n.* 2. *ver. venio ad ista*, &
in fin. lib. 4. vbi plene pro vtraque parte, & ita distinguit. †Amplia,
quia contractus super vsuris restituendæ est licitus, quando proba-
exactam vsuram. Abb. *consil.* 74. *Illud de iure, in fin. lib.* 2. vbi etiam
fiat super vsuris exigendis postea restituendis; quia non valet, ne-
que oritur obligatio naturalis; imo nulla obligatio. Abb. *consil.* 71.
col. 3. *in fin. ver. quinimo, lib.* 2. † Amplia; quia contractus non proba-
tur fœneratitius, licet probetur, quod emptor post emptionem di-
xerit, quod habuit rem venditam pro suis pecuniis, & quod resti-
tuisset, quandocunque pecuniæ sibi fuissent solutæ; quia si non
venditionem tale pactum, non fuit contractum illicitum. Bald. *con-*
sil. 39. *Proponitur, quod, per tot. lib.* 3. vbi, ꝙ in dubio contractus præ-
mitur licitus; quia nemo ꝓsumitur delinquere. † Extende; quia
venditio domus facta ꝓ pretio scut. 25. cum constituto, & empt
statim locauit eandem domum venditori ꝓ scutis duob⁹ cum
fecto, ꝙ conductor teneatur domum reficere de suo, non est vsu-
rius, etsi venditor in suo testamento remisit conditori pensio-
si intra mensem restitueret scut. 25. habita pro pretio domus, qui
debemus stare contractui secundum apparentiam suam, & pu-
non sunt contra substantiam, sed præter. Abb. *cons.* 49. *Videtur pro-*
lib. 1. †Extende; qa si quis vendat bona sua pro 400, & emptor p
mittat soluere dictum pretium intra 4. annos, interim a. vendi
sibi reseruat dominium bonorum, donec integrum pretium
fuerit solutum, & locat bona emptori pro dicto tempore pro
tis 90. non est vsurarius, neque præsumitur in fraudem vsurarum
quia non transfertur dominium. Abb. plene *cons.* 66. *Duo ad claru-*
decisionem, lib. 1. vbi, quod venditor ante pretii solutionem re
fructus, etiamsi dominium non reseruasset, in princ. †Declara
men, quod si emptor soluisset partem pretii ante terminum
tuor annorum conuentum, quod licet dominium pro rata
non transeat in emptorem; tñ ex æquitate debet minui ma
sionis pretii soluti, ne venditor habeat rem, & pretium, & vr
æquitas seruetur pro emptore. Abb. *d. consil.* 66. *col.* 2. *in* 2. *dub. per-*
lib. 1. † Amplia; quia mutuans speciem si recipiat illam in
mẽsura, & numero, seu põdere, licet sit maioris, vel minoris pret
non releuat; quia incrementum pretii non facit contractum
rarium, ex quo qui sentit augmentum, potuit sentire diminu-
nem. Calder. *in c. nauiganti, n.* 36. *in* 6. *quæst. de vsur.* †Declara pro-
dere, quando erat dubium vere, ꝙ res mutuata non erat pretiosa
tempore restitutionis; secus si esset certum, quando non erat
ditor seruaturus; si vero erat seruaturus, si non auferr facultates
debitori soluendi, non est vsura, alias secus, ita Cald. *d. c. nauiganti*
36. q. 6. *de vsur.* † Restringe, nisi mens mutuantis esset depra
qua.

quia licet non esset vsura; tamen peccaret secundum Hugo. ibi, quem sequitur Cald. *d.n.36.* vbi dicit, quod habet magnam æquitatem. † Amplia; quia contractus emptionis annui redditus non est vsurarius, siue redditus consistat in pecunia, & sit certus, & infallibilis, non suppositus fortunæ, siue consistat in fructibus, & sit incertus, fallibilis, & fortunæ suppositus, siue ematur perpetuo, siue ad determinatum tempus, vel etiam ad vitã, si duo concurrant, quod ex illo pretio potuisset emi vna possessio tanti redditus; vel quatenus redditus sit in pecunia ante venditionem constitutus; quia alias si crearetur, tunc esset vsura. Castr. *conf.290. Præsens dubium, in princ. lib.1.* vbi apost. dat concord. † Restringe tamen; quia quando emptio annui redditus est ad tempus, & in pecunia, magis suspecta est, q̃ perpetua; quia ad tempus assimilatur pignori, propterea assimilatur emptioni. Castr. *d. conf.290. n.3. ver. restat, lib.1.* & plenius ibi *n.4. ver. tertio non obstat.* † Extende; quia locatio annua alicui annui redditus scutorum centum si fiat prõ annuo affictu scutorum nouem, non dicitur vsurarius contractus. Roman. *conf.423. Pro pleniori, n.4. ver. tertio dubitatur, & n.7. & seq.* maxime *n.9.* & 10. quando adest seruitus pascendi, ex qua minuitur, & incertus redditur fructus. † Extende; quia si quis donet aliquid, vt recipiat certum quid annuum, vel censum, non est vsura. Rom. *d. conf.423. n.6.* † Extende; quia emptio certi census etiam ad tempus certum redditur iustus, & non est vsurarius, etiam si sit certum, quod plus est percepturus, quam soluerit. Rom. *d. conf.423. n.8. ver. quarto probatur.* † Amplia; quia contractus nõ probatur vsurarius, si fiat venditio cum pacto de redimendo, ita quod emptor lucretur medietatem fructuum futurorum pro anno sequenti, quando non concurrunt alia inditia, & vnus ex venditoribus fatetur venditionem fuisse bonam, & legalem; quia confessio correi nocet aliis. Bald. *cons.389. Factum tale est, quidam, per tot. lib.4.* † Amplia; quia contractus dationis in solutũ pro debito iam cõtracto, licet largo modo fit venditio; tñ non ita de facili præsumitur vsura, prout in mutuo, vel quando pecunia datur in actu venditionis, maxime, quando soluit dans in solutum pro alio, & non pro seipso. Fulgos. *cons.133. In quæstione versa, col.2. in fin. ver. sed illud animadversione dignum.* † Amplia; quia contractus nõ dicitur vsurarius, si cõueniat mercator de tanto lucro, quantum percepisset ex sua pecunia mutuata. Grat. *cons.87. n.20. & seq. lib.1.* † Amplia; quia contractus dationis pecuniæ ad societatem, & ad cõmune lucrũ, & damnũ factus ab vsurario non præsumitur vsurarius, etiã stante constitutione synodali, q̃ confessio facta ad fauorẽ vsurarii nõ valeat, nisi pro medietate; quia nõ habet locum constitutio, quando cõstat de vera numeratione per instrumentũ, vel testes, & obligatus tenetur communicare lucrũ. Castr. *cons.114. In causa quæ vertitur, lib.2.* † Amplia; quia licet contractus dicatur vsurarius, qñ in mutuo taxatur interesse à die motæ; si tñ debetur interesse ex mora, erit nullus solũ quoad taxationem, non quoad alia. Cravet. *cons.189. n.8. ver. non negarem,* vbi, q̃ exactio taxationis est, quæ reddit cõtractum illicitum, non sola taxatio, si non sortitur effectũ. † Amplia; quia quando taxatur damnũ ad sex pro centenario causatiue, vt quia Ecclesia, vel alius debens centum conuenit ex contractu, vel laudo, qñ non possit cõpelli soluere, donec voluerit soluere interesse; quia cũ sit in facultate soluendi, nõ in obligatione, nõ potest dici vsura. Abb. *consil.62. Illud de iure, in fi. ver. venio ad illud, lib.1. iuncto ver. nec obstat. si dicatur, n.2. circa fin.* † Extẽde; quia licet nõ valeat taxatio certi interesse pro pecunia à principio, vt debeãtur sex pro cẽtenario singulo anno; quia esset vsura; tñ bene post factum possunt solui, vel ex laudo pro interesse declarari, prout in pacto legis cõmissoriæ, quod non valet in contractu, licet post contractum secus. Abb. *cons.64. Venio ad primum, col.4. in princ. ver. licet enim, lib.1.* Vide, *Interesse conuentum quando, & qualiter debeatur, vel non. Concl.308.* † Declara; quia si soluitur interesse, vel maius pretiũ rei pro dilatione concessa ad soluendum, distinguitur; quia pro re stabili nõ est vsura; quia est vtilis, & fructuosa; pro rebus vero, quæ cõsistunt in pondere, numero, vel mensura, esset vsura carius vẽdere pro dilatione. Alex. *consil.121. Visis, n.4. & 5. ver. ad hoc benefacit, lib.5.* † Amplia; quia si quis promittat soluere per quinquennium scuta centum singulo anno pro fructibus certorũ bonorũ, cum pacto, quod si ille, cui fructus soluuntur, emat, dicta bona sint sua, non est vsurarius; quia debeat soluere centum, si non habeat fructus; quia tale pactum debet intelligi, quod soluat centũ singulo anno, donec fructus percipiet, & si non percipit fructus, non soluat centũ. Castr. *cons.347. Respondendo, ver. ad quintum, n.3. lib.2.* † Limita, nisi extaret constitutio Episcopalis, quod cõtractus manifesti vsurarii præsumantur vsurarii; quia tunc probato, q̃ quis sit manifestus, sufficeret talis præsumptio, iuncta cõstitutione. Ioan. Calder. *cons.505. alias 7. de vsur.* Vide supra, *Vsurarius manifestus nõ potest testari, nisi præstita cautione de vsuris restituendis, & qualis debeat esse fideiussio. Concl.342. & Conclus. ibi prox. seq.* † Declara tamen; vt procedat, dumodo ista qualitas, quod sit manifestus vsurarius, probetur fuisse tempore contractus, de quo agitur, alias secus. Domin. de sancto Gemin. in *addit. ad d. consil.10. Calder.505. alias 7. de vsur. in fin.* † Limita; quia vsurarius probatur cõtractus societatis, si vnus ponit capitale pecuniæ, alter operas, quando ponens capitale vult tantũ pro centenario ante lucrum; & quod capitale semper sit saluum, Io. de Anan. *cons.92. Licet possit, in princ.* vbi plene Bolog. in apost. Rom. plene *cons.238. Pro habenda, n.7. & seq.* vbi apost. Vide, *Societas disparis lucri quando possit fieri. Concl.285.* † Extende; quia imo sola conuentio, quod ponens pecunias, & capitale habeat illud salũ ante omnia, & periculum spectet ad recipientem, inducit vsuram, & est contra naturam societatis. Bologn. in *apostill. ad cons. Ioan. de Anan. 92.* Rom. *d. consil.238. n.7.* Castr. *cons.55. Viso instrumento, lib.2. per tot.* vbi, quod quando capitale non recipit casum fortunæ, semper est vsurariũ, vt percipiat lucrum. † Extende; quia contractus societatis est illicitus, quando capitale non ponitur in fortuna, licet lucrum sit, multo magis, quando nec capitale, nec lucrum. Castr. *d. cons.55. in princ. lib.2.* † Extende idem è conuerso; quia si ponens capitale, alius operas, velut capitale quidem stare periculo fortunæ, lucrũ vero non; quia vult omnino tantum lucrari, adhuc est vsura. Castr. *d. cons.55. in princ. ver. idem est, lib.2.* & in fine dicit, quod quicquid recepit pro lucro isto certo, & conuento, computari debet in sortem. † Extende, vt idem sit, quando duo socii posuerunt certum capitale, & fecerunt pactum, quod liceret ponere maiorem summã in societate, & ponens debeat habere quinq; pro cẽtenario singulo anno iuxta morem mercantiæ; quia semper, qvod capitale est saluum, est vsura. Abb. *cons.114. Attingendo, in princ. lib.2.* † Extende, quando socius nõ vult damnum, & vult lucrum; tunc est vsura. Cravet. *cons.145. n.22. ver. secundo respondeo, in fin.* † Restringe tamen; quia si vnus ponit capitale, alter operas, bene valet pactum, quod ponens operas non teneatur ad aliquid pro perdita capitalis, *l. si nõ fuerit. §.1. ff. pro socio,* quem text. intelligit Castr. procedere, quando opera æqualis est capitali; quia sicuti ponens operas perdit illas, & non tenetur sibi ponens capitale; ita etiam è conuerso, vt seruetur æqualitas. Castr. *d. cons.55. n.2. lib.2.* vbi apost. citat Socin. *cons.265. ver. circa secundam difficultatem, lib.2.* † Limita; quia licet contractus non præsumatur vsurarius ex eo solo, quod est celebratus ab vsurario; tamen in dubio semper contra vsurariũ præsumitur. Calder. *cons.508. alias 10. de vsur. in princ.* vbi, quod remissio vsurarum facta vsurario præsumitur fraudulenta, si apparent coniecturæ de fraude; quia contra eum præsumitur de facili, maxime si cõtractus habet clausulas insolitas, prout, quod remittens iurat nõ petere absolutionem à iuramento, & quod iuramentum de non petenda restitutione ex capite læsionis arguat cõtractum vsurarium, quando alias est suspectum. Gemin. *cons.16. n.3. ver. tertio interuenit,* vbi ponunt diuersas coniecturas. Vide supra, *Vsurarum præsumptiones multæ, & quæ. Conclus.346.* † Extende; quia contra vsurarium præsumitur etiã in dubio, vt purget se ab vsura; quia consulendum est animæ illius. Gemin. *d. cons.16. Quoad primum, n.3. ver. præterea,* vbi est dubium, & *n.4.* vbi, quod sufficit semiplena probatio, & *cons.112. in fin.* & potius Cuman. *cons.184. in fin.* q̃ duplicatur per Alex. *cons.119. lib.4.* Vide, *Fructus sequuntur dominum rei, & quando secus. Conclus.486.* † Limita; quia in omnibus casibus, in quibus contractus de iure est vsurarius, procedit etiam in minore, etiamsi extet statutum, quod contractus minoris sine certa solemnitate non valeat; quia non propterea tollitur, quin sit vsurarius, siue manifestus, siue nõ; quia cõfideratur factum in hoc, & punitur. Abb. *cons.22. n.2. lib.1.* † Extende; quia pluralitas cautelarum, & cõtractuum super eodem facto celebratorũ ab vsurario arguit vsuram, & si primus cõtractus mutui est vsurarius, omnes alii cõtractus, qui sequuntur, præsumuntur vsurarii. Bald. *cons.125. Tres fuerunt cõtractus, lib.1. & cons.487. Apparet quoddam in fin. lib.1.* vbi, q̃ quanto plus cautelæ adiicitur contractui suspecto, tanto magis suspectus redditur. † Limita in vendente prædium cum pacto redimendi ei, qui requisitus promisit mutuo dare ducenta, vel iam dederat; sed tamen conuenit postea, q̃ fieret sibi venditio cum pacto prædicto; quia sola causa originaria mutui inducit vsurarium contractũ postea subsecutum ex cõuentione. Rom. *cons.423. n.11. cum seq.* vbi apost. dat concord. in *ver. sunt hæc concord.* Bald. *cons.133. Quædã mulier, n.2. lib.1.* Host. in *summa, tit. de vsur. §. qualiter. ver. & breuiter.* † Extende; quia contractus præsumitur vsurarius, qñ is, qui vendidit rem cum pacto redimendi & pro minori pretio, q̃ valeat res, quærebat ante contractum pecuniã mutuo in eadem quantitate, & volebat dare rem in pignus; quia venditio præsumitur facta cum pacto redimendi ad palliandum pignus. Castr. *consil.109. Visa petitione, in princ. lib.2.* & hoc, quando

46 quando agitur solũ de computando fructus in sortem. † Restringe, si cessat causa originalis mutui, etiam q̃ emens, vel conducens esset vsurarius; tamen ex hoc nõ præsumitur contractus vsurarius.
47 Rom. *d. consil. 423. n. 12. ver. si autem non constaret.* † Limita; quia ex eo solo, quod contractus communiter apud bonos, & graues nõ est in vsu, & quem cõmuniter fœneratores facere cõsueuerunt, non præsumitur fœneratitius. Bald. *d. consil. 487. in fin. ver. præterea, & hic*
48 *considera, lib 1.* † Extende in casu cõtrario, q̃ contractus reuera fœneratitius si reputabatur licitus, non dicitur vsurarius. Rol. à Vall. *conf. 75. n. 42. & seq. lib 1.* Grat. *conf. 49. n. 12. lib. 2.* Castr. *conf. 290. Præ-*
49 *sens dubium, col. 2. ver. item qualitas personarum, lib. 1.* † Et sãltem non erit vsurarius, quando fecit contractũ permissum vsu & consuetu-
50 dine, licet de stricto iure sit vsura. Grat. *conf. 87. n. 21. lib. 1.* † Limita; quia contractus præsumitur vsurarius ex eo solo, quod quis mutuauit libras centum Titio, & incontinenti Titius locauit domum suã mutuanti pro libris decem, quas confessus est habuisse per tot annos, si appareat, quod fuit præstitũ iuramentum de nõ alleganda læsione, quando valebat plus; quia etiamsi non constet eũ vsurariũ; tamen præsumitur contractus vsurarius. Gemin. *conf. 16. Su-*
51 *per primo, per tot.* quod consilium est subscriptum per Matth. Matthesil. † Limita; quia licet emptio, & venditio nõ præsumatur vsuraria; tamen qñ habet similitudinem cum mutuo, & concurrunt præsumptiones fraudis, & ex qualitate mala personarũ præsumitur vsuraria; & idem, quando viliori vel cariori pretio ob retardatam solutionẽ, vel retardatã traditionem rei. Castr. *conf. 290. Præ-*
52 *sens dubium, n. 2. ver. secundo obstat, lib. 1.* Abb. plene *conf. 5. Omissis argu-*
53 *mẽtis, per tot lib.* 1. qui loquitur in eo, qui locauit p tot annos, postea libere incontinenti vendidit pretio confessato, & nõ habito; quia nõ potest pensiones petere propter præsumptã fraudem vsuratũ.
† Restringe; quia valet cõtractus venditionis factæ, & donec soluatur pretium, conueniunt, q̃ per quinquennium emptor cõducat, & soluat certum affictum; quia valet. *l. sicut emptio* §. 1. *cum l seq. ff. locat.* & ita plene Alex. *conf. 121. Visis & ponderatis in princ. & per tot. lib. 5.* vbi, quod valet quoad obligandum emptorem ad soluendum mercedem, sed nõ valet quoad obligandum locatorem; ideo non possit venditor cogi rem tradere, si nollet, nec teneretur ad remissionem mercedis, si res perierit; quia perfecta venditio est, & cõmodum, & incõmodum spectat ad emptorem, & sic est casus spe-
54 cialis, in quo claudicat cõtractus. † Limita, vt idem sit, si mutuans pecunias incõtinenti habuit à debitore bona in pignus, & promisit restituere solũ partẽ fructuũ rei pignoratæ, & reliquos ipse debitor libere donauit ipsi mutuanti; quia ipse contractus est vsurarius. Gemin. *conf. 112. Præmitto pro declaratione, per tot.* vbi est casus.
55 † Extende multo magis, si conuentũ sit, q̃ lucretur fructus vineæ datæ in pignus. Castr. *conf. 22. n. 2. col. 3. ver. fructus autem dicti pignoris,*
56 *lib. 1.* † Limita in venditione facta per debitorem creditori de aliqua re stabili, quando concurrunt ista, videlicet pactum de retrouendendo separatũ ab instrumento; item apparet, quod pretium non fuit solutum, nisi q̃ fuit facta ostensio pretii; item, quia debitũ non est cancellatũ, sed ex eo soluitur interesse sub nomine mutui; item, qñ res valet vltra dimidiam supra pretium; item, quando venditor permansit in possessione, ex istis coniecturis probatur contractus venditionis vsurarius, & fictitius, plene Anch. *consil. 9.*
57 *Plurimæ coniecturæ per tot.* vbi, q̃ licet cantet contractus in venditionem; tamen probatur, quod est pignus. † Limita; quia ad effectum restituendi vsuras eo ipso, q̃ probatur, quod mutuans tempore mutũi erat solitus facere mutua vsuraria indistincte, & q̃ recipiens mutuo restituit sortem principalem, potest etiã recuperare vsuras absq; alia probatione solutionis vsurarũ. Io. Andr. & Ant. de Butr.
* in *c. ex litteris, de iureiur.* & communiter * dicit Abbas *conf. 113. Tria*
58 *sunt, col. 2. in fin. & col. 3. in princ. lib. 2.* † Limita in venditione facta pro ducatis 8000. cũ pacto redimendi intra octo annos, & quod interim fructus non compensentur in sortem, & lapsis octo annis emptor teneatur soluere ducatos 410. pro integro pretio; quia est pignus. Bald. *conf. 118. Benedictus, & Codeus. lib. 1. per tot.* & confirmat idẽ super eodem *conf. 320. Instrumento in forma venditionis, lib. 3.* quia vbi cõcurrunt modicitas pretii, pactum de retrouendendo, quod fructus non cõputentur, sed lucro emptoris cedant, & quod lapso tempore dominium libere transferatur, est pignus, & venditio in
59 fraudem vsurarum. † Limita; quia is, qui deposuit scuta 200. pro quatuor annis, vt reciperet singulo anno certam portionem pro lucris percipiendis ex dicta summa depositata; quia est vsura, & potest reperi, vel compensari in sortem. Alex. plene *consil. 80. Circa*
60 *primum, in princ. lib. 3.* † Extende; quia quotiescunq; periculũ depositi est ipsius depositarii; tunc est vsura, si deponẽs aliquid recipit, siue sit facta promissio certa, siue incerta. apost. ad Alex. *d. consil. 80.*
in ver. de certa, lib. 3. † Extende maxime, quando depositum est in pecunia ad libitũ depositarii expendenda, nõ autem in sacculo; quia tunc dominium transit in depositarium, & periculum, & eadem ratio militat, quæ in mutuo. Alex. *d. consil. 80. n. 4. ver. confirma lib. 3.*
† Extende intantum esse vsuram, vt possit depositarius repetere, & vel in sortem computare. Alex. *d. consil. 80. n. 11. & seq. ver. circa dum dubium, lib. 3.* vbi, quod etiamsi soluat scienter, potest repetere, quia propter turpitudinẽ recipientis æquiparatur raptori, etiamsi esset soluta per errorem iuris. † Restringe in deposito dotis; quia si esset conuentum, quod stet lucro & damno; ita tamen, quod de lucro prius reficiatur damnum sortis, vt sit salua, valet fauore dotis tale pactũ, *c. per vestras, de donatio. inter vir. & vxor.* Alex. *d. consil. 80. n. 3. ver. & hoc etiam, lib. 3.* † Restringe; quia bene valet datio pecuniæ alicui ad damnum & lucrum; quia qñ statur periculo damni, licita est perceptio lucri ex pecunia ad mercimoniam data. Alex. *d. consil. 80. n. 3. ver. pro hoc bene facit, lib. 3.* vbi plena apost. in *ver partem*
dat concord. † Declara secus esse, si daretur pecunia quocunq; numine palliato ad lucrum mercantiæ; quia si vult solum is, qui dat pecuniam, sentire lucrũ, est vsura & transit in mutuum, licet alio nomine partes conueniant. Alex. *d. consil. 80. n. 4. ver. bene facit, lib. 3.*
† Limita; quia cõtractus venditionis Casanæ pro pretio 500. florenorũ, quos venditor confitetur habuisse, præsumitur vsurarius, si postea fiat aliud instrumentũ contrariũ, in quo asseritur, quod reuera non habuit dictos 500. florenos, sed quod vendidit, & liberauit pro annua responsione 40. florenorũ, quos emptor se obligat soluere. Bald. *consil. 279 Facinus vendidit, lib. 2.* vbi, *quod nõ intelligat*
hunc contractum incertum, nisi sit vsurarius. † Limita; quia locatio dicitur fœneratitia, si conductor recipit fructus pro pecuniis expendendis ex melioramentis; quia nõ potest fieri fœnore. Zabar. *consil. 55. In casu Domini, in fin.* † Et pactum est vsurarium, si conueniatur, quod conductor non soluat pensionem domus, donec locator sibi restituat pecunias debitas. Abb. *consil. 76. propter hoc*
obstat, si dicatur, lib. 1. † Limita; quia contractus dicitur vsurarius, si mutuatur granum restituendum tempore, quo carius est, vt vin recollectus, ita q̃ restituatur in mense Maio; quia licet valeat conuentio de restituendo in quocunq; tempore, quod non est carũ, q̃ plus valeat tẽpore restitutionis; quia potest crescere, vel decrescere; secus si cõmuniter valet plus, prout de mense Maii. apost. ad Abb. in *c. nauiganti, de vsur. n. 20. ver. ibi Vgo.* † Limita; quia cõtractus
accõmodati grani gratuiti dicitur fœneratitius & vsurarius, si ita conuentũ, quod debitor restituat ad omne mandatũ, vel voluntem creditoris, & quod nõ possit soluere, nisi quando creditor petet. Io. de Imol. *consil. 25. per tot.* Barbat. in *apost. ad Abb. c. nauiganti, n. 20. de vsur. in ver. frumentum.* † Extende idem in vendente granum pro pretio pluri, quo valebit ante recollectũ; secus si diceret pro pretio, quo valebit de mense Maii; quia si alias non erat venditurus, bona est conuentio, si non adest electio venditoris de pluri. Cra. *consil. 145. n. 23.* † Limita; quia contractus venditionis libere factæ de prædio q̃ ducatis 120. probatur vsurarius, & pignoratitius, si emptor cõfessus est habere in pignus solũ pro ducatis 80. corã duobus testibus, vel in epistola, aut apocha confecta corã duobus testibus. Io. de Imol. *consil. 38. In quæstione, n. 4.* † Extende, vt idem sit, si pluries idem confessus est emptor coram vno teste ad præsentiam venditoris; quia vnus testis semiplene probat, & duæ semiplenæ probationes iunguntur in hac materia, maxime si concurrant alia indicia. Io. de Imol. *consil. 38. n. 4. & seq.* vbi est casus consilii. † Limita; quia vendens merces ad tempus cariori pretio, q̃ tempore venditionis valeant, committit vsuram, nisi sit dubium, an tempore solutionis essent plus, vel minus valituræ; quia ratione incertitudinis bene potest plus percipere, si alias non esset tunc venditurus, *c. in ciuitate,* vbi * omnes *de vsur.* quia malæ cogitationes hominum * Deo occultari nõ possunt. Clar. in *c. consuluit, in fin. eod. tit.* & in *c. nauiganti.* quod est *fin. de vsur.* vbi plene Calder. in *repet. num. 8.* vbi plenius Abb. *consil. 22. Quanquã consultum, lib. 1.* vbi, quod vsura non dicitur, si vendens cariori vendebat etiã viliori incontanti, licet esset dubium, an plus esset valitura merces tempore solutionis prorogatæ, & loquitur etiã in minore vendente. † Extende; quãm rus ad nundinas, vt ibi merces emeret, si mutuat pecuniã indigenti cũ lucri promissione, est vsurarius; quia aperiretur via vsuris, quia semper essent parati mutuantes ire ad nundinas. ita Calder. *d. cap. nauiganti, in 3. quæst. n. 32.* † Extende in casu simili cõtractus si habens merces, vel granũ vult ducere ad locũ, vbi plus valet, alius egens emit q̃ pretio, quo valet in illo loco, est vsura, nisi quatenus cõpensentur expensæ, labor, periculũ itineris, alias aperiretur via figmentis. Cald. ex mente Host. Io. Andr. & aliorũ *d. c. nauiganti, in 7. n. 7.*
† Extende; quia si mutuaui tibi centũ per mensem gratis cũ obligatione, q̃ lapso mense tenearis restituere, alias tenearis ad vsuras, quia datur mihi licentia, quod possim accipere sub vsuris ab alio

est vsura palliata,& non valet,ne aperiatur via vsuris.Bald.*in l. etsi.n.5.ver.modo. C.de exequut.rei iudic.* † Declara; quia ista est vsura mentalis.Castr.*cons.*290.*col.*2.*in pr.lib.*1.† Limita;quia contractus præsumitur semper vsurarius, quando tria concurrunt,modicitas pretii, pactum de retrouendendo, & quod emens sit solitus fœnerari; quia tria requiruntur ad hoc,vt sit contractus vsurari⁹, qñ est contractus,qui incepit à seipso, non præcedente mutuo. Bald.*cons.*133.*Quædam mulier.n.*2.*ver.super alio puncto.lib.*1.&*cons.*455.*Videamus si ex iure.n.*4.*v.secundo præmitto.lib.*3.*&cons.*311.*In quæstione Guadagni.per tot.lib.*5. Cuman.*cons.*184.1359.*die*5.*Aprilis,n.*2. vbi idē dicit,etiam si pactum sit per mensem post,& duplicatur per Alex. *cons.*119.*lib.*4. & hanc communem, * & magis communem dicit Soc.*cons.*248.*Nunquid ex duabus.lib.* 2. & quod cōmunis, quod tria requirantur, Corn.*cons.*224.*&cons.*141.*lib.*1.Boer.*decis.*10 2. ac etiam,quod tria requirantur, Boer.*cons.*212.*per tot.lib.*3. vbi *nu.*4. dicit * communem,& hanc comprobat Castillio.*cons.*31.*n.*18.*v.amplius vsque in fi.* vbi,quod Collegium Mediolani tenet hanc partem propter præsumptionem instrumenti.Castr.*cons.*74.*nu.*2.*lib.* 1.vbi *col.*3. dicit * communem. Vide,*Pactum de retrouendendo quando sapiat vsuram.Concl.*26. Vide,*Simulatio non præsumitur,nisi probetur. Concl.* 259. † Contrariū, vt imo duo sufficiant, quando probare- nedum, quod esset vsurarius,sed esset solitus celebrare talia strumenta in fraudem vsurarum; quia hoc probato sufficeret ium pactum,vel sola modicitas pretii cum tali consuetudine. Bald.*cons.*455.*n.*4.*v.& si forte probaretur.lib.*3.& quod sufficiant duo ertibus,pactū,videlicet modicitas pretii,& quod sit solitus fœnerari,Bald.plene *cons.*389.*Factum tale.lib.*4. vbi, q vnum nunquā sufficit,maxime *n.*2.*vsque in fi.* & hanc partem * communem dicit Iode An.*cons.*58. & hanc communem, * & magis communem, & veriorem ac tutiorem,& in foro conscientiæ dicit apostil. ad Rom.*cons.*423.*in ver. maxime.* vbi allegat plurimos. Corn. *cons.* 23. & 41.*lib.* 3. vbi attestatur de communi, *& de magis communi. Crau.qui plurimos allegat *cons.*156.*n.*4. Vide pro vtraque plene p Mascard.*concl.*447.*Contractus simulatus.* vbi dicit vtramq; communem,*& magis communē,& vtramq; posse teneri, & declarat tria requiri, qñ deducta summa,quā pactū minuit, læsio non ascendit ad dimidiam; duo vero sufficiunt,quando excedit dimidiā,& sic enormissima læsio,vide eum,vbi *n.*41.*&seq.* q iuramentū non tollit simulationem,etiamsi sit iuratum omnia esse vera; quia auget suspicionem vsurarum,licet pro vtraque alleget. Declarat;quia si pactum concipitur post certū tempus redimendi; quia apparet, q non est in facultate vēditoris,& emptor vult fructus interim; tunc duo sufficiunt, videlicet modicitas pretii, & *pactum hoc modo conceptum;quia apparet de mēte, q vult lucrari fructus certo tempore.ita Crau.*cons.*156.*n.*5.*&seq.ver.secundo principaliter.*Abb.*cons.*76.*in pr.lib.*1.*&cons.*69.*in prin.lib.* 2.† Vide tamen Abb.*d.cons.*69.*Videtur primo lib.*2.*per tot.* vbi, quod imo, qñ negocium fuit iudicialiter factum,non præsumitur dolus, neq; simulatio,aut vsura;& idem, quando non potest accommodari, velut si dies vendit pauperi reseruato dominio,donec pretium soluatur,cum pacto de retrouendendo,& post instrumentum ēt post certum tempus; quia si emptor dat de vsuraria prauitate, nō accommodatur,quia non potest esse vera, quando pauper est, q emit; secus si venderet.† Declara;quia duo sufficiunt, qñ enormissima læsio circa pretium modicum, alias tria requiruntur. Crau.*d.cons.*156.*n.*8.*v.quarto dico.dec.Pedem.*42.*in fi.* vbi dicit procedere,qñ pactum est separatum; & ideo sufficit pactū de retrouendendo cum excessiua læsione,sed si non est excessiua,sed modica;quia licita est deceptio in modica quantitate; tunc requiritur alia,vel q sit solitus emptor fœnerari,vel alia, q ab initio fuerit conuentio de pignore,vel mutuo.Castr.*cons.*306.*Quanquā.n.*5. *ver.ad hoc autem,vsque in fi.lib.*2.† Et dicitur excessiua,si est vltra dimidiā.Bart.*cons.*20.*Viso libello.n.*4.*v.prima coniectura lib.* 2. vbi apost. *in v.vltra dimidiam.* † Declara,quando pactum de retrouendendo est separatum ex interuallo;quia tunc non est ita suspectū, neque duo sufficiunt.Alex.*cons.*28.*col.*2.*v.& quamuis nonnulli.lib.* 5. Corn. *cons.*133.*&*241.*col.*3.*post med. & col.*266.*col.penul.post med.lib.*1. Abb.*cons.* 69.*col.*2.*ver.tertio me mouet.lib.*2. quos refert etiam Crau. *cons.*156. *n.*3. licet teneat ipse contrarium. † Contrarium, q maiorem arguat suspicionem; quia ealidi fœneratores scientes hoc faciunt. Alex.*cons.*51.*col.*1.*&cons.*119.*circa fi.lib.*4.Crau.*cons.*156.*nu.*18.† Et declara;quia contrarium procedit, qñ aliæ coniecturæ adsunt, declaratio,qñ nullæ,ita Crau.*d.cons.*156.*in fi.* † Declara;quia arbitrarium est iudici,an duæ,vel tres requirantur præsumptiones ad probandā simulationē,& contractū vsurariū.Crau.*d.cons.*156. *n.*14.† Declara;quia si concurrunt aliæ coniecturæ, & suspiciones,sufficiunt duæ,alias tres requiruntur.Crau.*d.cons.*156.*n.*17.*v. nec obstat.* & ita declarat Abbas *d.cons.*76.*in pr.* & idem tenet Bart. *cons.*20.*Viso libello,lib.* 2. vbi, q læsio vltra dimidiam, & pactum de retrouendendo sufficiunt,quando publica fama concurrit, q sit pignus,& confessio extraiudicialis vsurarii.Vide.*Pactum de retrouendendo quando sapiat vsuram,vel non.Conclus.* 26.† Si vero præcessit mutuum,& postea fuerit celebratus contractus diuersus cū modicitate pretii,& pacto de retrouēdēdo; tunc sufficiunt duo, nec requiritur probatio, q sit solitus fœnerari. Bald.*d.cons.*133.*n.*2.*lib.* 1.vbi,quod præcedens mutuum operatur maiorē præsumptionē vsurarum,& idem dicit Bald. *in l.emptione.C.plus valere, quod agitur.* quem refert & sequitur Bolog. *in addit.ad cons.Ioan.de Anan.*58.*ver. tertio ad idem.* Rom.*cons.*423.*n.*12.*&seq.* vbi apost. Castillio.*cons.*31. *n.*13.& hanc magis communem * dicit Alex.*cons.*109.*Viso processu, in fi.lib.*4. & magis communem dicit etiam *cons.*54.*Circa primum lib.*6.vbi, q tenenda est fauore animæ ista opinio; quia remouet in dubio peccatum,& loquitur,quando concurrebant aliæ coniecturæ,prout,quod pactum redimendi erat in alio instrumento separato,quod arguit fraudem.† Idem est,qñ constat, q ille, q vendidit rem maioris pretii cum pacto redimendi,quærebat pecunias mutuo,& volebat dare rem in pignus; quia præsumitur venditio facta ad palliandum pignus,& duo sufficiunt.Castr. cōs. 109.*Visa petitione in pr.lib.*2.† Imo,si de sola causa originaria mutui constat,licet concordent debitor,& venditor,quod vendat vere prædiū cū pacto redimendi,erit contractus vsurarius. Bald. *d. l. emptione.C.plus valere quoad agitur.* vbi sequitur Oldr.ibi Rom. *cons.* 423.*n.*12. Bolog.*in addit.ad d.cons.Ioan.de Anan.*58.*ver.tertio ad idem.* Curt.Iun.*in l.*2.§.*mutui datio ff.si cert.pet.* apost.ad Rom.*d.cons.*423.*in ver.sunt hæc,n.*12. vbi citat istos. Castil.*cons.*31.*n.*14.*ver.quo fit.*† Extē- de,vt procedat,quod dicitur concurrētibus tribus, siue emptor sit solitus fœnerari in eodem genere contractuum,& negociorū, siue alias quomodocunq;. Bald.*cons.*118.*Benedictus,& Codæus.n.*1.*in fi.v.nec obstat.lib.*1.† Et ideo licet non sufficiant duo, videlicet sola modicitas pretii,& pactum de retrouendendo,bene sufficit; qñ pactum de retrouendendo haberet malam qualitatem,quod nō posset redimere,nisi post tot annos;quia tunc tria ista sufficiunt, vt per Alex.*d.cons.*109.*Viso processu,in fi.lib.*4. vbi dicit magis * cō- munem.† Imo etiam sola modicitas pretii,& pactū de retrouendendo certo tempore tantum inducunt contractum vsurarium. Bald.*cons.*487.*Apparet quodd.am instrumentum.per tot.lib.*1.Castil.*cons.* 31.*n.*18.*&seq.* vbi ita declarat *tap.ad nostram.de empt. & vendit.& per tot.* Abb.*cons.*76.*In præsenti.lib.*1.vbi dicit * communem.† Et qñ fit pactum de retrouendendo cum modicitate pretii magna vltra dimidiam,præsumitur contractus vsuratius,licet non probetur, q emptor sit solitus fœnerari,maxime,quando pactum redimēdi est in facultate ipsius;qui debet retrouendere,& sic venditoris. Alex.*d.cons.*54.*in pr.lib.*6.q. inistis terminis debet intelligi,dū dicit, qñ est in facultate venditoris,quod alibi dicunt Doctores;qñ nō potest per tot annos fieri redemptio. Vide supra; *Vsurarius qualiter cōpellatur restituere vsuras.Concl.*349.† Et si hæc opinio teneretur, intelligitur tamen, dummodo clare probetur modicitas pretii. Bart.*in l.denunciasse.* §.*quid tamen.col.*1.*ff.de adult.* Soc.Iun.*cons.*181.*n.* 15.*lib.*2.Rol.à Val.*cons.*96.*nu.*33.*lib.*2.† Declara;qa si agitur de cō- tractu vsurario,tria requiruntur; si vero agitur, vt pactum temporale fiat perpetuum,duo sufficiunt, *communem dicit Socin. Iun.*cons.*104.*lib.*3. Vide, *Pactum de retrouendendo quamdiu duret. Concl.*30. vbi latius.† Declara;quia si non agatur de vsura, sed de simulatione contractus, tria inducunt contractum simulatum, videlicet modicitas pretii,pactum de retrouendendo, & quod non possit redimi, nisi post certum tempus, vel si hoc non esset in pacto,saltem pactum esset in alio instrumento; non in instrumento venditionis;quia præsumitur ad partem factum, vt vēditio appareat libera,quæ est simulata, ita Ang.Aret *cons.*116.*In themate.n.*10.*ver.tria ergo.iuncto n.*17.*&seq.v.nec etiam obst.at.*† Contrarium dicit Mascard.*concl.*438.*De contractu in dubio,n.*11. vbi, quod si agitur de contractu simulato,duæ,imo vna præsumptio sufficit; si de vsurario contractu,vel simul de simulato,& vsurario,tres p̄sumptiones requiruntur,vel saltem duæ secundum alios, allegat Crau.*cons.*156.*n.*7. & alios. † Extende,etiāsi modicitas pretii nō sit excessiua,quando alia concurrūt,& ex pactis detegitur pignus potius,quā venditio. Bald.*cons.*118.*Benedictus,& Codæus.* qui loqtur in venditione pro 8000. florenis cū pacto redimēdi, & quod fructus in sortem non cōputentur,& lapso pacto reficiat emptor florenos 410.quia si est solitus fœnerari emptor,contractus est vsurarius. † Imo vera emptio facta cum pacto de retrouendendo, si appareat;quod fructus interim excedant legitimum modū,præsumitur pignus,& si cum vsuratio sit celebratus,præsumitur fra⁹. Bald.*cons.*455.*num.*4.*ver.interdum contractus est verus.lib.*3. † Exten- de,vt

de, vt procedat, etiam si solitus fœnerari non fecerit cõtractum, sed minister eius; quia satis est, quod ad commodum illius sit fa-
103 ctum. Bald. *cons.* 311. *in pr. & per tot. lib.* 5. † Imo, etiamsi per interpositam personam nomine sui sit facta emptio, & non nomine vsurarii; quia quotiescunque deregitur, quod ad commodum vsurarii fuit supposita persona emptoris, maior oritur suspicio frau-
104 dis. Bald. *d. cons.* 311. *in fi. n.* 15. *ver. item eo ipso. lib.* 5. † Restringe, quando non probatur clare ipsum esse vsurarium; quia tunc contractus non præsumitur vsurarius. Fulg. *cons.* 133. *In quæstione ver. nu.* 2.
105 vbi late. † Declara; quia quod dicitur tria sufficere, modicitatem pretii, pactũ de retrouendendo, & quod solitus fœnerari, procedit, si aliæ adsunt coniecturæ pro vsura. Anch. *cons.* 257. *Ex ordine.*
106 *nu.* 3. *& seq.* † Limita igitur; quia venditio præsumitur vsuraria, si concurrunt duo, videlicet modicitas pretii, & pactum de retrouendendo, vel modicitas pretii, vel pactum cum alia conuentione contra naturam contractus. Bolog. *in addit. ad cons. Ioan. de Anan.*
* 58. *in pr. ver. præterea.* ita Rom. *cons.* 423. *n.* 14. sequitur Crau. qui alios
* allegat *cons.* 156. *n.* 4. vbi dicit magis * communem, & hanc com-
* munem, & magis * communem dicit Dec. *cons.* 105. *n.* 13. *& seq. lib.*
* 2. Paris. *cons.* 55. *n.* 30. *lib.*.... vbi communem, & magis * commu-
* nem. Castr. *cons.* 332. *Visa supradicta. num.* 2. *lib.* 2. Abb. *cons.* 69. *Vide-*
* *tur primo. in princ. lib.* 2. & hanc veriorem, & magis * communem
* dicit * apost. ad Rom. *d. cons.* 423. *in ver. maxime.* vbi plures citat de
communi attestantes, & dicit, quod Rota Romana passim hanc
107 tenet; quia est tutior. † Et idem dicit Castr. *cons.* 66. *n.* 2. *lib.* 2. quod sufficiunt duo, videlicet, emptorem esse vsurarium, & rem venditam minori pretio, quam valeret, vel quod sit vsurarius, & pecuniam, de qua loquitur instrumentum, integram non soluerit.
108 † Imo, q̃ sufficiat emptorem vsurarium, & quod nõ possit res redimenda alteri vendi, & sic clausulæ insolitæ. Rom. *d. cons.* 423. *in*
109 *fi.* vbi apost. fi. † Contrarium, q̃ imo tria requirantur. Dec. *cons.* 2.
* *n.* 176. *& seq.* vbi dicit communem, * & magis communem. *Decis.*
Pedem. 42. vbi late hanc veriorem. Cæpol. *de simul. contract. cas.* 6. *pr.*
n. 100. & hanc tenet Beat. Antonin. in sua *summa part.* 2. *tit.* 1. *de vẽ-*
* *ditio. ad terminum. n.* 88. & hanc esse magis communem * dicit A-
110 lex. *cons.* 109. *v. iso processu in fi. lib.* 4. † Declara; quia quando pactũ de retrouendendo est liberũ, tria requiruntur; secus si est suspectum, veluti si fiat negatiuum, quod nõ possit redimere, nisi post septennium, vel aliud tempus, & tunc possit intra certum temp⁹ redimere, aut q̃n venditio habuit originem à mutuo; quia tunc duo sufficiunt. Castil. *cons.* 31. *per tot.* vbi pro vtraque parte, & sic distinguit de primo. *n.* 18. *& in fine consilii. ver. aut ille de secundo. nu.* 13. & est ratio; quia pactum prædictum est per se vsurarium *c. ad nostram. de empt. & vend.* Abb. *cons.* 76. *in pr. lib.* 1. Vide supra, *Vsura est omni iure prohibita. Concl.* 337. *& multis seq.*

Vsurarius non est contractus emptionis fructuum annuorum ad vitam, & quando secus. Concl. 362.

1 VSVRARIVS † non est contractus emptionis annui redditus ad vitam ementis; quia propter incertitudinẽ vitæ ementis, & euentum dubium contractus est licitus, etiãsi reddit⁹ videatur excessiuus. Oldr. *cons.* 207. *Vniuersis. per tot.* Hostien. *c. in ciuitate de vsur.* late Bero. *cons.* 90. *per tot. lib.* 1. Bald. *cons.* 154. *in pr. lib.* 2. licet in fi. distinguat, & plenius *cons.* 210. *Quæritur de tali casu, lib.* 3. vbi latissime multa allegat, & maxime; quia viuere est in manu Dei, & propter lucrum, quod vna hora possit contingere venditori ex morte emptoris, & idem Bald. *cons.* 292. *Quia ex facto.* vbi late, & cõs. 293. *Quia non inuenio. lib.* 5. plene Rom. *cons.* 423. *Pro plenori. n.* 10. *ver. ad hoc accedat.* vbi apostil. *in ver. tolerantiam.* allegat Dec. *cons.* 111. *Et pro tenui. n.* 6. *& in l. fi. C. de transact. num.* 4. plenius Rom. *cons.* 302. *Ego hunc contractum.* vbi plenissima apost. plene Crau. *cons.* 145. *n.* 20. *&*
seq. Castr. *cons.* 102. *Circa principium. ver. tertia ratio. lib.* 1. & *cons.* 290. *Præsens dubium. n.* 4. *ver. tertio obstat. lib.* 1. latissime Rom. *cons.* 302. *Ego hunc contractum. per totum.* vbi plura allegat, & apost. *in ver. licitum.*
dat plurimos concord. Vide supra, *Vsura quid sit, in quibus cadat, &*
2 *quis dicatur vsurarius, vel non. Concl.* 336. † Et quod dictus contractus sit validus, & non vsurarius, plenissime Abb. in sua *q.* 5. incip. *Augerio, col.* 15. *cum seq. ver. circa tertium dubium.* vbi allegat pro vtraque parte, quod sit vsurarius, & quod non sit vsurarius, tandem dicit, quod propter incertitudinem iudicatur licitus, si cessat praua in-
3 tentio, & tollit omnia contraria. † Ratio est; quia incertitudo causat tolerantiam, ex quo licet possit tantum durare, quod fructus longe excedant sortem; tamẽ potest etiam cito, & quasi statim per mortem finire, ita Roman. *d. cons.* 302. *numer.* 3. *ver. quarto considerandum.* vbi apost. citat eundem Rom. *cons.* 323. *Pro plenori.*
4 *nu.* 10. & plene Abb. *dict. quæst.* 5. *col.* 16. *ver. mihi autem placet.* † Declara tamen totam istam materiam; quia licet iste contractus non
iure valeat, & sit licitus; tamen an cum bona cõscientia possit
ri, aliter distinguitur, vt plene Abb. *d. q.* 5. *col.* 18. *cum seq. ver. alium-*
tum. vbi primo arguit, quod non possit cum bona conscientia;
ris; secundo arguit, quod imo possit fieri cũ bona conscientia;
tio recitat opiniones quatuor, *in col.* 19. *cum seq. ver. solutionem*
quarti dubii. prima est opinio, quod emens perpetuo, vel ad vi-
annuũ censum grani, vini, vel pecuniæ licite emit, quatenus
munem valorem non fraudet; secunda opinio, quod licitus
si cõmunis valor non seruetur; quia licitum est decipere in
tractu; tertia; q̃ emens redditum constitutum ante contrac-
emptionis, siue sit in re, put in domo, fundo, & siue in perso-
respectu liberti, vel rustici, siue actio, vt nomẽ, siue perpetuo,
ue ad vitã in pecunia, vel rebus, ex quo est vera venditio, dicit
licitus in conscientia; quarta opinio, q̃ licitus, ẽsi cõstituatur
pore venditionis, licet Innoc. reprobet eũ in Christianis propter
fraudẽ, quæ posset adhiberi, & dicit * communẽ, † Abb. vero di-
dẽ *in d. q.* 5. *col.* 20. *v. ego aut, vsq; in fi.* ponit aliam suam distinctio-
primo, q̃ licite quis vendit censum, quem percipit ab alio, pro-
licite fundus vendi põt, & hoc siue vendat perpetuo, prout ha-
bet, siue ad vitã ementis ẽt ad rationem decem pro centenario,
vel alias, ꝓpter incertitudinem valet, & est licitus in conscientia;
si vero venditur ad certũ tẽpus, puta 25. annorũ, in quo est cer-
sus, & lucrum certum, vltra sortẽ non est licitus; si vero cõtra-
tur in venditione, licitus est cũ eadẽ distinctione; quatenus
petuo, vel ad vitã, quatenus ad certum tempus, illicitus, q̃d
constituatur in personam venditoris, est illicitus; quia non
esse emptio; si vero constituitur super actione, eadem distinc-
seruatur, & dicit omni casũ clericos debere abstinere. Vide
missa, seu ludus sub futura conditione valet. Concl. 72. † Extende,
tionẽ, vt procedat ẽt in vsurario emente ad vitam suã annu-
ditũ decẽ pro cẽtenario; quia nõ propterea dicitur vsurarius
emptor vixerit tantũ, q̃ duplicauerit pretiũ. Bald. *cons. qui-*
tur de tali. p tot. lib. 3. & q̃ ex eo, q̃ emptor sit vsurarius, & non
census annuus ad vitam venditus nõ sit vsurarius. Bald. *cons.*
circa si. v. sed iis non obstantibus. lib. 3. vbi habes pro vtraque parte, &
istam tenet Bald. † Extende; quia vsurarius non dicitur contra
emptionis fructuum, puta 140. florenorũ annuorũ proprietario
renorũ 1200. nedũ ad vitã vnius, sed ẽt ad vitam ementis & vxo-
ris, & cuiuslibet insolidum. Bald. *d. cons.* 292. & 293. *lib.* 5. † Extende, vt talis contractus ẽt sit licitus cũ Ecclesia; sed tamen Ecclesia
restituitur, si est læsa. Abb. in sua *q.* 5. *col.* 16. *cum seq. v. nunc videamus*
aggrediens. & maxime *in fine. d. col. v. fateor tamen.* † Restringe, nisi
coniecturis contrarium posset coniecturari, quod esset in fraudẽ
vsurarum; quia licet ex sui forma sit licitus; tamen ex intentione
posset effici illicitus, veluti si emens esset solitus fœnerari, vel ex
fraudẽ vsurarum instrumenta conficere, & q̃ emens esset pau-
nis multũ, si res fuisset maiori pretio alteri subhastata, hic contra-
nõ frequentatur in loco, si esset in parte vẽditio, & in parte con-
tio, si adesset pactũ, q̃ nõ posset redimi; ga ex multis vrgebit
set arbitrio iudicãtis reddi vsurarius. Bald. *cons.* 154. *Instrumenti*
dicit. lib. 2. vbi late, p vtraq; parte, & sic soluit, & q̃ dolus reddat
lem contractum illicitum, Bald. *cons.* 293. *Quia non inuenio. lib.*
princ. Cravet. *cons.* 145. *nu.* 20. † Contrarium tenet Cotta. *cons.*
Proponitur, quod. vbi, quod solitus fœnerari vltra montes, ibi em-
annuũ censum super re immobili ad vitam, valet contractus,
fructus sint ad decem pro centenario; quia contractus de lon-
tura est licitus. † Amplia in vsufructu vendito ad vitam etiam
liori pretio; quia licet si ad sit læsio vltra dimidiam eius, quod
tuisset vendi, competat rescissio; non tamen propterea dicitur
surarius contractus. Bald. *cons.* 210. *Quæritur de tali, post med. v.*
alias sequeretur. lib. 3. † Extende idem in eo, qui conducit gu-
vel pedagia viliori pretio; quia non est vsurarius contractus,
ob læsionem rescinditur. Bald. *d. cons.* 210. *post med. ver. & multo*
lib. 3. † Amplia; quia non est vsurarius contractus, in quo pro-
to tibi soluere scuta centum in Alexãdria; quia tu mihi facis
nis centum & decẽ; quia istud est interesse licitũ, quod cum
loco ad locum. Calder. *cons.* 509. alias 11. *de vsur.* † Amplia in tra
censu; quia potest licite constitui, & vendi perpetuo, vel ad tem-
pus. Pert. Anch. *cons.* 19. *per totum.* † Amplia; quia non est vsurarius
contractus in quo quis recipit centum scuta, & se obligat pro-
re singulo anno decẽ pro alimẽtis Titio, dõnec viuat, & eo mor-
tuo promittit centum scuta restituere. Bald. *cons.* 479. *Fatisque*
quo per totum. vbi tamen dicit melius esse, quod quis abstineat a
mili contractu; quia dubius est de vsuraria prauitate, *lib.* 1. de
de iure ciuili valeat. † Amplia; quia si res potest ita decre-
re, sicut etiam crescere, prout legitima patris, si filius pu-
ere

certa summa renunciat legitimæ patri soluenti, attenditur valor læsionis tempore contractus, licet legitima valutari soleat tempore mortis, & siue creuerit, vel decreuerit, nō datur de læsione, nec petit, vel restituit, si habuit valorem tempore contractus. Alex. *cons.*180. *Visis duabus. in princ.* vbi apostil. *in ver. tēpore.* dat concord. pro vtraque, & dicit hanc magis *cōmunem, & repetit *cons.* 181. *lib.*5. Vide, *Læsio enormis non habet locum multis casibus. Concl.*294. † Amplia; quia vbicunq; sors principalis potest perire, ita q; incertum est lucrū, semper valet contractus emptionis, vel mutui ad certū lucrum, alias si sors principalis no pōt perire, sed debet esse salua in pecunia; tunc lucrum nō est honestum. Roma. *consil.* 238. *Pro habenda. n.6. & seq.* maxime *nu.9. ver. quinto certissimum.* vbi apostil. *in ver. dubij.* † Amplia in societatibus officiorum Romanæ Curiæ vacabilium; quia sicuti vacat sors principalis per obitum dantis ad societatē; ita viuens licite percipit fructus ad rationem 12. pro centenario, extat Bulla Pii IV. in ordine 160. fol. 917. & declarat Hiero. Gabr. *cons.* 81. *in fi.* † Extende; quia etiā valet societas super officio emendo, & licet nō ematur, adhuc valet, & fideiussor obligatur. Put. *decis.* 67. *lib.*3. † Extēde; quia siue ad societatē detur pecunia numerata, siue detur res mobilis ęstimata, siue etiam contractus crediti deducatur in societatem, valet, Gabr. *d. cons.* 81. *per tot.* † Amplia; quia emere loca montiū, ex quibus annuus redditus percipitur, nō est vsura, si ab initio emptio fiat in erectione mōtis; secus si post erectionē quis emeret à primo emptore. Castren. *cons.* 22. *n.*2. *ver. præterea secundum Theologos. lib.*1. Vide, *Montium loca fructuosa an licita. Concl.*370. † Contrariū; quia siue emantur à principio, siue vendantur à primo emptore loca montiū Florentiæ, & loca præstantiarum Venetiis, non sit vsura; quia si permittitur venditio, permittitur emptio, & ecōtra. Castr. *cons.* 290. *Præsens dubium. col.*2. *ver. idem quasi per omnia. & n.*2. *& per tot. lib.*1. vbi respondet ad quinque oppositiones contrarias, quas videas omnino. † Declarat Alex. *cons.* 103. *Visis scriptis. num.*9. *&* 10. *ver. & prædicta fortificantur. lib.*2. quia pendet ex eo, an sit emptio, vel mutuum, si emptio, sunt liciti fructus, si mutuum, vel depositum, secus, vbi allegat pro vtraq; plures, quod sit vsura, & non sit. † Amplia; quia valet talis emptio fructuum annorum, siue sint certi, siue incerti. Crauet. *cons.* 145. *n.*20. *& seq.* † Extende, vt procedat, etiā si emptio fiat ab Ecclesia ad vitam ementis; quia valet, ex quo pendet à vita & morte ementis. Crauet. *d. cons.* 145. *n.*20. † Extende; quia valet pactum, q; vendens soluat omnia onera, nec propterea dicitur suspectus contractus de vsura. Crauet. *d. cons.* 145. *nu.*20. *&* 21. vbi loquitur, siue sint realia, siue personalia, siue mixta. † Amplia; quia valet præstatio grani ad vitā soluentis pro summa pecuniar ū recepta per soluentē, quam restituere non tenetur; quia censetur solutio ad vitam super incerto, & valet. Castr. *cons.* 102. *circa princip. ver. tertia ratio. lib.*1. Roman. *cons.* 302. *nu.*3. *ver. quarto considerandum.* † Amplia; quia vsurarius dici non potest contractus, q̄n est innominatus; quia q̄n quis aliquid dat, vt sibi aliud detur, inæqualitas rerum datarum nunquam facit vsuram. Roman. *d. consil.* 302. *Ego hunc contractū. n.*4. *ver. vltimo ad hoc.* vbi, q; in dubio cōtractus censetur innominatus, non autē nominatus. † Limita tamen; quia donatio excessiua prohibita vltra merita non efficitur licita; licet donatio fiat ad vitā donatarii tantum; quia non valet, licet non sit perpetua. Oldrad. *cons.* 226. *n.*9. *ver. tertio donatio.* † Limita; quia cōtractus venditionis certi annui redditus in pecunia, p certo pretio est vsura, etiamsi sub nomine census fiat, q̄n obligatio est personalis; quia emptio non consistit, vt pecunia ematur pecuniæ; quia in emptione requiritur res, & pretium; ideo necesse est, vt valeat, quod sit constitutum super re, & quod vendatur illud ius percipiendi, plene Castr. *cons.* 290. *colu. penult. ver. quinto fortius. lib.*1. vbi, q; etiam debet esse perpetuus, ita vt non possint repetere pecuniā sortis principalis, licet venditor possit restituere. † Limita; quia licet contractus sit licitus factus ad vitam etiā sub excessiua pensione, quæ excedat sortem principalē; tn̄ Princeps restituit in integrum aduersus talem contractum vti læsiuum, *c. ad nostram, de rebus Eccles. non alien.* quē ad hoc citat Roma. *cons.* 302. *Ego hunc cōtractum. in princ. ver. secundo probo.* † Limita; quia non esset licitus talis contractus clericis; tum quia non possunt conducere alienas possessiones, neq; possunt negociari, nisi ex causa necessitatis; tū quia cum fuerit dubiū apud aliquos, q; sit fœneratitius, debent abstinere clerici ab omni intēperantia, & non solū à malo re ipsa, sed à malo, q; est in opinione. Abb. in sua. *q.*5. incip. *Augerio. colu.*17. *ver. item vsura non committitur.* † Limita, q̄n census emeretur perpetuus; quia de pecunia non potest fieri census in pecunia regulariter. Bald. *cons.* 133. *Et quod dictus annuus. ver. in contrarium. quasi per tot.* * *lib.*3. vbi *n.*3. dicit *communem opinionem, q; dans pecuniam, vt recipiat pecuniā in annos singulos, cōmittit vsuram in eo, quod percipit vltra sortē. Vide, *Census consistens in annuo redditu licite venditoest. Concl.*193. † Declara; quia non procedit, quando census constituitur super re immobili; quia tunc bene valet; secus si in personam fiat constitutio census. Cuman. *cons.* 181. *Proponitur, quod Commune per tot.* † Limita, q̄n venderetur census ad vitam pluriū ab eo, qui habebat mandatum ab vniuersitate vendendi annuū censum vni, vel pluribus; quia intelligitur de pluribus distributiue, non autem cumulatiue; ideo si vendat censum ad vitā plurium, videlicet, q; vno mortuo alteri superstiti accrescat, dicitur vsurarius contractus, maxime, si emens erat solitus fœnerari, & saltem ratione mandati excessio non valet. Bald. *d. consil.* 133. *ver. in contrarium.* vbi multa allegat, *lib.*3. † Contrarium tenet Bald. *d. consil.* 133. *lib.*3. *circa fin.* in additione, quæ est Bald. *ver. sed iis non obstantibus, vsque in fi.* vbi dat exemplum de emphyteusi ad tertiam generationem, & dicit valere; quia non tantum valet res in spe, quantum in re; & quia plus valet frumentum in horreo, quam in herbis, propter dubiam fortunam. Roman. *cons.* 302. *in princ.* vbi loquitur de venditione facta per communitatem ad vitam mariti, & vxoris cum ulatiue, & quod valeat.

Vsuraria causa potest transactione finiri, & quando secus. Concl.363.

TRANSACTIONE † potest terminari causa, & controuersia vsuraria, dummodo vsura non intercedat in ipsa transactione, Bald. *cons.* 125. *Tres fuerunt contractus. n.*2. *ver. ego non dico. lib.*1. † Limita; quia non valet compromissum, laudum, neque transactio confouentia vsuras; & super vsuris ipso iure; quia alias fingerentur lites, vt fieret transactio, & esset aperta via vsuris, bene obstat iuramentum, donec obtineatur absolutio. Bald. *consil.* 455. *Videamus si ex lure. n.*2. *ver. in contrarium. lib.*3.

Vsus, & solitum patrisfamilias seruit pro interpretatione actus dubii. Concl.364.

VSVS, † & solitū patrisfamilias attendi debet in interpretando actu ab eo gesto. Oldr. *cons.* 266. *n.*6. *ver. præterea* vbi, q; gratia, an sit reuocata, non in casu dubio, attendi debet vsus aliorū Romanorum Pontificum, & quid obseruatum fuerit in tali casu. Vide, *Lex qualiter sit interpretanda. Concl.*261. Vide, *Soluere debens annuatim decem si soluat minus. præscribit. & quando secus. Concl.*338. † Et valet argumentum à solitis. Castr. *cons.* 333. *Dubium videtur. n.*3. *lib.*2. † Et secundum communem consuetudinem loquendi præsumitur, & interpretatur mens cuiuscunque loquentis, & disponentis. Roman. *cons.* 179. *Amplissime Doctor. n.*5. † Amplia; quia licet familiaris vere non dicatur is, qui non viuit expensis Domini, *cap. sicut nobis. de verbor. significat.* tn̄ si vsus patrisfamilias esset, q; familiares nō viuerent expensis Domini, prout euenit quandoq; in familiaribus Cardinalium; tunc sunt veri familiares; quia vsus patrisfamilias attendi debet. Calderin. *cons.* 88. *in fi. ver. sed cum iste.* alias 8. *de offic. Legat.* † Amplia in Legatis; quia si testator legat domum simpliciter alicui, quæ non habebat aliquam seruitutem constitutā; si tamen vsus legantis erat, q; ipsa domus deseruiret pro transitu ad aliam domum testatoris, tenetur legatarius pati transitū; quia vsus legantis solitus declarat legatum. Bald. *consil.* 24. *Quidam Vannes. lib.*5. Vide, *Destinatio facta per patrem familias quid operetur. Conclus.* 227. † Extende; quia mens dubia legantis patris interpretatur secundum commune votum parentum, vt filiæ matrimonium cōtrahant, & descendentes habeant; quia ad hoc parentes inclinat ex voto communi. Ang. *cons.* 294. *Quoniam in vltimis. n.*3. † Et consuetudo, seu vsus hominis in eadem specie, vel in eodem genere, si apparet, secundum eum intentio est sumenda. Ang. qui loquitur in Notario, qui cancellauit instrumentum propter expletionem; quia si est solitus ita facere, cancellatio nō egreditur intentionem Notarii. *cons.* 346. *Titius vt hæres.* † Amplia in eo, qui est solitus concedere bona ad pensionem pro octaua parte fructuum; quia si simpliciter cōcedit bona ad pensionē, non expressa quantitate pensionis, censetur concessisse pro octaua parte fructuum, & sic secundū vsum, & solitū concedentis. Alex. *cons.* 107. *In causa & lite. in princ. lib.*1. † Extende; quia pensione non expressa, illa mē suratur ex consuetudine. & solito etiam regionis. glos. fin. *in l. excepto. C. locati.* vel secundum solutiones subsequentes. Alex. *d. cons.* 107. *n.*2. *lib.*1. † Amplia; quia attenditur iste vsus patrisfamilias in Papa etiam in signatura gratiæ. Cassad. *decis.* 2. *de locat. nu.*4. † Amplia; quia ex vsu, & solito Papæ in concessione gratiarum expectatiuarum, si non est consuetus Papa derogare, non præsumitur cogitasse de derogatione; quia arguitur mens ex consuetudine

12 patrisfamilias. Ægid. Bellam. *conſ.33.nu.15.ver.ſexta concluſio.* † Amplia; quia maxime attenditur vſus Principis, vt cenſeatur nō voluiſſe aliquid de omiſſis diſponere, qñ conſtat, quod aliquando omiſſa expreſſit; quia voluit de eis diſponere aliquando. Oldrad. *conſ.326.n.7.ver.item eorum.* & clarius *conſ.327.n.4.* pleniſſime Calder. *conſ.31.alias 8. de reſcript.* vbi dicit maxime procedere, qñ contra ius commune fit conceſſio; quia omiſſum habetur pro omiſſo. R oland. à Valle *conſ.56.n.5. & ſeq. lib.3.* & in ſimili Decian. *conſil.*
☞ *55.n.44.lib.3.* Vide, *Omiſſum quando habeatur pro omiſſo, vt intret ius cō-*
13 *mune. Concl.116.* † Amplia in Rege Franciæ, & quolibet Catholico Principe condente ſtatutum, quod poſſit ſonare contra Eccleſiaſticam libertatem, vt fiat interpretatio Catholica ex vſu Principis Catholici; nam fecit Rex ſtatutum, quod non poſſint Eccleſiaſtici nouas decimas imponere, certe cauſa decimarum eſt ſpiritualis, & ſeculares non poſſunt ſtatuere, alias ſunt excommunicati, *c.nouerit. de ſent. excommunic.* late Ægid. Bellam. *conſ.40.nu.31.* & 33. dicit tamen *n.33.* & 34. quod non eſt credendum, quod Rex Chriſtianiſſimus habuerit hanc intentionem deprauatam; & ideo ſtatutum ab vſu patrisfamilias recipit interpretationem, vt prohibeat decimas, quæ non ſunt ſecundum Canones, quia iſte
14 ſenſus eſt iuxta morem Chriſtianiſſimi. † Amplia; quia habens tacitam conceſſionem regalium per vſum immemorabilem, prout exigendi pedagia ſi non conſtat de natura conceſſionis, videlicet an comprehendat fœminas, ſtatur cōmuni vſui Principis in conceſſionibus ſimilibus, quas facit expreſſe; quia tacitum non plus debet operari, quam expreſſum, & ſi non conſtat de vſu concedentis, debet capi interpretatio à iure communi etiam feudali.
15 Caſtr. *cōſ.166. Nulli dubium. n.2.* † Amplia; quia teſtator legans prædium in vna Regione, & territorio ſitum, & exprimit in alio territorio, ſi ex vſu teſtatoris eſſet ſolitus appellare de alio territorio, ſufficit, quod in aliis verificetur legatū; quia vſus patrisfami-
16 lias attenditur. Caſtr. *conſ.117. Videtur dicendum. in princ. lib.2.* † Extende; quia ſi teſtator erat ſolitus appellare libertum ſuū illum, qui reuera non erat libertus; tamen cadet in legato libertorum.
17 Caſtr. *d. conſ.117. nu.2. lib.2.* † Extende idem in patre, qui ſolitus eſt vocare filium illum, qui eſt nepos, ſi faciat legatum filiis ſuis, ve-
18 niet nepos, licet non ſit filius. Caſtr. *d. conſ.117. n.2. lib.2.* † Amplia; quia deſtinatione patrisfamilias plures fundi habentur pro vno,
☞ & vnus pro pluribus. Vide, *Deſtinatio facta per patremfamilias quid*
19 *operetur. Concl.227.* † Amplia in contractibus; quia ſi quis habet apothecam ſolitam locari ad vſum ſpeciariæ, & ſimpliciter locet exercenti dictam artem, cenſetur locare ad vſum prædictum; & ideo tenetur præſtare patientiā pro illo caſu, alias tenetur ad remiſſionem, vel intereſſe pro impedimento. Roman. *conſ.178. Pro*
20 *deciſione. n.2. ver. vltimo. per tot.* vbi apoſtil. *in ver. ipſius.* † Amplia; quia in conceſſione quantumcunq; generali delegitimando, ipſa facultas debet interpretari, vt nō ſe extendat ad ea, quæ concedens non faceret, & ex vſu ſuo non facit, ita Bald. *conſ.16. colu.3. in princ. lib.4.* allegat *l. ſi procurator*, & alia iura. *ff. de cond. indeb.* Caſtr. *conſ.180.*
21 *Super eo. col.3. n.2. ver. ſecunda ratio. lib.2.* † Extende; quia Princeps, ſi alicui ob eximiam virtutem concedit priuilegium amplum, non aliter conceſſiſſe videtur, quam ipſe concedens ſit ſolitus facere,
22 *l.1. ff. de offic. præfect. prætor. ver. credidit.* † Et delegatus ad aliquid non debet aliter iudicare, quam delegans eſſet iudicaturus, *c. ſuper lit-*
23 *teris. in fin. de reſcript.* † Et habens facultatem conferendi beneficia à Papa non poteſt ea vti, niſi eo modo, quo Papa vti ſolet. Ægid.
24 Bellam. *conſ.33.nu.9. ver. quinta concluſio.* † Amplia; quia mens, quæ attendi debet, contrahentium in omnibus contractibus ad ſumendam interpretationem contractus, vel compoſitionis, ſumitur ex obſeruantia præcedente contractum; nam ſi parochiani componunt ſuper decimis animalium ſimpliciter, & non erant ſoliti ante contractum ſoluere decimas animalium, niſi quæ paſcebantur extra diſtrictum, compoſitio intelligi debet ſolum de
25 iſtis. Caſtr. *conſ.364. Circa primum. n.3. ver. ſuper ſecundo. lib.1.* † Extende, vt procedat, etiamſi obſeruantia eſſet ita poſt contractum.
26 Caſtr. *d. conſ.364. n.3. lib.1.* † Extende, ſiue cōtractus pendeat à voluntate vnius tantum, prout teſtamentum, & mandatum procuræ; quia pro interpretatione ſeruit obſeruantia illius, ſiue pendeat ex conſenſu plurium, & attenditur obſeruantia amborum.
27 Caſtr. *d. conſ.164. n.3. ver. item ſicut vltimæ voluntates. lib.1.* † Vide Bart. *in conſ.59. Commune Spoleti. n.5. ver. nam diſſenſus. lib.1.* vbi, quod in cōtractu, & ſtipulatione diſſenſus vitiat; quia ſi vnus de vno, alius
28 de alio ſenſit, nihil actum eſt. † Amplia; quia habens priuilegium amplum, & vſus ſit ſtricto modo, ex tali vſu reſtringitur. Bart. *in l. vſum aquæ. C. de aquæduct. lib.11.* Alex. *conſ.1. Ponderatis. n.30. in fin. ver. non obſtat etiam lib.5.* Vide, *Conſuetudo & vſus patrisfamilias, & Prin-*
☞ *cipis attendi debet. Concl.953.* Vide, *Obſeruantia diuturna multa operatur, & attendenda. Concl.59.* Vide, *Priuilegium quando per datum per alium contrarium. Concl.756.* † Amplia; quia vſus patrisfamilias attenditur a multis; ideo ſi pater legat domum, & vineam Hoſpitali, cū hoc quod eius filii poſſint recreationis cauſa accedere, debet intelligi, prout teſtator accedere ſolebat, ſi poteſt cōſtare, alias arbitrio boni viri. Caſtr. *conſ.437. Super dictis quæritis. in princ. lib.2.* † Extende; quia ſi domus erat ſolita remanere vacua pro recreatione teſtatoris, debet etiam remanere pro filiis habentibus reſeruatam recreationem. Caſtr. *d. conſ.437. n.8. ver. ſuper vltimo. lib.2.* † Extende; etiamſi vnus ex pluribus filiis renunciaſſet ſuæ recreationi; quia non poteſt aliis præiudicare, niſi renunciatio eſſet ex cauſa iuſta, & ſuperuenienti. Caſtr. *d. conſ.437. in fin. lib.2.*

Vſus & habitatio in quibus differant, vel non. Concl. 365.

HABITATIO † differt ab vſu habitandi; quia habitatio ſignificat ſeruitutem habitationis, & poteſt locari; vſus vero non poteſt locari, ſed importat perſonalem vſum eius, qui debet habitare. Soci. *conſ.281. In cauſa Bernardi. per tot. lib.2.* Alex. *conſ.21. verbis. n.4. lib.2.* Caſtr. *conſ.125. Viſo teſtamento. in fin. lib.1.* Vide, *habitatio multiplex, & quis dicatur habitare. Concl.7.* † Declaratiū, quia conſtat de mente, quod habitatio intelligatur pro vſu habitationis, debet ita intelligi, veluti ſi habitatio ſimul cum hærede, vel habitatio cum prohibitione locandi, vel quando filiæ poterant linqueret, quod poſſet redire, & habitare; quia ab vſu patrisfamilias ſic intelligitur. Socin. *d. conſ.281. per tot. lib.2.* † Amplia; ſi teſtator legat vxori ſuæ, quod poſſit ſtare, & habitare in domo teſtatoris, & inhabitet commode, & pars domus loceturpro redem, penſio erit hæredis, ex quo non contradixit vxor; propter dubias opiniones cauſa eſt concordanda. Fulgoſ. *conſ. Franciſcus filius. col.2. ver. ſecundo quæritur.* † Amplia; quia licta habitatio; tñ reſtringitur ad vſum, ſi teſtator impoſuit ſitatem habitandi, puta quia dixit, q̃ legabat habitationē ſolum tali, qui poſſit, & debeat habitare; nam illa verba neceſſaria inducunt vſum, & non habitationē. Alex. *d. conſ.223. nu.6. lib.5.* † Reſtringe; quia ſi modus adiectus legato ſit fauore legati, q̃ nunquam reſtringit legatum. Alex. *d. conſ.223. n.5 lib.3.* † Amplia; quia vſus, & habitatio non poſſunt legari in re ſua, qui ſeruus eſt, & non poteſt res mea mihi ſeruire, & ſic cum dominio non conuenit. Caſtr. *conſ.125. nu.3. lib.1.* † Limita; quia habens vſum, & habitationē domus, ſi intrat religionem capacem bonorum, ni extinguitur vſus, & habitatio, ſed monaſterii poterit locare. Ancharr. *conſ.436. n.8. ver. vento ad quintum.* † Limita; quia bene poteſt, qui habet vſum, & habitationem domus, illum habere proprie & conuiuiis, & hoſpitibus, licet non poſſit locare, *l. plenum. in princ. ff. de vſu, & habitat.* ibi, *ex iis, quæ Neruæ negauit, Iubentius attribuam conuiuiis, & hoſpitibus poſſe vti.* & ſubdit text. *quæ ſententia inde verificatur; aliquando enim largius cum vſuario agendum eſt pro dignitate, cui relictus eſt vſus.* Vide, *Vſusfructus rei legatus differt a legato vſus eiusdem rei. Concl.335.*

Vſus cadit in rebus mobilibus, non autem vſusfructus. Concl.366.

VSVS † cadit in rebus mobilibus, non vſusfructus, licet propter commoditatem vtendi mobilibus talis vſus per causam tranſeat in vſumfructum. Caſtr. *conſ.382. Primo videndum. n. & 2. ver. contrarium credo.* Fulgoſ. *conſ.197.* qui loquitur in pecunia, & de mobilibus, quæ vſu conſumuntur. Vide ſupra, *Vſusfructus rerum ſtabilium, & mobilium qualiter, & de quibus cauere debeat. Concl.* ſ.
† Reſtringe, niſi eſſent talia mobilia, quæ non conueniret, ut muliebria, quæ viro non conueniunt, vel e contra; quia tunc nec datur vſus, nec vſusfructus. Caſtr. *d. conſ.382. col.1. ver. contrarium. lib.1.* ſed forte cadit vſus propter æſtimationem, quæ ad pecuniam reduci.

Vſurarius quis dicatur, & quid importet. Concl.

HABENS † vſuarium obligatum ad ſoluendam certā penſionē perpetuam pro certis bonis dicitur habere directum dominiū, & vſurarius dicitur habere vtile dominium. Ang. Aret. *conſ.* 54. *Videtur dicendum. n.10.* † Et poteſt vſurarius eſſe cum facultate ſibi appropriandi, vel redimendi, quę facultas aliquando eſt perpetua, & realis, veluti ſi dicatur, q̃ concedit ius francādi, vel ro dicatur, q̃ poſſit francare, dicitur perſonalis. Ang. Aret. *d. conſ.* 54. *n.11. & ſeq.* † Dominus vendens huiuſmodi vſurarium cum pacto, q̃ recipiet inueſtituram, & ſoluet penſionem, alias venditor vult teneri ipſe ſoluere, ſi vſurarius nō vult recipere inueſtituram,

& non

& non vult soluere pensionem, vendens tenetur, nec potest prætendere se fideiussorem pro vsuario; quia non habuit mandatũ abeo, neq; ipso præsente vendidit; ideo exceptio francandi cõpetens vsuario non competit venditori; quia reuera non est fideiussor, plene Angel. Aretin. *d. cons. 54. per tot.* vbi pro vtraq; allegat,
4 sed hanc tuetur, & tollit contraria. † Declara; quia vsuarius, prout est beneficiatus habens administrationem, veluti Episcopus, licet in vita æquiparetur vsufructuario; tamen in infirmitate, vel morte æquiparatur vsuario, qui solũ efficit suos fructus illos, qui sunt necessarii pro se, & familia, alios Ecclesiæ dimittit, sicq; vsuarius non habet, nisi necessaria, *c. Episcopus habeat, 12. q. 1.* Vide, *Beneficiatus an æquiparetur vsufructuario, vel vsuario. Concl. 80. nu. 2.*

Vsus communis loquendi attendi debet, & quando secus. Concluſ. 368.

1 VSVS † communis loquendi magis attenditur, quã proprietas verborum in sermonibus exaudiendis; & ideo in legato omnium bonorum mobilium nõ veniunt nomina debitorum, etiamsi de subtilitate iuris possent includi; quia secundum vsum communem appellatione bonorũ mobiliũ veniunt supellectilia. Oldr. *cons. 219. Factum tale est, dominus Rex, in fin. ver. sed quicquid.*
2 Bart. *cons. 159. Visa quadam. in princ. lib. 1.* Vide, *Consuetudo interpretatiua quanto tempore introducatur, & q. d operetur. Concl. 878.* † Et obscuritas sermonis ex cõmuni vsu loquendi, & consuetudine interpretationẽ recipit, plene Mascard. *concl. 1124. n. 15. & seq.* vbi citat
* plurimos, & attestatur de* communi, vbi plene ampliat, & declarat, vide eum. Roman. *cons. 179. Amplissime Doctor n. 2. ver. secundo cõ-*
3 *munis vsus.* † Declara tamẽ, quod vsus cõmunis attenditur, quando ex verbis non apparet clare, quid partes senserint, vt quia verba sunt dubia, & possunt plura significare, aliàs secus; quia si verba sunt clara, & habent propriam significationem, statur verbis, & significationi verborũ. Federic. de Sen. *cons. 72. Benedictus n. 2.*
4 *in fin. ver. ad id, quod dicis & n. 3.* † Declara; quia communis vsus nunquam attenditur, nisi de eo constet, & allegans probare debet. Bart. *cons. 159. Visa quadam constitutione. in princ. lib. 1.* Alexand. *cons. 37. Viso themate. n. 17. ver. duodecimo. cum seq. lib. 6. & cons. 26. Videretur, n.*
5 *11. lib. 3.* † Imo non sufficit probare communem vsum loquendi, nisi probetur de tempore dispositionis testatoris; quia non releuaret, ex quo variare potest, & probatus de vno tempore non concludit de alio, Alexand. *d. cons. 37. n. 17. li. 6. & cons. 26. nu. 11. lib. 3.*
6 † Amplia; quia communis vsus loquendi attenditur etiam in odiosis, & pœnalibus. Mascard. *d. Concl. 1124. n. 17. & seq.* vbi ampliat multis modis, vide omnino eum, Abb. *cons. 1. n. 6. ver. item statutum*
7 *dicit. lib. 1.* † Extende etiam ad annullandum actum, prout loquitur Roman. *cons. 179. nu. 5.* † Amplia; quia rescripti verba debent intelligi secundum communem vsum loquendi. Feder. de Sen.
9 *cons. 145. n. 7. circa fin. ver. & ad communem vsum.* † Amplia in verbis statuti; quia si statutum dicat, quod statutibus patruis excludatur mater, licet proprie patruus dicatur frater patris, & patruus magnus dicatur frater aui; tamen si ex communi vsu loquendi patruus magnus appellatur patruus, ipse excludet matrem, alias se-
10 cus Bald. *cons. 258. Item statuimus. in fin. ver. solutio. lib. 3.* † Extende in statuto circa successionem, quod mater non succedat filio abintestato decedenti; quia licet non habeat locum in impubere, qui non potest testari; tamen debet intelligi secundum communem vsum, quatenus vsus probetur, etiam in impubere, qui non potest testari, decedente. Angel. de Perus. *cons. 26. Statutum excludens.* Rom. *cons. 32. n.* 4. vbi apostil. magna citat infinitos pro vtraque.
Abb. *cons. 75. n. 9. lib. 1.* Vide, *Intestatus proprie quis dicatur, vel non. Con-*
11 *cluſ. 335.* †. Extende in statuto circa spurios, vel naturales; quia licet naturalis natus ex fantolastra non veniat appellatione filiorum ex tali statuto; si tamen communis vsus esset in contrarium, attendi debet. Angel. *cons. 30. Domina Francisca, num. 6.* Angel. *cons.*
12 *401. in princ.* quod est Benedicti de Plumbino. Idem † in statuto, quod consanguinei vsq; ad certum gradum teneantur compromittere; quia etiam in naturalibus habet locum, si ita est communis vsus, quod appellatione consanguineorum veniant naturales. Fulgos. *cons. 108. n. 4.* quod duplicatur *cons. 152. colum. penult.*
13 *circa fin. ver. rursus in huiusmodi.* † Item in statuto loquente de iudi-
* cibus; quia intelligitur secundum *communem vsum loquendi.
14 Signor. *cons. 243. num. 4.* † Idem in statuto loquente de arboribus fructiferis; quia quercus dicitur arbor fructifera. Corsett. *in sing. suis, in ver. fructus,* nisi communis vsus repugnaret. Abb. *in c. 2. in 2.*
* *not. de arbitr.* & est communis *opinio, vt per Bartol. Alexand. &*
15 alios *in rubric. ff. de nou. oper. nunciat.* † Et licet aliqui distinguant; aut fuit statutum compilatũ à iurisperitis; & tunc verba sumuntur secundum propriam significationem; aut ab idiotis, & sumuntur secundũ communem vsum loquendi; tamen etiamsi à peritis sit factum, semper attenditur communis vsus loquendi, 16
fide eo constat. Roman. *d. cons. 32. n. 4.* Abb. *d. cons. 75. n. 9. lib. 1.* † Cõtrarium, quod distinctio sit vera. Alexand. *cons. 2. n. 17. & cons. 9. n. 4. & cons. 82. num. 15. lib. 1. & cons. 26. num. 12. lib. 3. & cons. 85. Animaduersis. num. 15. & seq. ver. præterea. lib. 4. & cons. 44. nu. 7. lib. 5.* † Amplia 17
in iudiciis, & laudis hominum, maxime vulgarium; quia attenditur communis vsus loquendi, vt illa sit turris, vel pars turris, quam communis vsus talẽ appellat. Bald. *cons. 125. Domus construitur lib. 3.* † Amplia in contractibus; quia communis vsus loquen- 18
di attendi debet, quando verba possunt esse dubia. Angel. *cons. 251. Domina Mussina. num. 2.* † Extende; quia attenditur communis 19
vsus loquendi etiam contra propriam significationem, quando de eo constat; & ideo licet locatio propria intelligatur, quando pensio solvitur in pecunia; tamen, quando vsus communis esset in contrarium, attendi debet, Bart. *consil. 159. Visa quadam constitutione. in princ. lib. 1.* † Extende in contractu gabellarum, in quo 20
enunciat liber magister gabellarum; quia sic est controversia, de quo libro gabellarum intelligatur, vt sit magister, statur cõmuni vsui. Ang. *cons. 239. Quidam emptores in fin.* † Amplia in testamentis; 21
quia si testator substituat hæredi decedenti sine filiis legitimis & naturalibus, non veniunt legitimati, si ita est vsus communis, q̃ veniant, vel e contra. Alexand. *cons. 2. Visis codicill. ver quinto probo. lib.*
1. Ant. de Butr. *cons. 9. in prin. ver. in contrarium.* Alex. *cons. 248. Ponderatis. n. 5. ver. in contrariũ. lib. 6.* † Extende; quia semper vsus cõmunis 22
attenditur, quando verba sunt vulgari sermone prolata ab idiota Alex. *cons. 9. Visis verbis n. 4. lib. 1.* † Etiamsi postea in latinũ sint po- 23
sita à Notario; vnde si testator substituit: *se nessuno de mie' heredi morirà senza figliuoli sostituisco l' Hospitale,* i. e. *si vllus ex heredibus meis morietur sine filiis substituo Hospitale,* & Notarius scripsit: *& si nullus ex hæredibus, &c.* debet exponi, nullus, videlicet aliquis; quia sic importat in vulgari secundum vsum cõmunem. Bart. *cons. 57. Annacellus. lib. 1.* & duplicatur *lib. 2. cons. 73. Minarellus,* & nota, quod duplicatur *n. 73.* † Contrariũ; quia vsus communis non attenditur, 24
quando verba sunt latino sermone redacta in scriptis à Notario. Alex. *d. cons. 9. n. 4.* vbi apost. *in ver. iuris lib. 1. & cons. 26. Videretur. n. 12. lib. 3.* † Extende, quia cõmunis vsus loquendi, & communis con- 25
suetudo loquendi attenditur in testamentis, & codicillis, nedum ad eliciendã mentẽ disponentis, sed etiam ad probandã nullitatẽ dispositionis, prout quando pater errauit, vel in nomine proprio, vel in nomine filii, vel filius errauit in nomine patris disponendo: q̃a præsumitur demẽria etiam ad annullandum actũ. Roman. *cons. 179. Ampliss. Doctor. in prin. n. 3. & seq.* † Amplia generaliter 26
in omni dispositione, & omni materia; q̃a vsus cõmunis loquendi probatus semper prævalet proprie significationi. Abb. *in c. 2. in*
2. not. de arbitr. & cõmunẽ * dicũt Bart. Alex. & alii *in rubr. ff. de nou.* *
oper. nunciat. Ant. de Butr. *cons. 9. in prin. ver. in contrarium.* vbi apostil. *in ver. communi vsu* vbi allegat plures. Abb. *cons. 1. n. 6. ver. item statutũ dicit. lib. 1. & cons. 75. n. 9. lib. 1.* † Et appellatione creditoris licet non 27
veniret creditor in diem, vel sub conditione, secus est de cõmuni vsu loquendi. Mandel. Alba. *cons. 74. n. 13.* † Et probatio vsus cõ- 28
munis loquendi debet fieri de tempore dispositionis, aliàs non releuaret; quia varius esse potest. Alex. *cons. 37. nu. 17. ver. duodecimo non obst. 11, lib. 6. & cons. 102. in fin. lib. 6.* † Imo necesse est, quod pro- 29
batio sit distincta, & in puncto, vt si verba sunt à iurisperitis, non sufficiat probare vsum, nisi dicat etiã apud iurisperitos, & omnes, Alex. *d. cons. 37. nu. 18. lib. 6.* † Declara totam istam materiam; quia 30
communis vsus loquendi habet locum, & attenditur in verbis prolaris in vulgari sermone; quia etiam attenditur vsus communis vulgaris; si vero verba sunt prolata in latino, tunc attenditur communis vsus loquendi non vulgariter, sed literaliter, & ideo scripta in latino per Notarium præsumuntur scripta secundũ proprium significatum litteralem, & cessat cõmunis vsus vulgaris. Alex. *cons. 2. n. 17. lib. 1. ver. non obstat quintum. & cons. 5. Circa primum. n.*
11. ver. vnde secundum. Bald. *lib. 3.* & plenius *cons. 9. Visis verbis, n. 4. ver. bene facit, lib. 1.* vbi plena apostil. *in ver. iuris,* dat plurimos concord. *& cons. 82. n. 2. eod. lib.* plenius *cons. 5. Circa primum.* † Et ideo dicit A- 31
lex. *cons. 85. Animaduersis. n. 15. ver. præterea respondeo. lib. 4.* quod differentia est in iure inter emere, & comparare, quia emere est cum pretio, comparare est cum permutatione alterius rei, & speciei; ideo si dispositio est à lege, vel statuto, vel iurisperito, remanet differentia, si à vulgaribus & testibus, communis vsus prævalet, quod idem sit emere, vel cõparare. † Declara; quia cõmunis vsus 32
loquendi attẽditur maxime inter idiotas, q̃ ignorant proprietates verborũ, qui sunt mercatores, & alii vulgares. Alex. *cons. 102. Viso themate, in fin. lib. 6.* vbi subdit, q̃ omnis intellectus dicitur ca-

neus, qui non sonat in auribus vulgi, *c.ex litteris, de sponsal.* † Am-
plia; in priuilegio. Abb. *d. cons.75.n.9.lib.1.* † Amplia; quia in bastardis; an sint de familia, vel ne, attenditur communis vsus loquendi. Palæot. *de spur. c.60. nu.5.* vbi plures allegat. † Amplia in legibus. Abb. *d. cons.75.nu.9.lib.1.* vbi, q; etiamsi sunt factæ à iurisperitis; tamen attenditur communis vsus. † Contrarium, quod iurisconsulti peritissimi, maxime antiqui, non sint vsi verbis vulgarium modernorum. Abb. *cons.79. Illud de iure.n.2.lib.1.* † Limita; quia cõmunis vsus loquendi attenditur in iis, quæ proferuntur vulgari sermone, sed postquam prolata in vulgari Notarius redegit in latinum, præsumitur redegisse in eo proprio significatu, quo sunt verba prolata; ideo litteraliter intelligenda sunt. Alex. *cons.2. Visis codicillis.n.17. ver. primo istud. lib.1.* vbi apostil. dat concord. † Limita; quia communis vsus loquendi in vno loco non attenditur in alio loco; quia bene stant simul, quod in vno loco sit vsus communis vno modo, & in alio loco alio modo; & ideo non statur assertioni Doctoris, quod vbique ita sit communis vsus. Alex. *d. cons.5.nu.11. & seq. ver. item respondeo. lib.3.* † Limita; quia communis vsus loquẽdi non attenditur in multis; quia sæpe in iis, quæ vulgus tenet, inest error. Feder. de Sen. *d. cons.72. in fin. nu.3. & 4.* vbi ponit exempla aliqua, per quæ apparet errorem inesse vsui cõmuni, qui non attenditur in illis casibus. † Limita; quia communis vsus loquendi secundum quid non allegatur pro cõmuni vsu ad verificationem dispositionis simplicis. Ang. *consil.401. Petrus Paulus. in fin. ver. non obstat. quod verba statuti.* † Limita, quando vsus rusticanus esset vno modo, & ciuilis alio modo; quia iura Sapientum deturpari non debent per ora idiotarũ, & rusticorum. Bald. *in l.2. C. de success. edict.* plene Io. Monach. & ibi Prob. *c. pen. de immunit. Eccles. lib.6.* † Limita; quia vsus communis nõ attenditur, quando verba sunt prolata à lege, vel à Principe, aut à iurisperito; quia attenditur significatio. Alex. *cons.1.num.13.lib.1.* † Extende idem, quando sunt prolata à Notario, qui ea redegit latina in scriptis. Alex. *cons.9.nu.4.lib.1.* vbi apostil. *in ver. iuris.* Vide Conclusionem proxime seq.

Vsus communis loquendi attenditur etiam contra omnem latinitatem. Concl 369.

1 VSVS † communis loquendi attendi debet etiam accipiendo verba pluralia pro singularibus, & è contra singularia pro pluralibus. Bart. *cons.57. Annacellus. in princ. lib.1.* quod duplicatur *d. cons.73. el secondo* incip. *Minarellus.* † Vniuersale, videlicet omne, ponitur quandoque pro particulari distributiuo, vt pro quolibet, Bart. *d. consil.57. in princ. lib.1.* quod duplicatur *cons.73. el secondo lib.2.*
3 † Negatiuum verbum secundum communem vsum ponitur pro affirmatiuo; vnde vulgariter testator, qui instituit filios, si vulgari sermone dicat: *& se nessuno de detti miei figliuoli morirà, sustituisco la Chiesa, &c.* id est, *Et si aliquis dictorum filiorum meorum moriretur, substituo Ecclesiam, &c.* illud verbum secundum communem vsum, *se nessuno*, importat in latino, *& si aliquis.* Bart. *d. cons.57.n.2. ver. hoc præmisso lib.1.* & duplicatur *lib.2. & cons.73. el secondo.* † Debitor licet dici non possit obligatus reali, & à quo potest res vendicari; tamen inter idiotas, & vulgares, & mercatores secus secundum vsum communem, & vulgarem; quia verba grosso modo, & secundum vulgares sunt intelligenda. Alex. *cons.102. Viso themate. in fin.n.11. & seq. ver. præsertim cum dicti fratres. lib.6.* vbi dicit, quod omnis intellectus dicitur extraneus apud vulgares, qui non sonat in auribus
5 vulgi. † Amplia; quia communis vsus loquendi non dicitur impropria significatio, quando discrepat à propria significatione
6 vocabuli. Alex. *cons.211. Ponderatis. in princ. lib.6.* † Amplia; quia habet locum communis vsus loquendi, etiamsi statutum disponat, quod debeat ad litteram intelligi, vt sonant verba. Alex. *d. cons.211.*
7 *lib.6. in princ.* † Extende, etiamsi addat statutum, quod intelligi debeat secundum propriam significationem, & non possit interpretari, glossari, impropriari, vel alio modo intelligi; quia non est sublata interpretatio secundum cõmunem vsum loquendi, maxime, quando communis vsus non repugnet significationi propriæ. Alex. *d. cons.211. in fin. lib.6.* † Declara, vt prædicta procedant, quando cõstat de communi vsu loquendi, alias si clarè non constat de eo, non receditur à propria significatione. Alex. *consil.153. Viso themate. in princ. lib.7.* Vide Conclusionem proxime præcedentem.

Vsus communis loquendi qualiter probetur. Concl. 370.

1 COMMVNIS † vsus loquendi ad hoc, vt probetur, debent testes de[p]onere, quod ab omnibus ita tractari, & appellari audiuit per tantum tẽpus, per quod inducatur vsus, prout in consuetudine inducenda. Cuma. *cons.77. Ad primũ nu.5. ver. ad quintum* ideo non probant testes, qui dicunt se ita credere, vel audisse. † Extende; quia testes non probant communem vsum loquendi, nisi duo deponant de temporis diuturnitate, videlicet vt antecessores eius vsi fuerint, & quod à maiori parte populi; ideo deponentes ita vsum seruari, vel ita audiuisse à compluribus, & ita credere, non probant. Fulgos. *cons.165.nu.6. & seq.* vbi late tuetur Bart. *in l. Labeo. ff. de supell. leg.* reprobando 11. testes, sequitur Alex. *consil.102. in fin. lib.1.* † Amplia; quia testes deponentes de communi vsu loquendi debent percutere tempus ante dispositionem, vel tempus dispositionis, & non sufficeret de præsenti esse communem vsum. Fulgos. *cons.165.n.7. ver. rursus & illud.* sic etiam relatiue tenet Alex. *consil.102. Viso themate. in fin. lib.6.* Vide, *Probatio debet de necessitate concludere. Concl.765.* † Amplia; quia communis vsus loquendi non probatur ex attestatione Doctoris, vel glossæ, quando dicunt, quod vbique est talis vsus communis; quia potest esse diuersus in vno ab alio; ideo generalis assertio non probat. Alex. *consil. Cum pro-mum. num.11. & seq. ver. item respondeo. lib.3.* Vide plenius per Mol. *Concl.329. Communis vsus loquendi quo pacto probari possit.* Vide *Doctori attestanti aliquid quando credendum, vel non. Concl.558.*

Vsus negatiuus legis quomodo, & qualiter probetur. Concl.371.

NON † probatur non vsus legis, vel statuti per testes dicentes de simplici non vsu, nisi simul deponant de simplicitate affirmatiuo contrario; quia non entis nullæ sunt qualitates. Alex. *cons.196. Viso testamento. num.15. ver. tamen non probatur. lib.2.* † Emplum; lex disponit, quod habentes domos minantes ruinam teneantur cauere de damno infecto, testes deponunt; quia fecerunt multas domos minantes ruinã, & quod Domini non præstiterunt cautiones de damno infecto; hoc non relevat, potest dari casus, quod non fuerit vnquam petita, & sic ratio non concludit; similiter exemplum *in l. rem non nostram. ff. ni. C. de iudic.* tenentur Aduocati iurare de calumnia, testes deponunt nunquam fuisse iuratum, lex propterea non abiit in desuetudinem, etiam si per mille annos, quia iuramentum non fuit petitum; est ergo necesse, quod deponant cautionem, & iuramentum à lege inductum fuisse petitum, & petitam, & denegatam, & nunquam fuisse præstitum, vel quod deponant de actu implicite habente ex se actum affirmatiuum; lex dicit, quod morto patre hæreditas inter filios æqualiter diuidatur, si testes deponunt, quod bona non fuerunt diuisa, nõ sufficit, sed si dicant, non fuerunt diuisa; quia semper primogenitus habuit omnia bona, esset probatus non vsus, & consuetudo primogenituræ; quia includit contrarium actum affirmatiuum sublatum, ita plene Alex. *d. consil. 196. Viso testamento. n.15. lib.2.* & prius idem dixit *cons.45. nu.5. & cons. 136. n.19. lib.2.* Crauet. *cons.811. n.11.* Vide, *Lex præsumitur vsu recepta & quando secus Concl.257.* Vide, *Tempus immemorabile operatur multa & habet multa specialia, &c. Concl.40.*

Vsus communis circa diuersa. Conclus.372.

REDDITVS † appellantur; qui percipiuntur ex rebus immobilibus secundum *communem, & vulgarem opinionem. Feder. de Sen. *cons.12.n.5. ver. item communi.* † Mobilium bonorum appellatio intelligitur de supellectilibus secundum communem vsum loquendi. Oldrad. *cons.219. in fin. ver. sed quicquid de ista.* † Canonicatus appellatione secundum vulgarem, & communem vsum loquendi venit simplex beneficiũ clericatus nuncupatum in parochiali Ecclesia existens. Feder. de Sen. *consil.73. circa med. ver. non obstat. quod clericatus.* † Monasteriorum appellatione intelliguntur loca Monachorum, non autem religiosorum Mendicantium secundum communem vsum loquendi. Feder. de Sen. *cons.145. circa fin. ver. primo and. d. Pontius.* † Filiorum, vel Fratrum appellatio in materia conuenienti, & naturali veniunt etiam filii, & fratres spurii ex communi vsu loquendi, prout sic patet de pace, vel vt dicta; quia cum verba sint naturalia, complectuntur istos, qui naturaliter sunt tales. Angel. *cons.401. Petrus Paulus, in princip. quod est* Benedicti de Plumb. licet Angel. *n.8. vsq; in fin.* teneat contrarium. Vide, *Filiorum appellatione quando soli masculi comprehendantur, vel contra. Concl.374.* † Idem appellatione consanguineorum quia veniunt naturales consanguinei etiam in materia statuti. Fulgos. *consil.108. nu.4.* quod est duplicatum *consil.152. col. pen. in fin. ver. rursus huiusmodi.* † Et de consuetudine auorum est, quod appellant nepotes ex filio præmortuo filios. Alex. *cons.9.n.3. in fin. lib.1.* † Nepos; appellatio secundum communem vsum loquendi intelligitur de filio fratris; quia vulgares appellant nepotes, licet de iure intelligatur filius filii. Alex. *cons.5. Circa primũ, n.10. in fin. ver. postremo. lib.1.*

Et de

9 †Et de familia spurii dicuntur secundum communem vsum loquendi. Angel. *cons.* 30. & *cons.* 191. Corne. *cons.* 159. *colum. fi. lib.* 3. So-
10 cin. *cons.* 192. *lib.* 3. sequitur Palæott. *de spur. cap.* 60. *n.* 5. † Nomina filiis apponuntur per parentes secundum communem vsum. Ro-
11 man. *cons.* 179. *Amplissime Doctor, nu.* 5. † Gerundium licet importet dominium; tamen secundum communem vsum loquendi, qui debet attendi, importat possessionem. Alex. *cons.* 129. *Puto, in fin. n.* 4. *lib.* 2.

Vtile per inutile non vitiatur, & quando secus, Concl. 373.

1 REGVLA †est, quod vtile per inutile non vitiatur, *cap. non debet, de regul. iur. in* 6. quod procedit in iis, quæ sunt diuidua, & fiût separatim, Gemin. *cons.* 97. *in fi. ver. nec obstat.* Bald. *cons.* 475. *Quidam Ioannes, nu.* 10. *ver. tres enim sunt casus, lib.* 1. vbi, quod in iis, quæ sunt separata à principio, vel separabilia, vtile per inutile non vitiatur. Anchar. *cons.* 215. *nu.* 5. & *seq. ver. septimo inducitur.* Alex. *cons.* 8. *Consideratis iis, colum. fin. lib.* 2. Ægid. Bellam. *cons.* 42. *nu.* 11. Vide, *Abundans*
2 *cautela non nocet. Concluf.* 67. † Et ideo electio facta per plures annos, vltra facultatem eligentium, valet pro tẽpore, pro quo possunt eligere, puta per annum, ex quo tẽpus est diuiduum. Rom.
3 *cons.* 66. *in princ.* † Extende: quia Episcopus concedens maiorem indulgentiam, puta centum annorum, quam possit, saltem valebit in 40. diebus, in quibus potest concedere. Rom. *dict. consil.* 66.
4 *colum.* 2. *ver.* & *ad hoc faciunt.* † Et iudex, qui potest iudicare solum vsque ad summam decem, si iudicat de viginti, valet sententia
5 pro decem. Roman. *d. cons.* 66 *circa med. ver. secũdo.* †Et idem in donatione non insinuata; quia licet non valeat vltra summam 500.
6 bene valet infra summam 500. cum aliis similibus. † Declara tamen, nisi inducatur nullitas actus ex decreto irritanti legis, vel superioris; quia cum inducatur forma, quæ facit rem diuisibilem effici indiuiduam, tunc non valet in aliquo, & vtile per inutile vitiatur. Roman. *d. cons.* 66. *in fin.* vbi apostil. *in ver. formam.* citat infinitos ad hoc. † Contrarium quod imo etiam in iis, quę sunt separabilia, vtile per inutile vitietur. Anchar. *consil.* 215. *nu.* 11. *ver. quarto*
8 *inducitur directe.* †Declara; quia in separabilibus, & diuiduis, puta tempore, numero, vel mensura, aut alias regulariter non vitiatur vtile per inutile, aliquando secus, quando ratione formæ actus diuiduus natura, & existentia efficitur indiuiduus ex forma, vt quia adsit decretum irritans, vel annullatio actus, si aliter fiat, & ita plene Roman. *cons.* 66. *Vide eximie Domine per tot.* maxime in fi-
9 ne. †Amplia, quod donatio facta supra summam promissam non vitiatur in summa promissa. *l. sancimus. C. de donat.* Gemin. *cons.* 32. *n.*
10 6. *ver. valet ergo.* †Declara, hoc procedere; quia nõ lęditur donans,
11 nec donatarius Lap. *alleg.* 81. *in fin. ver. nec obstat.* † Amplia in transactione facta partim super falsis instrumentis, partim super veris, vt annulletur solum in parte falsa, in alia valeat; *l. si ex falsis. C. de*
12 *transact.* † Declara hoc procedere, quando est super pluribus capitulis diuiduis, Lap. *d. alleg.* 81. *circa fi. ver. nec obstat prædictis*, secus, quando causa regulans totum instrumentum esset inutilis, & fal-
13 sa. Bald. *cons.* 28. *col.* 2. *ver. sed in contrarium, lib.* 1. † Amplia in rogitu duorum Notariorum insolidum; quia licet non valeat rogitus vnius; quia creatus ab inferiore rogitum fecit extra territorium, alter creatus ab Imperatore, subsistetur rogitus validus. Ægid.
14 Bellam. *cons.* 42. *nu.* 6. & *seq. ver. modo venio, & nu.* 11. † Amplia; quia si Ecclesia grauatur in multiplicatis modicis contractibus, vel obligationibus, reuocatur in eo, quod est vltra licitum. Lap. *dict. al-*
15 *leg.* 81. *in princ. ver. examinemus.* † Amplia in omni dispositione super materiis, rebus, & capitulis separatis; quia vtile per inutile sepa-
16 ratũ non vitiatur. Gemin. *cons.* 32. *col. fin. ver. concluditur ergo.* † Amplia in præcepto arbitri continente impossibile; quia impossibilitas reiicitur, & valet super possibili. *l. Celsus. §. idem ait. ff. de arbitr.* quod declarat procedere Petr. de Anchar. *cons.* 1. *n.* 7. *ver. non obstat, quod duo*, quando à principio erat possibile, seu vtile, & superue-
17 nit impossibilitas. † Amplia in electione vtili, quæ non vitiatur
18 per inutilem confirmationem. Anch. *cons.* 215. *n.* 6. † Amplia; quia in iis, quæ sunt necessaria de iure, nunquam vtile vitiatur per inutile Bal. *cons.* 26. *num.* 6. *ver. item euidentiori ratione, lib.* 1. vbi, q iudex, qui non potest esse in causa propria, si inutiliter optauit præbendam, in qua est iudex inter alios, nõ desinit esse iudex propter inutilem optionem; quia munus iudicandi; tanquam necessa-
19 rium, non vitiatur ex actu inutili. † Amplia in auctoritate præstita per verum, & falsum tutorẽ; quia vera non vitiatur. Anchar. *cons.*
20 215. *n.* 6. vbi ponit alia exempla. † Amplia in omnibus actibus, in quibus inutile superabundat; quia nunquam vitiatur vtile ex inutili, quod est superfluum, & nullo modo necessarium. Bal. *consil.*
21 28. *n.* 2. *ver. item in deposito, lib.* 1. † Amplia in libello ineptoin parte & in parte apto; quia valet in parte apta, & substinetur; licet quoad ineptitudinẽ sit nullus. Roma. *cons.* 392. *Circa primũ. n.* 21. & *seq. ver. ex promissis*; vbi apostil. *in ver. pluries*; dat concord. † Amplia in 22
duobus, vel pluribus reis, aut fideiussoribus insolidũ obligatis; quia licet obligatio quoad vnũ ex eis sit inefficax, & non valeat; tamen valet quoad aliũ, seu alios. Bald. *cons.* 31. *n.* 2. *ver. in cõtrarium, lib.* 1. † Amplia in cõpromisso, & laudo lato per tres arbitros, quo- 23
rum vnus erat inhabilis, puta frater ordinis Minorũ; quia si esset dictum, q̃ valeat laudum latũ per duos tantum, licet omnes tres laudauerint; tamen interuentus inhabilis non vitiat stante hac clausula. Bald. *cons.* 42. *Cõpromissum fuit. lib.* 1. † Amplia in locatione 24
bonorũ Ecclesiæ; quia licet fieri nõ possit, nisi ad modicũ tempus sine solemnitatibus, & sic nõ valeat vltra nouẽ annos; tñ si fieret pro centũ annis, valebit pro nouẽ; in quibus valere põt; si est diuidua, vt quia pensio est taxata pro singulo anno, secus si esset indiuidua, vel ratione vnici pretii, vel alterius pacti; vel cõditionis causantis indiuiduitatẽ; quia non valeret in aliquo. Bald. *cons.* 475. *Quidã Io. Abbas, n.* 6. & *sequent. ver. sed hic dubitatur, lib.* 1. sequitur Tiraq. *de retract. lignag.* §. 23. *glos.* 1. *n.* 10. † Extẽde idem, si fiat alienatio 25
in emphyteusim re: solitæ locari, si fiat vltra solitũ; non valet in eo, q̃ excedit, & est cõmunis*opinio, & nullus discrepat, & valet *
in eo, in quo non excedit secundum* cõmunem. Clar. *in §. feudũ. q.* 13. *in fi.* † Vide tñ Ias. *in authen. quisquis rem. C. de sacros. Eccles. n.* 19. & *sequ.* 26 *
vsq̃ *in fi.* qui declarat plene, Couar. *variar. resolut. lib.* 2. *c.* 16. *nu.* 5. *ver. tandem*, vbi tenet cõtrarium cum sex declarationibus. † Declara; 27
quia imo cõmunis*est opinio, q̃ non valeat in totum; item com- *
munis*opinio, q̃ imo valeat in eo, in quo potest valere; quia vti- *
le per inutile non vitiatur. Declara, nisi essemus in materia indiuidua. Clar. *in §. emphyteusis, q.* 6. *nu.* 2. *ver. sciastamen.* † Amplia, vbi- 28
cunq; inutile venit adiectiue ad vtile; quia semper vtile valet, nec annullatur per inutile adiectum. Bald. *cons.* 475. *n.* 6. *ver. solutio considerandum est. lib.* 1. † Amplia in collatione, quæ est donatio, vt va- 29
leat id, quod est licitum, & solum illicitum improbetur, *c. dilectus. el primo.* vbi glos. *in ver. approbantes. de præb.* quem text. extendit Lap. procedere in exequutore conferente beneficium, *alleg.* 90. *nu.* 15. *ver.* & *facit ad hoc.* † Amplia in sententia etiam continente vnicum 30
capitulum condemnationis contra plures; quia si quoad aliquos deficit iurisdictio, quoad aliquos non, potest valere pro parte; & pro parte nõ, & idem, si instantia duraret quoad aliquos, & quoad alios non. Bald. *cons.* 365. *In causa, quæ vertitur, nu.* 3. *vers. sic. nec obstat, lib.* 3. † Extende in laudo arbitri lato etiam contra eos, qui non cõ- 31
promiserunt; quia licet quoad eos laudum sit nullum; tñ si materia est indiuisibilis, valet quoad alios; quia vtile per inutile nõ vitiatur. Bald. *cons.* 117. *Super primo, in fi. lib.* 5. † Extende in decreto iu- 32
dicis super datione curatoris impuberi ad adeundam hæreditatẽ, & ad dotandã impuberẽ; quia licet sit nullũ quoad aditionẽ; tñ valet quoad dotationem; quia diuersa sunt, & separabilia. Signorol. *cons.* 214. *In quæstione vertenti, n.* 8. *ver. præterea nihil enim operatur.* † Amplia; quia licet non valeat societas super vsuris faciendis, 33
bene valet quoad capitale positũ; quia hoc casu non vitiatur per inutile. Anchar. *cons.* 184. *Visa præscripta. n.* 3. † Amplia; quia petens 34
plus debito obtinet, p̃ parte debita. Bart. *in l. qui vas. ff. de furt.* glos. Bart. & alii *in l.* 1. *C. si aduersus rem iudic.* Ias. *in l. si non sortem. §. si centum. ff. de cond. indeb.* † Amplia; quia licet instrumentũ, & pacta in eo ap- 35
posita sint indiuidua quoad approbationem, vel improbationẽ, quia totũ debet approbari, vel improbari. Tiraq. *de retract. cõuent. ad fin. tit. n.* 5. & *seq.* tñ multoties pactũ in contractu appositũ quoad annullandum vitiatur, & nõ vitiat, *l. si ad resoluendam. C. de præd. minor. l.* 1. *§. vlt. ff. de reb. eorum.* †Extende; quia in contractu emphy- 36
teutico pactum contra naturam contractus vitiatur, & nõ vitiat, plura exempla ponit Ias. *cons.* 55. *n.* 3. *lib.* 1. Bald. *in authen. si quas ruinas, n.* 2. *C. de sacros. Eccles.* Ias. *in auth. qui rem, n.* 21. *C. eod.* vbi dicit*cõmu- *
nem, & ibi etiam Dec. *n.* 22. Iul. Clar. *in §. emphyteusis, q.* 6. *ver. sciastamen*, vbi dicit magis *communem. †Imo pactum remissionis ca- *37
nonis emphyteutici vitiatur, & non vitiat contractum. Bart. *in l. si qui ex titulo. C. de diuer. præd. vrb. lib.* 11. †Extende; quia si in contra- 38
ctu apponatur pactum, quod de iure prohibetur, vitiatur pactũ, & non vitiat contractum; idem, si plura corpora concedantur, quorum aliqua sunt sacra, vel prohibita, vitiatur in parte prohibita, non in totum. Iason *dict. cons.* 55. *in* 2. *dub. lib.* 1. † Contrarium, 39
quod imo reddatur contractus in totum nullus, & non valeat in eo, in quo esset permissus, quando sumus in iis, quæ sunt prohibita, & lex resistit', tenet Afflict. *decis.* 107. vbi plenissime; & ita distinguit, q̃ si ab initio Ecclesia cõcessit in emphyteusim ad tertiam generationem certa bona, quæ possunt concedi sine solemnitatibus cũ eisdem pactis, si fiat cõcessio sine solemnitatibus in perpetuum, erit in totũ nulla cõcessio, & non valebit etiã in ter-

40 tia generatione. † Declara; quia forte contrariũ procedit, quando non pactum solũ est reprobatum, sed totus contractus; item, quando concurrunt plures defectus; quia alteratur concessio,
41 itẽ quia fit durante prima, vt lo quitur Afflict. *d. decis.* 107. † Limita in connexis, & indiuiduis; quia si non valet in parte, neq; in toto, & vtile per inutile vitiatur. Lap. *alleg.* 81. *n.* 5. *ver. item licet dicta locatio vsq; in fin.* vbi est casus, quod locatio bonorum Ecclesiæ vltra tempus non valet in toto propter connexitatẽ, & in fructibus vnius anni, qui respiciunt alios annos; & quia tota eodem pretio contextualis non potest diuidi; idẽ tenet Ancharan. *cons.* 1. *per tot.* in laudolato sub pœna fisco applicanda, quãdo in compromisso applicatio debuit fieri partibus; quia cũ sit vnica dispositio indiuidua, nõ valet in toto Ias. *in auth. qui rem, col. pen. C. de sacros. Eccles. & in* §. *plus autem. Inst. de act.* Alex. *cons.* 38. *Cõsideratis iis, col. fin. lib.* 2. Bart. *in quæst.* 6. *Lapus n.* 4. *ver ostauo probatur.* Clar. *in* §. *emphyteusis q.* 6. *n.* 2. *in fi. ver. ego tamen.* Vide, *Editionem petens an teneatur stare libris, vel scripturis edendis tam pro se, quã contra se. Concl.* 42. Vide, *Causa permissiua & prohibitiua si cõcurrunt, quæ attendenda, &c. Concl.* 148. Vide, *Mixtura potentiori ex simplicibus mixtis applicatur, & quando secus Concl.* 295.
42 Vide, *Qualitas nociua attenditur, non quæ iuuat. Concl.* 13. † Restringe, quando adest iuramentum; quia facit valere eo modo, quo potest actus diuiduus. Socin. *cons.* 15. *n.* 65. *lib.* 4. vbi allegat Anton. de
43 Butr. in quodam consilio, & alia iura. † Declara tamẽ; quia multis casibus ratione mixturæ permissum trahit ad se prohibitum in indiuiduis, quando scandalũ sequi posset; quia licet cadauer infidelis sepultum in Ecclesia impediat consecrationẽ Ecclesiæ, & celebrationem Missarum, nisi eiiciatur; si tamen ratione mixturæ ossium fidelium non potest dignosci, toleratur potius, q̃ quod omnia ossa abiiciantur, & Ecclesia rebenedicitur Lap. *alleg.* 84. *n.* 5. *ver. quia licet corpora.* Vide, *Mixtus casus continetur sub simplici,*
44 *& quãdo non. Concl.* 294. † Declara pulchre, vt per Castren. *cons.* 431. *Si quæritur, vtrum, lib.* 1. *n.* 2. *ver. præterea quando*, vbi, quod si vtile est connexum cum inutili, ita quod separari non possint; si vtile est de iure cõmuni; trahit ad se inutile de iure speciali, & vincit, sic, & è contra; si vero æqualia sunt, prę ualet inutile, ex quo non po-
45 test valere pro parte. † Declarat plene Roman. *cons.* 506. *nu.* 13. *ver. quoad quintum*, vbi si persona inhabilis cũ persona habili admittitur scienter ad actum individuum perficiendum, prout ad iudicandũ, & sententiam proferẽdam, actus est nullus in totum, *c. cum super de offic. deleg.* si vero inhabilis ignoranter fuit admissus; quia agens h abilis videtur agere omni meliori modo, actus subsiste-
46 tur. † Si vero actus est diuiduus, vt quia duo possunt separatim facere actũ, licet actus per se factus sit individuus, prout si duo impetrant gratiam; quorum vnus est excommunicatus: item si duo tutores præstant pro pupillo auctoritatem, quorũ vnus verus, alter falsus, cum similibus, tunc actus valet, ita Rom. *d. cons.* 506. *n.* 13. *ver. iis tamen non refragantibus.* vbi apostilla *in ver. non debeat*, & Vide Roma *singul.* 723. *Num quid rescriptum.* qui idẽ affirmat. & ibi apo-
47 stilla dat concord. † Limita, quando aliqua dispositio, vel concessio fieret de aliquo corpore cũ aliis rebus expressis; quia si principalis dispositio est nulla, etiam sunt nulla coniuncta tanquam accessoria Gemin. *cons.* 32. *col. fin. ver. quo autem ad concessionem iuris*, vbi, quod dictio, *cum*, coniungit per modum accessorii, & ideo prin-
48 cipali vitiato vitiatur accessorium adiunctum. † Limita in adiudicatione facta etiam pro uno nummo pluri, quam deberetur;
49 quia in totum est nulla. *l. si non sortẽ. §. si centum ff. de cond. indeb.* Vide, *Adiudicatio, &c. Concl.* 197. † Idem in tenuta data pro maiori summa, quam debeatur. Bald. *in l. certi conditio. §. quoniam ff. si cert. pet.* vbi
50 Aret. n. declarat. † Idem in captura facta pro maiori summa, quã debeatur; quia in totum est nulla. Marsil. *in l. fin. n.* 43. *ff. de iurisdict.*
51 *omn. iudic.* † Idem in venditione facta à procuratore, qui excessit mandatum vendendo plus; quia tota venditio nulla est, nõ pars.
52 Alex. *cons.* 82. *In causa, & lite, n.* 4. *lib.* 7. † Limita, quando compromissum fit in certum arbitrum, vel arbitratorem cũ pacto, quod teneatur laudare secundum consilium, vel declarationem fratris ordinis Minorum; quia nullum est compromissum stante pacto contra naturam, & substantiam compromissi. Angel. *cons.*
53 272. *Primus punctus. per tot.* Vide, *Professio ex quibus dicatur impediri, vel non. Concl.* 885. † Limita, vbicunq; inutile ad minuendũ utile apponitur, quia nunquam vtile valet, veluti si compromittitur in liberum, & seruum; quia non valet in aliquo, ex quo collega minuit alium collegam. Bald. *dict. cons.* 475. *nu.* 7. *ver. secundo casu, lib.* 1. sed mihi videtur, quod istud sit; quia coniunctio facit ambos in-
54 separabiles. † Limita, quando inutile adiicitur ad specificandum contractum; quia ex quo non consentit in alium contractum, quam in specificatum inutiliter, non valet tanquam alius contractus non specificatus. Bald. *consil.* 475. *num.* 7. *versic. tertio casu*

lib. 1. † Limita multis modis, quando lex resistit actui, nesi-
quia si fiat vltra modum, & contra legem, non valet etiam in-
in quo permittitur, late Afflict. *decis.* 107. *In causa domus Mortuorũ*
quod locatio perpetua Ecclesiæ de re solita concedi ad secun-
generationem, non valet etiam vsque ad secundam generatio-
nem: Episcopus, qui potest concedere 40. dies de indulgentia
concedat plus, non valet quoad 40. dies, Princeps, qui potest con-
cedere quinquennalem dilationem, si concedat per septem an-
nos, non valebit pro quinq;, plene Ias. *in auth. qui rem, n.* 22. *&* *de sacros. Eccles.* Vide, *Indiuidua quæ esse dicantur, & quæ non. Concl.*
† Declara, vt per Vrsil. *in d. decis.* 107. *n.* 4. *& seq.* vt procedat limita-
tio, quando constat de mente; quod non aliter, vel quando non
est vtile Ecclesiæ, ꝙ fiat separatio inutilis ab vtili, ita Paris. quem
allegat *cons.* 14. *n.* 10. *lib.* 1. † Limita; quia actus factus a perso-
pressis tanquam facientibus maiorem partem, si inter perso-
expressas sunt inhabiles, vitiatur dispositio in totũ. Abb. *in cap.*
7. *de procur.* Soc. *cons.* 37. *lib.* 1. *col. fin.* † Restringe, quia quando habi-
les sunt sufficientes de per se, non consideratur, quod inhabiles
fuerint admixti. Alex. *cons.* 40. *Perspectis, n.* 2. *lib.* 2. Fel. & Dec. *in cap.*
super, de offic. deleg. † Restringe, maxime, quando adest clausula *si*
non meliori modo. Dec. *d. c. cum super Abbatia, n.* 9. *de offic. deleg.* Vide
certum auctorem post Regulas Socin. *Reg.* 7. *Actus inutilis, & nu-*
lidus operatur ademptionem actus validi, vbi limitat sex modis.

Vtilitatem habens quando onus sentire debeat. Concl. 374.

REGVLA † est, quod is, qui sentit commodum, debet sen-
etiam incõmodum, *l. secundum naturam. ff. de regul. iur.* vbi
dicitur; *Commoda qui sentit, iungas onus emolumento.* Castren.
133. *Iste Martinus, n.* 2. *in fin. lib.* 2. Vide plenius, *Onera sentire*
iam sentire commodum, & è conuerso. Concl. 114.

Vtilitati Ecclesiæ quando aliquid conuersum esse intelligatur, vel præsumatur, vel secus, & quando. Concl. 375.

MVTVVM † factum, & nomine Ecclesiæ receptum proba-
conuersum esse in vtilitatẽ Ecclesiæ, vt successor teneatur
ad pecuniã mutuatã, si expensa fuit pecunia in ꝓsequutione elẽ-
ctionis, & confirmationis, & eas contingentiũ. Fed. de Sen. *cons.*
119. *Nulli dubium, in prin.* con cord. Calder. *cons.* 319. alias *de solut. in*
princ. quod est Ioan. Ludou. Lambert. & Gaspar. Calder. & De-
min. de sancto Gemin. Vide, *Successor in Ecclesia, vel Persona alia*
debita prædecessoris teneatur, vel non. Conclus. 875. *& Conc. sequentia.*
† Restringe, dum expensæ huiusmodi sint moderatæ. Calder. *in*
cons. 319. *circa med. ver. & isto casu dicendũ est*, alias 2. *de solut.* † Amplia
vt leuiores probationes sufficiant; q̃a non possunt haberi du-
stes ad probandũ singulas expensas factas pro vtilitate Eccle-
& prosecutione electionis & confirmationis. Feder. *dict. cons.*
per totum. vbi multa similia ponit; & quod de consuetudine
expensæ debent considerari secundũ facultates Ecclesiæ, &
turnam vacationem, an sint magnæ & excessiuæ, vel non † Re-
tende idem in depositi facto penes Prælatum, vt ipse solus ob-
getur, *cap.* 1. *de deposit.* Calder. *cons.* 276. alias *vnico de commod.* † Re-
tende, vt idem sit, quando res immobilis Ecclesiæ venditur pro
debito Ecclesiæ; quia debet clare constare, quod pro debito Ec-
clesiæ, & pro debito conuerso in illius vtilitatem fuit vendita.
Cald. *d. cons.* 276. *in fi. ver. & quando res Ecclesiæ*, alias *vnico. de commod.*
† Restringe; quia imo mutuum receptum à solo Prælato existẽ
in Curia Romana ꝓ victu suo dicitur versũ in vtilitatẽ, & obli-
successorẽ, ẽt si nõ staret ꝓ vtilitate Ecclesiæ; q̃a si nõ habuit in-
rim fructus Ecclesiæ, debet solui mutuũ à successore. Cald. *cit.*
alias 1. *de solutio.* † Restringe, vt non procedat in expensis facti
ꝓsequutione electionis, quãdo sunt duo electi in discordia. Cal-
der. *cons.* 319. *vltra med. ver. præterea si duo.* † Declara tamen, vt non
ꝓcedat in mutuo recepto à Prælato; q̃a non obligat Ecclesiæ su
successorẽ, nisi doceat expensum in vtilitatẽ Ecclesiæ; q̃a tunc ꝓ
batio vera requiritur, neq; sufficeret leuior ꝓbatio. Calder. *cons.*
162. alias 7. *de probat. & cons.* 276. alias *vnico*, de cõmod. vbi q̃ emi-
quiritur cõsensus Capituli sui, & hanc distinctionẽ tenet Sego-
rol. *cons.* 212. *Quidam Abbas. per tot.* Vide Mascard. *Concl.* 581. *Episcopus*
an possit. Vide; *Prælatus constituendo, vel contrahendo quãdo obligat Ecclesiam*
vel non. Concl. 506. † Amplia, q̃a in mutuo, depositi, & alienatione tunc obligatur successor, quando tria concurrunt, consensus Prælati cũ Capitulo, itẽ numeratio, & conuersio in vtilitatem Ecclesiæ, alias non obligat successorẽ. Calder. *dict. cons.* 276. quod ad

Per-

10 Petr.de Anchar.alias *vnicum,de commod.* † Amplia;quia dicitur cõuersum in vtilitatem Ecclesiæ, ꝙ expenditur in alimoniã deseruientium Ecclesiæ,etiam,animaliũ,etiam seruorum.Cald.*consil.*
11 318.alias 1.*de solutio.* † Amplia,vt ꝙ dicitur conuersum esse in vtilitatẽ Ecclesiæ, ꝙ expenditur in prosequutione electionis Prælati, procedat, etiamsi sint factæ propter prouisionẽ factã à Papa ; vel alio fine electione ; quia licet respiciant commodum prouisi; tñ etiam respiciunt cõmodum Ecclesiæ.Gasp.Cald.& Gemin.*in cõ-*
12 *sil.Calderin.*319.alias 2.*de solutio.in fi.ver.credo.quod contrariũ.* † Contrariũ tenet Io. Ludouic. Lambert. *d.consil. Calderin.*319.*circa med. ver.aut non fuit electus*,alias 2.*de solut.*quia non fit negocium Eccle-
13 siæ principaliter,sed prouisi. † Amplia;quia mutuum receptum à Prælato,& Capitulo,vel confessio facta à Prælato;& Capitulo, si non probatur versum in vtilitatem Ecclesiæ, non præiudicat, qñ necesse esset vendere bona Ecclesiæ, & iste est casus; in quo creditor debet inuigilare , vt in vtilitatẽ Ecclesiæ vertatur ; ita Cardin.Zabar.*cons.*71.*col.fin.in princ.nu.*11.vbi secus dicit,si agatur de soluendo cũ fructibus;& quod Prælatus,& Capitulum parce viuant,& ab eis subtrahatur in fructibus,& quod hoc modo cõ-
✠ ciliantur iura,quæ videntur contrariari. Vide , *Assertioni alicuius*
14 *quando standum , vel non.Conclus.*533. † Extende;quia non creditur assertioni tutoris , neque præpositi nauis, neq; Prælati;ꝙ pecunia sit versa in vtilitatem pupilli,vel nauis, vel Ecclesiæ, Castr.
15 *cons.*343.*col.1.versic.nec obstat,lib.*1. † Extẽde in ciuitate;quia nõ obligatur ex mutuo, nisi sit versum in vtilitatẽ,& sola confessio procuratoris,vel syndici non obligat ciuitatẽ,sed bene ipsum syndicũ.Vide,*Ciuitas qualiter obligetur ex mutuo, & aliis contractibus.Concl.*
16 282.† Amplia; quia si quis emat ab Ecclesia, vel ab Hospitali, seu loco pio,& res sibi euincatur,nõ poterit agere de euictione promissa,nisi doceat pretium esse versum in vtilitatem Ecclesiæ. A-
17 lexan.*cons.*4.*Viso processu,nu.*4.*ver.confirmo prædicta,lib.*3. † Extende; quia istud est generale, quod semper, ꝙ Ecclesia, Hospitale , vel pius locus vendunt bona immobilia , vt aliquid fiat pro vtilitate Ecclesiæ vel pii loci,emptor non potest agere exipso cõtractu,nisi doceat,quod pretium sit conuersum in vtilitatem narratam. A-
18 lex.*d.cons.*4.*in fin.ver.accedit quia,lib.*3. † Limita;quia etiam sola cõfessio Prælati præiudicat Ecclesiæ,quando est modica summa,& verisimilis.Card.Zabar.*cons.*71.*n.*10.*in fin.* vbi tñ dicit, quod si essent plures summæ paruæ,quæ læderent Ecclesiam,competit re-
19 stitutio.†Limita; quia mutuum receptum à Prælato cum cõsensu Capituli , vel cum Capitulo pro expensis necessariis , vel pro expendendo in vtilitatem Ecclesiæ,præsumitur esse versum in vtilitatẽ Ecclesiæ,Signor.*cons.*212.*Quidam Abbas.in pr.*vbi ita distin-
20 guit,& Zabar.*d.cons.*71.*n.*10.*& seq.ver in contrarium.* † Declara ad effectum restituendi de fructibus, non autẽ alienandi bona Ec-
21 clesiæ.Cardin.Zabar.*d.cons.*71.*n.*11.*ver.dico tamen.* † Restringe,vt non procedat,quando solus Prælatus accepit mutuum sine Capitulo,vel sine consensu Capituli.Signorol.*dict.cons.*212.*nu.*12.*ver.*
22 *iis tamen additur.* †Restringe, qñ etiam mutuum esset factũ Prælato cum Capitulo ab vsurario;quia debet constare,quod versum sit in vtilitatem, Signor. *d.cons.*212.*col.*2.*in princip.ver.iis subiungitur.*
23 †Restringe,quando reuera constat non fuisse versum. Signor.*d.*
24 *cons.*212.*in princ.ver.iis tamen addicitur.*†Limita,in locatione,& aliis contractibus,qui fiunt gratia vtriusque; quia non debet probari vtilitas Ecclesiæ , prout in mutuo , quod sit versum in vtilitatem; quia in aliis contractibus præsumitur vtilitas , nisi probetur damnum,quando non agitur de alienandis bonis Ecclesiæ propter talem contractum,ita Zabar.*cons.*95.*nu.*6.*vsque in fi.* vbi declarat.
25 †Contrarium expresse dicit Alex.*cons.*160.*Viso ac diligenter,per tot. lib.*6.maxime *nu.*5.*& seq.ver. nec etiam ex dicto instrumento*, vbi,quod si non interuenit auctoritas superioris , locatio non præsumitur in vtilitatem Ecclesiæ,nisi probetur; & fundamentum intentio-
26 nis,quod sit in vtilitatem Ecclesiæ,incumbit asserenti.†Declara; nisi ageretur de anticipatis solutionibus habitis in præiudicium successoris ; quia etiamsi locatio sit facta cum auctoritate superioris,non per hoc anticipatæ solutiones probantur versæ in vtilitatem.Abb.in sua *q.*3.*col.*14.*in fi.cum seq.ver.si autem percipit.* quod procedit,quando est sine causæ cognitione; quia successor repetit ab hærede Prælati,& in subsidium à conductore ; si vero cum causæ cognitione, repetit à solo hærede Prælati, non autem à cõ-
27 ductore.†Limita;quia alienatio bonorum Ecclesiæ præsumitur in vtilitatem Ecclesiæ,quando hoc dicitur,& adest decretum. Ia-
✠ son *cons.*54.*n.*3.*in fi.lib.*1. Vide,*Decretum in alienatione bonorum mino-*
28 *ris quid operetur.Concl.*124.† Declara;quia quando non est seruata solemnitas,nunquam præsumitur vtilitas Ecclesiæ ex contractu nudo omni solemnitate,nisi probetur. Alex.*cons.*160.*Viso ac dili-*
29 *genter,n.*5.*ver.nec etiam ex dicto,lib.*6.†Limita;quia confessio Hospitalarii,& rectoris Ecclesiæ,ac obligatio facta nomine Ecclesiæ,& Hospitalis obligat successorem,etiamsi non probetur versum in vtilitatem ; secundum * communem , exceptis tribus casibus,in * quibus debet probari versio in vtilitatem, in aliis secus ; primus est in mutuo;secundus in depositio;tertius in alienatione bonorum Ecclesiæ, vel Hospitalis. Roman. *cons.*440.*Non est dubium,in fin.* vbi apostil.*fin.in ver.tenetur*, quæ dicit,quod mercator,qui dedit pannos Abbati pro vestiendis Monachis , debet satisfieri à monasterio, etiamsi Abbas non vestiuisset Monachos , & citat concord. Vide,*Hospitalium magistri non habent titulum,& quid possint,* ✠
30 *& eorũ priuilegia.Concl.*169. † Limita in confessione facta per Prælatum cum consensu Capituli pro necessitatibus Ecclesiæ ; quia obligat Ecclesiam, & non tenetur creditor probare versum in vtilitatem,quando Prælatus probatur bonæ conditionis.Signor. Homod.*dict.cons.*212.*in fi.*vbi,quod communiter * tenetur glos. * contrarias loqui in mutuo,& quod ita fuit obtentũ. Zabar.*cons.*
31 71.*n.*10.*& sequent.& cons.*95.*in fi.*†Extende;quia quando probatur diligentia , & bona opinio Prælati , & Conuentus , vel Capituli, confessio Prælati, & Capituli habet præsumptionem , quod dicatur pecunia confessata versa in vtilitatem Ecclesiæ.Card.Zaba-
32 rel.*d.cons.*71.*n.*10.*& seq.* vbi, quod sufficiunt etiam aliæ coniecturæ.†Extende,vt etiam confessio procuratoris, vel syndici constituti à Prælato; & Capitulo præiudicet Ecclesiæ,& non teneatur probare versum in vtilitatẽ Ecclesiæ, Card.Zabar.*d.cons.*71.*n.*10.
33 *ver.in contrarium,cum sequentibus.*†Restringe,& declara;quia quod dicitur confessionem præiudicare Ecclesiæ factam à Prælato, & Capitulo,etiamsi pecunia non probetur versa in vtilitatem,procedit quoad hoc,vt de redditibus Ecclesiæ solutio fiat;secus si ageretur de alienandis bonis Ecclesiæ; quia sicuti nõ possunt alie-
34 nare sine solemnitatibus;ita neque obligationem facere,sed bene,vt restringantur quoad victum,& fructus.Card.Zabar.*d.cons.* 71.*n.*11.*versic.dico tamen.*& melius *cons.*95 *n.*6.*vsque in fin.ver. ad capitulum primum.* † Restringe , seu declara limitationem procedere quoad creditorem tantum,vt non teneatur docere versum in vtilitatem etiam in subsidium ; quando interfuit cognitio causæ, & decretum,sed quoad hæredem Prælati bene successor cõpellit ad docendum versum in vtilitatem,alias restituit.Abb. *dict.quæst.* 3.*col.*14.*& sequentib.* vbi distinguit inter auctoritatem superioris, quæ non importat causæ cognitionem , & decretum cum causæ cognitione.Vide plene per Mascard. *Concl.*728. *Expensæ in vtilitatem Ecclesiæ quomodo probentur conuersa.*vbi,quod probatur versa pecunia in vtilitatem ex cõiecturis,& per testes de visu,& per confessionem Prælati , & Capituli simul,& solius Prælati cum coniecturis,& quando antiquitas temporis intercessit,vide eum.

Vulnerans non tenetur de homicidio,si mors sequatur ob negligentiam vulnerati, & quando secus. Concluſ.376.

VVLNERATVS † si moriatur ex sua negligentia , vel mala cura 1
circa substantialia propriæ salutis ; quia non adhibuit illã curam, & diligentiam vulneri, quam quilibet est solitus adhibere, non potest grauare vulnerantem,vt teneatur de homicidio;quia tenetur tantum de vulnere.Bald.*cons.vlt.Petrus Lombardus,n.*5.*versibul.tertio casu,lib.*4.quod est Baldi,Philippi Cassolæ,& Matthæi Antoniani. † Amplia,vt idem sit,quando vulneratus non adhi- 2
buisset medicos, vel adhibuisset imperitos ; quia imputandum esset sibi,si mors sequatur ex culpa sua.Bald.*cons.*237.*ante med.ver.*
*item si non adhibuit,lib.*2.†Limita, nisi negligentia esset circa mini- 3
ma omissa ex iis, quæ ordinantur à medicis ; quia non excusatur eo casu vulnerans. Bald.*d.cons.vlt.nu.*7.*versic.si autem infirmus,lib.*4. vbi declarat, nisi ista minima essent toties multiplicata , quod facerent maximum , veluti si quis vulneratus in capite, qui debet ✠
abstinere à vino,biberet multoties vinum per guttas.Vide Conclusionem proximè sequentem. Vide infra,*Vulneratus quando præsumatur mortuus ex vulnere,vel non.Concl.*379.

Vulnerans quando teneatur de morte sequuta ; vel non.Concl.377.

VVLNERANS † tenetur de morte, quando vulnus,& mors 1
se habent vt causa , & effectus immediatus ; veluti si vulnus est mortale incurabile ; quia vulneratus statim , vel intra tres dies mortuus est. Bald. *consil.* 237. *Ad euidentiam præmittendum , in princip. libro secundo* & latius *consil.* 328. *An vulnus fuerit mortale.*

mortale, in princ. lib. 2. vbi, q primo arguimus à natura, secundo ab experientia, tertio ab arte, an vulnus sit mortale; & à natura dicitur probari mortale, si statim vulneratus moritur, nisi probetur contrarium; vel ab experientia, qñ vulnus erat in cerebro, in pectore, in inguinibus; quia nisi probetur cõtrarium, ab experientia præsumitur mortale; tertio à peritis in arte, qñ est dubium, & dicit esse quæstionem facti, an vulnus sit mortale, vel non; ideo per argumenta & rationes est habenda veritas, & plenius Bald. *cons. vlt. Petrus Lombardus, lib. 4.* vbi ponit sex coniecturas, q esset mortale, & sex, q ex negligentia vulneratus sit mortuus, sequitur plenissime alios cumulans Boer. *decis. 323. nu. 4. & seq. per tot.* Alex. *cons. 109. Visis, in princ. lib. 1.* † Extende, vt idem sit, etiamsi post tres, vel plures dies decessit, dummodo constet; q vulnus fuerit mortale, & incurabile, ex quo statur peritis, videlicet iudicio medicorum. Bald. *d. cons. 237. in princ. lib. 2.* † Restringe, vt non procedat, qñ quis percussit manu, videlicet alapa, & postea superuenit percusso morbus caducus, quem antea patiebatur, & cecidit; quia licet moriatur die sequenti post percussionem, non præsumitur mortuus ex præcedenti percussione. Cuman. *cons. 135. Visis denuncia. per totum.* Boer. *decisio. 323. n. 3. in fi.* † Amplia; quia vulneras tenetur de occiso; etiam si vulnus, & mors habeant se; vt causa, & effectus mediatus, veluti si quis vulneratus inde ad multos dies moritur; quia in vulnere superuenit spasmus; quia licet spasmus causet mortẽ; tamen causatur naturaliter à vulnere, ideo mors primæ causæ ascribitur, Bald. *d. cons. 237. circa princip. ver. interdũ vulnus, lib. 2. & cons. 328. circa med. ver. item an propter vulnus, lib. 2.* † Amplia; quia tenetur de morte, qñ locus vulneris ab experientia est mortalis, vt in cerebro: gula, pectore, intestinis; & similibus, nisi contrarium probetur. Bald. *d. cons. 328. ante med. versic. secundo dixi, lib. 2.* Boer. *decis. 323. n. 3.* † Restringe, qñ pariter locus ab experientia non esset mortalis, vt in natica, quæ substinet magna vulnera; quia non præsumitur mortale. Bald. *d. cons. 328. ante med. ver. secundo dixi, lib. 2.* Boer. *d. decis. 323. n. 3. ver. sin autẽ in aliis.* † Limita, qñ vulneratus vixit per longa temporum interualla; quia in dubio præsumitur mortuus ex mala cura, nisi probetur contrariũ, videlicet q arma erant venenosa, q vulnus fuerit incurabile vel quid simile. Bald. *d. consil. 328. circa princip. ver. si vero quis post longa, lib. 2. & d. consil. vlt. n. 13. ver. primum signum. lib. 4.* † Limita, qñ periti medici, vel habentes experientiam, qui curarunt vulneratum, attestantur, q locus vulneris non erat mortalis; & q culpa vulnerati interuenit; quia vbicunq; etiã res dubia redditur, ex relatione peritorum, debet fieri absolutio ab homicidio. Bald. *d. cons. 328. circa fin. ver. tertio dixit; lib. 2. & d. cons. vlt. col. fin. ver. quarta coniectura, lib. 4.* † Limita; qñ vulneratus non adhibuit medicos, vel adhibuit malos, & se curari non fecit; quia licet moriatur, vulnerans tenetur de vulnere, & non de occiso. Bald. *cons. 237. ante med. ver. idem si non adhibuit, lib. 2.* Vide Conclusionem proxime præcedentem. † Idẽ, si culpa infirmi probetur; quia præponderat vulneri. Bald. *d. cons. 328. circa med. ver. si ergo probatur, lib. 2.* † Imo sufficit, q res dubia, efficiatur; quia tunc non potest vulnerans condemnari de homicidio. Bald. *d. cons. vlt. col. fin. ver. tertium iudicium, lib. 4.* † Limita, qñ mors sequitur ex alia causa diuersa, puta vulneratus in pede moritur ex apostemate in gutture; nã ex quo causa mortis non causatur à vulnere naturaliter, non tenetur vulnerans de occiso. Bald. *d. cons. 237. circa princip. versic. sed interdum vulnus, & mors non habent se, lib. 2.* † Declara; quia vbicunq; dubium est, & lex non interpretatur, an sit mortale vulnus, vel non, recurrimus ad peritos in arte, id est, medicos, quorum relationes, & peritiæ sunt scribendæ in actis. Bald. *cons. 137. ante med. ver. alia lex dicit; lib. 2.* & ista est tertia species probationis in hac materia; quia prima est naturæ, secunda experientiæ, tertia artis, vt plene Bald. *d. consil. 328. per tot. lib. 2.* vbi, q multum confert magnitudo vulneris, vel paruitas, natura instrumenti percutientis, locus vulneris; & omnia debent rimari. Vide, *Peritis in arte standum est, & quando secus, & quomodo eligendi, & quot eligantur. Concl. 286.* † Intellige; quia etiam ad coniecturas communes recurrimus. Bald. *d. cons. vlt. n. 8. ver. quarto casu. lib. 4.* † Limita; qñ percussio esset leuis, puta cum manu aperta in facie, vel ore; quia licet percussus moriatur die sequenti; quia solitus erat pati morbũ caducum, & post percussionẽ pluries cecidit, & mortuus est, non tenetur vulnerans de occiso; sed pœna extraordinaria, quia qualitas percussionis excusat homicidium. Cuman. plene *cons. 135. per tot.* † Extende, vt procedat, etiamsi extet statutum, prout est Taruisii, quod de homicidio puniatur omnis percussor, nisi casu fortuito percutiat; quia homicidium sequens post modicam percussionem; puta cum manu aperta, vel cũ calce, dicitur casus fortuitus. Cuman. *d. cons. 135. col. fi. ver. ad secundum.* † Restringe, vt non procedat, quando percussus erat adeo debilis ex infirmitate, vel alias, q percussio, quæ in homine sano non erat mortalis, efficeretur mortalis in homine infirmo. Cuma. *d. fil. 135. in princip. & n. 4. ver. ad allegata in contrarium.* † Quæ intelligas casus, ex quibus potest quis teneri de homicidio ex vulnere, quibus plene Bald. *d. cons. vlt. lib. 4.* q est Baldi, & Philippi de Solis, & Matthæi Antoniani, sequitur Boer. *decis. 323. n. 4. lib. cons. 178. alias 26. incip. Primo aspectu, lib. 2. ver. pro cuius declaramento.* † Primus est qñ constat, quod vulneratus decesserit ex nere, & tenetur vulnerans de occiso, etiam si contra cũ esset cessum de vulnere, & de vulnere esset condemnatus. Bald. *vlt. in princ. lib. 4.* Boer. *d. decis. 323. n. 4. ver. primo casu,* vbi, q mortuus quinta post trahitur ad diem vulneris illati Socin. *cons. 51. quin* lethaliter vulneratus postea moritur, tetro occisus dicitur, si fuit condemnatus de vulnere, possit postea etiam condemnari de homicidio sequuto, Vide infra. *Vulnerans condemnatus de vulnere sequuta morte vulnerati potest condemnari de morte, no autem antemortem vulnerati. Concl 383.* † Secundus casus est, quando primus vulnus non fuit mortale, sed secundum; quia primo vulnerans tenitur de vulnere, alius vero de homicidio. Bald. *d. cons. lib. 4. ver. secundo casu,* & sequitur. Boer. *d. decis. 323. n. 9.* † Etiam quando vulnus non esset mortale; & decessit sine alio vulnere tunc non præsumitur mortuus ex vulnere, & non tenetur de occiso, sed ex negligentia curæ, ita Boer. *d. decis. 323. n. 7.* vbi dicit munem, * & sic facit quinq, casus. † Tertius casus est, quando neratus decessit ex propria negligentia; quia vulnerans cret de vulnere, non de homicidio Bald. *d. cons. vlt. num. 5. ver. ratus lib. 4.* Boer. *d. decis. 323. n. 10. in fi. ver. quinto quando.* † Quarto est, quando est dubium, & tunc statur coniecturis, & permadicorum, Bald. *d. cons. fi. n. 8. ver. quarto casu, lib. 4.* Vide infra, *ratus quando præsumatur mortuus ex vulnere, vel non. Concl. 379.* ta; quia vulnerans ad sui defensionem, vt quia aggressus cussit in continenti, non tenetur de vulnere, neq; de homi Bald. *cons. 91. De ista quæstione, lib. 3.* Vide, *Defensio multiplex, & dicatur factum ad defensionem, vel non. Concl. 129.* † Tu facias mosius. Primus est quando vulnus erat mortale, & decessit, & res est clara; aut intra paucos dies, & præsumitur ex vulnere, & iste est primus casus, de quo Boer. *d. decis. 323. nu. 3. & fo.* quando vulnus non erat mortale, & decessit post multos dies, & præsumitur negligentia curæ Boer. vbi supra *n. 7. ver.* tertius, quando non constat an esset vulnus mortale, vel non, & decessit post; quia tunc res est dubia, & præsumitur ex vulnere decessisse, nisi contrarium probetur, vt per Boer. *d. decis. 323. nu. 3.* vbi pro vtraque, & ita refidet.

Vulnus multiplex, & de diuersis speciebus. Concl. 378.

VVLNVS † dicitur idem, quod ferita; ideo ferire idest, quod vulnerare. Boer. *decis. 323. n. 2.* vbi quod ferita, & ferire est vocabulum Tuscorum. † Et ideo appellatione vulneris non venit tumefactio, aut inflatio. Boer. *d. decis. 323. in princ.* † Declara; tumefactio fecerit vulnus ab intra, vel nisi caluerit scilicet ab extra; quia tũc dicitur vulnus. Boer. *d. decis. 323. in princ.* allega Cæpol. *consil. crimin. 41. ver. item non referam.* † Et an vulnus posse esse sine sanguine, vide Galenum. *lib. 1. de speciebus salutis,* quem refert idem Boer. *d. decis. 323. n. 2. in fi.* † Proprie vulnus dicitur scissio contiguitatis, seu pellis se continentis, & ideo quoticunque quis cum gladio percussit in personam, & sanguis exiit, dicitur vulnus intulisse. Bart. *cons. 109. Contra Titum. per tot. lib.* vbi hoc tenetur ad effectum, vt condemnatus ex vulnere effusionis sanguinis effusione possit impune interfici secundum statutum Parisii, & licet de vulnere non constaret, nisi quod percussit cũ sanguine cũ gladio, dicit necessario probari vulnus. † Vulnusculũ dicitur paruum vulnus, & in materia statuti loquentis de vulnere non venit vulnusculũ, vel saltem est arbitrarium iudici. Boer. *decis. 323. col. 1. in princ.* † Et ideo scraffignatura, scorticatura, & similia sine sanguine non sunt vulnera. Boer. *d. decis. 323. col. 1. n.* vbi dicit hoc esse, nisi alia vulnera fecerint, vbi plures allegat. † Vlcus differt à vulnere; quia vulnus dicitur illatũ, vlcus vero nascitur; id est, causatur ex aliquo accidẽti naturaliter. Boer. *d. cis. 323.* vbi ponit versum illũ. *Illatũ vulnus, innatũ dicitur vlcus.* † Cicatrix est vulnus factum ad deturpandũ, & est vituperabile. *cons. 146. nu. 3.* & est scissura apparens in exteriori parte cutis post sanatum vulnus, Bald. *in l. si quis in metallum. C. de pan.* Vide, *Quid sit.* Cõcl. 225. † Vulnera aliqua sunt per incisionẽ, & sic per leũ, & hæc sunt minus periculosa, nisi adeo sint profunda, & loco periculoso, vt contrarium sit dicendum; aliqua sunt per punctã illata, & ista sunt magis periculosa. Boer. *d. decis. 323. n. 4.*

Vulnus

Vulneratus quando præsumatur mortuus ex vulnere, vel non. Concl. 379.

1 VVLNERATVS † quando moritur per, vel post longum tẽpus vulneris, ita quod est dubium, an sit mortuus ex vulnere, vel non, recurrendum est ad coniecturas. Bald. *cons. vlt. Petrus Lombardus, n. 8. ver. quarto casu, lib. 4.* q̃ est Baldi, Philippi Cassolæ, & Mat-
2 thæi Antoniani. † Prima coniectura, q̃ sit mortuus ex vulnere, est, si fuit mors breui tempore post vulnus; & ista est vehemens præsumptio. Bald. *d. cons. vlt. n. 9. ver. prima coniectura, lib. 4.* Boer. ple-
3 nius *decis. 323. n. 11. ver. prima ergo.* Bart. *cons. 37. nu. 4. lib. 2.* † Et si mortuus est intra triduum, præsumitur vulnus mortale. glos. & Bart. *in l. 1. C. de emend. seruor.* & de triduo Cæpoll. *cons. 28. vers. item propter*
4 *breuitatem.* Boer. *d. decis. 323. n. 11.* Bart. *cons. 37. nu. 4. lib. 2.* † Idem in animali vendito; quia si moritur intra triduum, præsumitur mor-
5 bosum. Boer. *d. decis. 323. n. 12.* † Imo idem, si intra quinq; dies, vel ẽt plures, si constat vulnus esse mortale; quia tunc vulnus, & mors se habent, vt causa, & effectus; imo etiamsi intra octo dies decesserit. Boer. *d. decis. 323. n. 11.* † Extende; quia imo etiamsi decesserit intra octo menses, imo etiamsi per annũ vixerit vulneratus procedendo de malo in peius, adhuc etiam dicitur mortuus ex vulneribus, licet vixerit per multum tempus de malo in peius. Boer.
6 *d. decis. 323. n. 11. ver. quinimo etiam.* † Contrarium, q̃ imo vulneratus lethaliter non possit viuere vltra 40. dies; ex vulnere enim letha-
* litale tẽpus præfigitur, & ista est * cõmunis medicorum sententia, de qua Boer. *d. decis. 323. n. 11. ver. ad hoc responderi potest.* † Declara;
8 quia tertia opinio fuit, q̃ stetur arbitrio, & iudicio medicorum ex magnitudine vulnerum ex confessione vulnerati, an ex vulnere decesserit, vel ne, & sic tempora non considerari, plurimos pro hac opinione adducit Boer. *d. decis. 323. n. 11. ver. Florta. tamen, &*
9 *in fi.* Socin. *cons. 178. lib. 2. ver. circa primum casum.* † Restringe, q̃n vulneratus intra triduum surrexit; & deambulauit; tũc licet moriatur, nõ præsumitur ex vulnere. glos. *in l. vnica C. de emend. seru.* & est lex diuina *Exodi cap.* 21. Boer. *d. decis. 323. n. 11. circa fi. ver. secundo dicũt.*
10 † Si vero non surrexit, neque deambulauit; præsumitur ex vulnere mortuus. Alex. *cons. 109. Visis, & vt oportet, in princ. lib. 1. ver. & ma-*
11 *xime si vulneratus.* † Declara tamen; quia ad odiũ vulnerantis præsumitur vulnus mortale, & infirmitas mortalis, si intra triduum moritur, secus in odium tertii. Anchar. *cons. 388. Titius permutauit, n. 8.* vbi, q̃ resignans ex permutatione non dicitur in fraudem, licet mortuus fuerit intra quatuor dies; quia nõ propterea sequi-
12 tur, q̃ infirmitas esset grauis in præiudicium tertii. † Secunda est perseuerantia vomitus, febris, & aliorum accidentiũ prægnosticantium mortẽ; quia signa demõstrant causam. Bald. *d. cons. vlt. n. 9. ver. secunda est lib. 4.* sequitur Soci. *cons. 178. lib. 2.* Abb. & alii *in c. 2. de cleric. percuss.* plenissime Boer. *d. decis. 323. nu. 13. ver. secunda coniec-*
13 *tura.* † Tertia est latitudo & profunditas vulneris, quæ non cõsueuit esse curabilis. Bald. *d. cons. vlt. n. 10. ver. tertia, lib. 4.* Boer. *d. decis. 323. n. 14. ver. tertia coniectura*, vt q̃ tunc vulnus influit in morte.
14 † Restringe, quando vulnus non influit in morte, nec vulnus; & mors habent se, vt causa & effectus, veluti si vulnus est in pede, & moritur ex apostemate; quia tunc nõ sunt eiusdem rationis, nec vulnus influit in apostemate. Boer. *d. decis. 323. n. 14. ver. secus quando.*
15 † Quarta est qualitas instrumenti, cũ quo est factũ vulnus; quia si est tale, q̃ consueuerit non leuẽ plagam inferre, sed mortalem, præsumitur mortalis. Bald. *d. cons. vlt. n. 11. ver. quarta est. lib. 4.* Boer. plene cumulat. *d. decis. 323. n. 15. ver. quarta coniectura.* vbi, q̃ maxime attẽditur instrumentũ, & locus percussus, si in capite, stomacho, intestinis, vel locis lethalibus. Alex. *cons. 109. Visis in pr. ver. ducit etiã,*
16 *lib. 1.* † Declarat Boer. vbi supra, q̃ si quis animo occidendi cũ telo fuit impeditus proiicere telũ; & proiicit saxũ, & interfecit, tenetur de homicidio; secus si habens telũ deposuit illud, & saxo percussit; quia non tenetur de homicidio, sicq; instrumentũ arguit animũ, nisi aliunde clarius cõstaret de animo; dicit tñ, quod mitigatur pœna secundum factum, q̃n non constat de animo occidendi, licet occiderit cũ instrumento de se non ordinato ad ho-
17 micidium. † Quinta est continuus dolor infirmi, vt quia percussus fuerit in neruis; quia si superuenit spasmus, nihilominus vulnus dicitur mortale. Bal. *d. cons. vlt. num. 12. ver. quinta lib. 4.* sequitur
18 Boer. *d. decis. 323. ver. quinta coniectura, n. 16.* † Restringe, q̃n vulnus non esset mortale; quia licet superueniat spasmus, mitigatur pœna, ne ex toto teneatur de homicidio. Dec. *cons. 415. nu. 9.* sequitur Boer. *d. decis. 323. n. 16. in fi.* vbi tẽperat dictũ Decii secundum Feli.
19 Boer. nisi vulnus esset in facie, vel mento, aut faucibus. † Sexta est pars corporis vulnerata, prout in pectore, in cerebro, & intestinis; in quibus locis vulnus consueuit esse mortale. Bal. *d. cons. vlt. n. 13. ver.*
20 *sexta est, lib. 4.* Boer. *d. decis. 323. n. 3. & num. 16.* † Septima est debilitas vulnerati; nam in persona debili, & infirma quando q; modica percussio est mortalis. Cuma. *d. cons. 135. n. 4. ver. ad allegata in cõtrariũ.* † Et regula est; q̃ is, qui statim moritur, sine dubio ex illo vul- 21
nere dicitur mortuus, & in hoc non est necessariũ consiliũ peritorum, vel medicorũ; quia tẽpus non patitur deliberandi consiliũ. Boer. *d. decis. 323. n. 3. ver. & decimatrice.* Bart. *cons. 37. Quæstio est talis, in princ. lib. 2.* † Et idem, si vulnus est mortale, & inde ad paucos 22
dies moritur. Boer. *d. decis. 323. n. 4.* † Imo q̃n vulnus est mortale, 23
præsumitur semper ex vulnere mortali mortuus. Bart. *d. cons. 37. in princ. lib. 2.* † Extende, q̃n non constat; an vulnus esset mortale, vel 24
nõ; quia si mors est sequuta intra 40. dies, præsumitur ex vulnere mortuus, nisi cõtrariũ doceatur. Boer. *d. decis. 323. n. 8.* & plenius *n. 11. & in ver. ad hoc responderi potest*, vbi, q̃ post 40. dies non potest viuere, si vulnus est mortale, & dicit, q̃ sunt tres termini; primus septem, secundus nouem, vltimus 40. dierum. † Declara extẽsio- 25
nem, vt nõ procedat, q̃n surrexisset, & deambulasset post triduũ. Boer. *d. decis. 323. n. 8.* & plenius *n. 11. in fi. ver. secundo dicunt.* † Extẽde, 26
vt etiam teneatur, q̃n incertũ est, an vulnus sit mortale, & superuenerunt alia accidentia, quæ confundunt vulnus; quia præsumitur cõtra percussorem. Boer. *d. decis. 323. n. 8. in fi.* † Declarat Bar- 27
tol. *d. cons. 37. Quæstio est talis. per tot. lib. 2.* quia si vulnus est mortale, res est clara, q̃ præsumitur mortuus ex vulnere; si vero est dubiũ, an sit mortale, debent adhiberi periti, vt iudicẽt, & si dicũt mortale, res est clara; si dubitant, tũc variæ sunt opiniones; quia præsumitur mortuus ex vulnere, q̃n moritur intra tres dies; alii, si intra paucos dies; alii, si intra octo menses; alii secundum legem Lomgobardicam si intra annum, & secundum Bar. erit arbitrarium iudici, vt ibi in fin. vbi apostil. *in ver. est distinguendum*, & intelligit Bart. prædicta vera, quando vulnus nunquam fuit sanatum, alias secus. † Declara alio modo; vt per Boer. *d. decis. 323. n. 3. & seq.* 2
de quo supra, *Vulnerans quando teneatur de morte sequuta, vel non. Cõcl. 377. n. 25.* † Restringe, quando vulnus non erat mortale; quia 29
non præsumitur mortuus ex vulnere non mortali. Boer. *d. decis. 323. n. 7.* vbi dicit, quod * omnes ita tenent. *

Vulnus non mortale iudicatur ex coniecturis, & quibus. Concl. 380.

PRIMA † coniectura, q̃ vulnus non fuerit mortale, est, si per- 1
cussus vixit post vulnus per longum tẽpus; quia præsumitur mortuus ex culpa sua potius, quã ex vulnere tali casu Bald. *cõs. vlt. n. 13. ver. primũ signũ, lib. 4.* q̃ est Baldi, Philippi de Cassolis, & Matthæi Antoniani. idẽ Bald. *cons. 328. circa prine. ver. si vero quis post longa, lib. 2.* sequitur Boer. *decis. 323. n. 18.* † Secũda est, si vulneratus fuit 2
sine febri, & accidentia mala ab eo recesserunt, ita q̃ operabatur naturaliter loquendo, intelligendo sine dolore vulneris. Bald. *d. cons. vlt. n. 13. ver. secundum indutium, lib. 4.* vbi hanc coniecturã latius extendit, & plenius Boer. *d. decis. 323. n. 19.* vbi, q̃ si reincidit ex alia causa, non tenetur de homicidio; secus si ex illo vulnere, aut ex causa vulneris † Tertia coniectura est mala cura vulnerati, vt si 3
vulneratus in capite voluit ire ad aerẽ, si voluit coitũ habere, vel bibere vinũ, & non adhibere custodiã, quæ esset adhibẽda; quia potius ex sua culpa, quã ex vulnere præsumitur mortuus. Bald. *d. cons. vlt. n. 13. ver. inditium, lib. 4.* vbi, q̃ satis est, q̃ res reddatur dubia, ne teneatur de homicidio, plene Boer. *d. decis. 322. n. 20.* vbi addit, q̃
mala cura, si intrauit flumẽ, vel mare, & dicit sibi credendũ; quia est expertus. † Extende idẽ, si noluit medicari, nisi per incãtatio- 4
nes, q̃ intellige, nisi ita lethaliter fuisset vulneratus, q̃ neq; medicina profuisset. Boer. *d. decis. 323. n. 20. ver. & de ista negligẽtia.* † Re- 5
stringe, q̃n in minimis non curasset diligenter; quia non reicuatur vulnerans, nisi essent tot minima, quę facerent vnũ maximũ. Boer. *d. decis. 323. n. 20. in fi. ver. si autem infirmus.* † Quarta coniectu- 6
ra est iudicium medicorũ, quod vulnus non esset mortale, Bald. *d. cons. vlt. n. 113. ver. quarta coniectura, lib. 4. & cons. 328. circa fi. lib. 2. ver. tertio dixit.* Boer. *d. decis. 323. nu. 21. & seq.* vbi; q̃ standum est iudicio medicorum. † Extende; quia si medici dicunt vulnus non mor- 7
tale, ex quo præsumitur mortuus ex mala cura, non poterit puniri de homicidio, si moritur; quia exceptio dubia facto aduersarii excusat. Boer. *decis. 320. n. 20. in fi.* † Et quando discordant medici, 8
in pari causa contra vulnerantem iudicatur; secus si plures essent pro non mortali; quia statur maiori parti, & rationem meliorem adducentibus. Boer. *decis. 323. num. 24. ver. & nota, quod plus creditur.* † Extende; quia debent examinari, & reperi medici etiam publi- 9
catis testibus. Bald. *d. cons. vlt. col. fi. circa med. ver. quarta coniectura, lib.* 4. & quod non statur eorum relationi sine iuramento, Boer. *d. decis. 323. colum. pen. ver. aduerte tamen*, vbi, quod non debent esse vo-
ces, sed expectanda dies septima, si commode fieri potest.

Et

10 †Et sufficit, quod sint Chirurgici, licet non Doctores; quia Barbitonsores,& alii practici ad curam vulnerũ admittuntur. Boer.
11 *d.decis.323.n.20.*vbi,quod non admittũtur incantatores.† Quinta coniectura est generalis, vt quia multi similiter vulnerati se bene custodientes liberati fuerint;quia est signum malæ curæ in vulnerato, & etiam medici iudiciũ potest in hoc adhiberi. Bald.
12 *d.cons.vlt.circa sin.ver.quinta coniectura,lib.*4.†Et quod stetur peritis in medicina, & regulis medicinæ sit inhærendũ, Boer.*d.decis.323. nu.*22. vbi, quod leges non dedignantur sequi medicinam in spe-
13 ctantibus ad illam artem. † Et creditur vni medico, quando alii non sunt in loco.Boer.*d.decis.323.nu.*23. & maxime statur vni, qñ
14 est ex publico salariatus;& peritissimus,ibi *n.*24.†Sexta cõiectura est,si vulneratus erat homo fortis,& robustus;quia non ita de facili ex vulnere consueuerunt mori robusti sicut debiles. Bald. *d.cons.vlt.in fi.ver.sexta coniectura,lib.*4.sequitur Boer.*dict.decis.323.in*
15 *fin.*†Septima causa est,quando mors sequitur ex alia causa remota, veluti si vulneratus in pede moritur ex apostemate in gutture;nam vulnus in pede non potest causare,neq; influere in apostema gutturis,ideo non tenetur de occiso,Bald.*cons.*237.*in pr.ver. sed interdum vulnus & mors non habent se.lib.*2. Boer.*d.decis.*323.*nu.*14.
16 †Octaua causa est, quando vulneratus non adhibuit medicos, vel adhibuit imperitos;quia negligentia vulnerati nõ debet nocere vulneranti,vt teneatur de homicidio. Bald.*dict.cons.*237.*ante med.ver.idem si non adhibuit,lib.*2.*& cons.vlt.num.*5.*ver.tertio casu.lib.*4.
17 †Restringe,quando in loco non essent medici;quia si non adhibuit,sibi non imputatur,sed vulneranti;quia non tenetur mittere extra locum. Boer. *d.decis.*323.*col.pen.ver.tamen non imputaretur.*
Vide supra,*Vulnerans quando teneatur de morte sequuta,vel non. Concl.*377.

Vulnera in qua parte corporis mortalia sint, & in qua parte non mortalia. Concl.381.

1 PARTES †corporis,in quibus vulnera præsumuntur mortalia, sunt,primo cerebrum; quia est principale membrum sensus,
2 & intellectus.Boer.*decis.*323.*n.*3.†Gula, Pectus, Intestina, & alia similia loca sunt loca,in quibus vulnera sunt mortalia, & mortis
3 periculosa.Boer.*d.decis.*323.*n.*3.†Et inguines,seu aguium est locus periculosus,in tantum, quod difficilis est probatio negatiuæ,q tale vulnus non sit mortale.Boer.qui alios citat *d.decis.*323.*nu.*1.*in*
4 *fi.*†Generaliter ille dicitur vulneratus ad mortem, qui secundũ regulas medicinæ non potest illam euadere,vel cum magna difficultate.Cæpoll.*cons.*28.*ver.itẽ sunt duo alij testes,*& sequitur Boer.
5 *d.decis.*323.*n.*3.*ver.& ille dicitur vulneratus.* † Limita tamen;quia licet vulnus sit in loco lethali ; si tamen personæ vulneratæ robustæ qualitas, & medici excellentia possent euitare mortem, tali casu redditur dubium vulnus,an sit lethale, vel non; ideo non semper tenetur de morte, quando sequitur, vel ex alio vulnere, vel ex febre,aut alio accidenti,ita Cæpoll.*cautel.*5.quẽ citat Boer.
* 6 *d.decis.*323.*n.*9.*&* 10.licet dicat*communem in contrarium.†Loca non periculosa sunt naticæ,in quibus si quis vulneratur etiam magnis vulneribus,non est locus periculosus;quia substinet magna vulnera,Boer.*d.decis.*323.*n.*3.*ver.si autem in aliis* ; vbi probat et-
7 iam exemplis animalium,vt magna vulnera patiantur. † Hinc potest allegari exemplum vapulationum,quas faciunt parentes, & præceptores filiis, & discipulis percutientes eos super naticis
8 nudatis;quia non est percussio periculosa,licet sit doloris.†Brachia non sunt periculosa,si feriantur; quia vulnera communiter
9 non sunt lethalia.Boer.*d.decis.*323.*n.*3.*circa fin.*†Et generaliter vulnera illata per taleum,& incisionem non sunt ita periculosa,sicut per punctam. Boer. *d.decis.*323.*num.*3.*in fi.ver.& maxime quando.*
10 †Et percussiones manu vacua non præsumuntur mortales, nisi ceciderit retrorsum percussus illico.Boer.*d.decis.*323,*n*3.*in fin.*

Vulnerans fortice non tenetur pro pluribus vulneribus vnico ictu factis,& quando secus. Concl.382.

1 VULNERANS †clericum fortice,vel rastro, per quod vno ictu plura vulnera intulit clerico, vnica excommunicatione ligatur,Calder.*cons.*464.*circa med.ver.puta igitur,* alias 1.*de consanguinit.*vbi,quod est vnicum delictum;& vnica actio oritur. † Amplia,vt procedat etiam respectu pœnarum successiuæ percussionis causatæ non immediate à percutiente;quia vna pœna tantum percutiens tenetur,vt quando aliquis percussit eum, qui erat super equo,& cecidit,& equus calcitrando eum percussit;quia nõ
3 est in facultate percutientis obstare.Bald.*cons.*443.*Coram vobis,nu.*2.*ver.venio ad secundum,lib.*4.† Amplia,vt percutiens vno ictu instrumento inferente plura vulnera nunquam teneatur de pluribus vulneribus,quando lex, vel statutum considerauit non simpliciter percussionem , sed percussionem modificatam certo instrumento,vt si dicat,si quis vulnerauit cum pectine, cum bestre, vel furcone; nam de natura instrumentorum est inferre plura vulnera saltem in potentia ; ideo vulnerans tenetur pro vno vulnere. Bald.plene *consil.*473.*Antiqui tenuerunt.lib.*3.*&* consil. *Punctus talis,lib.*5.Vide,*Actus vnus plura facta continens quando dicatur plures actus,& è contra.Concl.*131. † Amplia,vt idem sit,quando lex vel statutũ diceret, si quis percusserit simpliciter, vel si vulnerauerit considerans solum actum agentis ; quia licet vulnere cum bidente,tenetur de vnico delicto ; addit.ad Bartol.in l.*g. mina.in princip.in ver.ego puto.ff.arb.furt cæsar.*quæ dicit hanc* communem contra Bart.imo hoc primo casu,quando non est habita consideratio percussi.Bartol.ibi tenet hanc partem,*in ver.quæ lex*,& hanc cõmunem*dicit Bald.*cons.*427.*in princ.lib.*1. † Extende,vt procedat,etiam si statutum diceret,si quis percusserit aliquem non simpliciter considerans actum agentis,sed actum passiuum vulnerati; quia adhuc de vnico delicto tenetur, licet ex vna percussione resultent plura vulnera,apostil.ad Bart. *in d.l.si gemina.in ver.ego puto*, quæ dicit hanc * communem. *furtim cæsar.*Ial.*in l.quod dicitur,la prima.ff.de verb.oblig.nu.*2.vbi dicit communem,*& communem dicit Bald.*d.cons.*427.*lib.*5. † Contrarium tenet in hoc vltimo Bartol.*in d.l.si gemina.circa med.ver.* puto.*ff.arbo.furt.cæsar.*†Extende,vt idem sit, quando statutum punit percutientem cum alapa, vel manu vacua ; quia ex continuo habet quinque digitos, licet sanguis exeat ex alapa in pluribus locis,dicitur vnica percussio.Bald.*d.cons.*427.*lib.*5. † Limita quando lex,vel statutum puniret non actum agentis,sed vulnera pro modo vulnerum, puta quod pro quomodolibet vulnere vulnerans puniatur in tanto ; quia quot sunt vulnera , tot pœnæ,non considerato,an vno ictu,vel vna vice sint illata. *d.l.si gemina.ver.aut statutum dicit.ff.arbor.furt.cæsar.*

Vulnerans condemnatus de vulnere sequuta mors vulnerati,potest condemnari de morte, non tamen ante mortem vulnerati. Concl.383.

VULNERANS † aliquem ad mortem si condemnetur de vulnere, & postea vulnerarus decedat ex illo vulnere,potest condemnari de homicidio; & licet sit opinio cõtrouersa tamen ista est verior ; siue vulneratus fecerit pacem vulnerati, siue non. Boer.*decis.*323.*n.*5. Vide, *Condemnatus semel pro eodem delicto non potest vlterius condemnari,& quando secus. Concl.*573.†Extende idem quando vulneratus intra paucos dies decessit;quia præsumitur vulnere.& vulnerans potest de homicidio puniri.Boer.*d.decis.*323. 5.*in fine.*vbi declarat, quando noua causa non intercessit, ex qua mors causata fuerit. † Amplia in casu conuerso, quia sicut vulnerans si condemnatur de vulnere, non euitat pœnam homicidii,quando ex vulnere sequuta est mors;ita vulnerans mortificat aliquem non potest condemnari de morte, antequam mortualiter vulneratus sit mortuus, & forte etiam sepultus. Boer.*d.decis.* 323.*nu.*6.vbi,quod Potestas Florentiæ fuisset decapitatus,si Dñs non superuenisset,qui liberauit eum.† Contrariũ tenet Bald.quem citat Boer.vbi supra,quando certum erat,quod erat mortuus, quia tunc sententia iustificatur, licet dicat melius esse expectare mortem vulnerati.

Vulneratus consequi debet damna, & interesse, & quando,& an probet contra vulnerantem. Concl.384.

SI †quis fuit vulneratus ab animali, tenetur Dominus animalis ad impensas factas per vulneratum in curatione; & insuper ad refectionem operarum amissarum.Roman.*cons.*270.*lib.* Dominicus,vbi apostil.*in verb.factas,*quæ dat concord.Vide,*Dominus qualiter reficiat Dominus animalium, & qua actio competat. Concl.*
†Amplia;quia eius dictum admiculatum,& in mortis articulo probat contra vulnerantem ; & quando secus. Vide plene Mascard.*Concl.*144.*Assertioni vulnerati an standum.* Vide,*Indicia mota non sufficiunt.Concl.*96.*n.*39.*&* seq.

Vxor proprie quæ dicatur, vel non. Concl.385.

VXOR † proprie dicitur, quando contractum est matrimonium per verba de præsenti;sponsa enim non venit appellatione vxoris in odiosis ; quia q; sponsa dicatur vxor, est ex quadam iuris interpretatione, vt late demonstrat Tiraquel.*in tract. de leg.connub.glos.*2.*numer.*1.*&numer.*18.*cum sequentibus.& numer.*39.

Limita

2 †Limita; quia sponsa impubes non est proprie vxor, sicut nec monialis non professa non est proprie monialis. Bald. *cons.* 197. *Omnia pacta, in fi. lib.* 5. Vide, *Maritus & vxor quid sint. Concl.* 87.

Vxor dicitur socia mariti, & in quibus subiecta. Concl. 386.

1 VXOR † dicitur in omnibus socia mariti, præterquam quoad debitum carnis, & ad operandum. Oldr. *cons.* 267. *Quod domino Episcopo, n.* 6. *ver. & si dicatur.* Alex. *cons.* 133. *ver. crudelis, n.* 4. *ver. & probatur, lib.* 4. quod est Anton. de Prat. veter. vbi apostil. citat
2 Tiraq. *de legib. connub.* §. 1. † Et ideo vxor non est in dominio mariti, neq; in potestate; propterea iure postliminii eam non recuperat. Oldr. *cons.* 275. *in fi. n.* 9. vbi, quod beneficiatus habet quasi dominium beneficii, & sic maius ius in beneficio, quam maritus
3 in vxorem. Alex. *d. cons.* 133. *Vere crudelis, n.* 2. & 3. *lib.* 4. † Sed remanet in potestate patris, prout prius, ita quod patria potestas quoad omnia est salua, ne possit testari, quodque acquirat vsumfructum patri. Alex. *d. cons.* 133. *n.* 2. *& seq.* maxime *n.* 5. *li.* 4. licet apost.
4 ibi dicat de consuetudine nõ seruari. † Operas tamen obsequiales tenetur vxor præstare marito, sed non operas fabriles, & artificii, puta pistorias. Bald. *cons.* 299. *Dicunt Petrus, & Cynus, nu.* 4. *v. vxor etiam, lib.* 1. & plenius Alex. *d. cons.* 133. *per tot.* vbi, quod lactatio non est opera obsequialis; ideo sibi mulier, nõ marito acqui-
5 rit, *lib.* 4. † Socia in tantum dicitur vxor esse mariti, vt si simul ineunt societatem alicuius negociationis, lucrum diuidatur inter eos. Bald. *cons.* 299. *n.* 4. *in fi. lib.* 1. Vide infra, *Vxor præsumitur ac-*
6 *quisiuisse ex bonis mariti, & quando secus. Concl.* 394. † Et quod sit socia diuinæ & humanæ domus mariti, Ang. *cons.* 109. *Quidam p a-*
7 *tronus, nu.* 3. † Amplia; quia in tantum maritus, & vxor sunt socii diuinæ, & humanæ domus, vt nunquam infringatur ius respiciens alimenta inter eos; quia semper videtur exceptum. Signor.
8 *cons.* 176. *num.* 11. † Amplia; quia maritus, & vxor censetur vna &
9 eadem caro. Signor. *d. cons.* 176. *num.* 11. † Limita; quia vxor dicitur reuulsa de costa mariti, & ideo dicitur illi subdita, & accessoria, in tantum, quod ipsa tenetur sequi domicilium mariti, nõ è contra, & si maritus mutat domicilium, ipsa tenetur muta-
10 re. Cuma. *cons.* 1. *Clarissimi iuris est, n.* 4. *ver. nec illa est sufficiens, vsque*
11 *in fi.* † Limita; quia maritus habet leuem castigationem in vxorẽ. Card. Zabar. *cons.* 9. *Primo præsuppono, in princ.* † Declara; quia potest illam maritus corrigere, sed non verberare, *l. consensu, in princ. C. de repud.* Alex. *cons.* 115. *Viso themate, in prin. lib.* 4. vbi, quod verberatio ingenuis est aliena, & quando permittitur verberatio, il-
contradictorem; & pro hac parte Ludouic. Bologn. *consil.* 23. *nu.* 7. Crot. *consil.* 413. *num.* 43. Angel. de Perus. *inter consil. matrim. consil.* 44. *num.* 54. *lib.* 1. † Declarat ipse Riminald. *iun. dict. cons.* 274. *in fi.* opinionem Clari procedere, donec pendet lis super adulterio, sed postquam fuit lata sententia, & condemnata, procedit contrarium; quia tunc adulterium est notorium per sententiam, allegat Federic. de Sen. *consil.* 176. *Domino Conrado*, & melius idem dicit Feder. de Sen. *cons.* 236. *In quæstione vertente*, vbi, quod summa egestate vxor debet laborare, ne calitur à die; qui adulterium est notorium. Vide, *Alimentare quis teneatur de iure. Conc.* 287. *& multis seq.*

Vxor soluto matrimonio consequitur alimenta, & quando secus. Concl. 398.

1 VXOR † soluto matrimonio consequi debet alimenta, donec dos restituatur; quia dos censetur patrimonium illius. Bald. *cons.* 94. *Verum maritus, in fin. lib.* 1. *& cons.* 109. *Super primo; li.* 5. vbi, quod debentur officio iudicis propter moram, non autem iure actionis. Alex. *consil.* 133. *Vere crudelis, in princ. lib.* 4. vbi, quod in istis alimentis veniunt vestimenta, & dicit * communem, in-
2 tra annum, quod debet habere alimenta. † Operas tamen obsequiales præstare tenetur vxor marito, & quales, supra *Concl.* 386. & plenius in *ver. Operas obsequiales qui præstare teneantur. Concl.*
3 147. † Amplia in casu conuerso; quia si maritus sustinet onera matrimonii, debet consequi alimenta, seu interesse. Bald. *d. cons.* 109. *in fi. lib.* 5. Vide, *Maritus quando consequi debeat, vel non interesse*
4 *dotis. Concl.* 96. † Amplia; quia vidua non solum debet habere alimenta, & fructus dotis ab hæredibus mariti morosis, quando ipsa est pauper, vt per Afflict. *decis.* 284. *per totam*, sed etiam à patre, vel fratre suo, qui integram dotem non soluerat marito mortuo, & ita Paris. *cons.* 64. *num.* 5. *& 6. lib.* 4. Ias. *consil.* 92. *col. fin. lib.* 1. & dicit multum facere; quia dos succedit loco legitimæ. Soci. *consil.* 217. *col.* 1. *in fi. & cons.* 241. *col.* 9. *lib.* 2. & legitimam habere debens etiam consequitur fructus. *Authen. nouissima. C. de inoffic. testam.* Alexand. *cons.* 43. *lib.* 2. Capra *cons.* 68. *Ergo.* & videtur immuere etiam Alexand. *cons.* 133. *in prin. lib.* 4. quod est Ant. de Pra-
5 to veteri. † Extende, qa pro quâ oluerat retur in emptione p̃dio-rum cum dote sua; in tanto potest con enire cum hæredibus mariti defuncti, vt sibi soluatur, & si quid vltra percipiat, vel sibi soluatur, teneturin sortem compẽsare. Anchar. *cons.* 150. *In qua-*
6 *stione.* Alexand. *cons.* 27. *lib.* 3. † Amplia, quia quod dicitur de marito, habet locum in hærede mariti; quia tenetur ante restitutionem dotis ad alimenta vxori, quæ debet obsequiales operas
7 præstare, *l.* 1. §. *prætera ff. de tutel. & ratio. distraken.* † Extende; quia vxori, antequam rehabuerit dotes suas; debentur alimenta ab hæredibus viri tam de iure, quã de consuetudine generali. Abb. & alii in *c. salubriter, de vsur.* Alexan. *cons.* 63. *Strantibus, col. tertia. ver. insuper, li. quarto.* Grat. *cons.* 29. *lib.* 1. Francisc. Curt. *in c. fin. de consuet. lib.* 6. vbi attestatur de communi consuetudine, & obseruantia.
8 † Limita, quando dos consistit in pecunia, & vidua habuit aliunde, vnde se aleret, quia alimenta recepta post annum compensit in sortem principalem. Fulgos. *cons.* 196. *Ad id, de quo per*
9 *tot.* Vide, *Dotis fructus quando debeantur. & quando alimenta vxori soluto matrimonio. Concl.* 741. Vide, *Vidua debet alit ex fructibus suæ dotis Concl.* 205.

Vxor retinet bona mariti pro dote, sicut maritus retinet bona empta ab vxore. Concl. 399.

1 VXOR † potest retinere pretium rerum dotalium in bonis mariti, etiamsi bona sint subiecta fideicommisso; quia pro dote possunt obligari imo & prosatisfactione dotis possunt distrahi Oldrad. *cons* 107. *in si ver. ad octauam.* † Amplia è conuerso; quia maritus potest retinere bona empta ab vxore constante matrimonio; quia licet præsumantur empta ex pecunia mariti; tamen vxori acquiritur dominium, sed marito datur retentio, donec pretium sibi restituatur. Bald. *cons.* 141. *Proponitur, quod quidam. lib.* 4. Vide plenius, *Dotis fauore mulier potest retinere bona mariti. Concl.* 744.

Vxor perdit legatum victus, si transit ad secundas nuptias Conclus. 400.

1 VXORI † si fiat legatum per maritum de victu, & vestitu, quamdiu vixerit, & in domo testatoris stare voluerit, si trãsit ad secundi vota, perdit legatum, etiamsi vna cum viro velit
2 stare in domo testatoris. Oldrad. *consil.* 213. *Ad quæstionem.* † Declara forte procedere, quando extant filii, alias secus; quia ista est regula, quod vxor perdit legata, si trãsit ad secunda vota; si extãt filii, quia hæc pœna fauore filiorum est inducta. Vide, *Nouissimi secundarum pœnæ. Concl.* 163. *in limitationibus.* Vide, *Matrimonium. Secundum priuat vxorem legato primi mariti, & quomodo. Concl.* 157. vbi de plenius, *Mater quando priuetur successione filii ob transitum ad secunda vota, Conclus.* 113.

Vxori quarta bonorum mariti quando, & quomodo debeatur ab intestato, & quando secus. Concl. 401.

QVARTA † debetur vxori indotatæ in bonis mariti hæreditis. *authen. prætera. C. vnde vir & vxor.* vbi * omnes, & legitimam videri p. omissam eo ipso, quod maritus dicit vxorem sine dote, dicit Florian. de S. Petro *cons.* 21. *num.* 17. vbi quod debetur iure Longobardorum. † Duplex est ratio optima in hoc, quia
* *vir & vxor.* vbi Castr. *num.* 5. Ias. *num.* 9. & Dec. *num.* 21. † Secunda ratio, ne mulier in fælix laborare, & inopia mendicare cogatur. Bald. *d. authen. prætera, col. fi. in fi. C. vnde vir & vxor.* vbi Saxet. & Castr. *num.* 5. qui subdit, quod esset addere afflictionem afflicto, & ibi Roman. & *in l. diuortio, in princ. ff. solut. matr.* Alexand. *col.* 2. & Dec. *num.* 11. qui dicit * communem. Corn. *cons.* 4. *in princip. & in fin. lib.* 4. Soci. *cons.* 108. *in princip. & fin. & cons.* 111. *num.* 28. *lib.* 4. vbi dicit * communem, licet ipse teneat contrarium, plenissime Roland. à Vall. *consil.* 15 *num.* 4. *lib.* 3 & communem * dicunt Cephal. *consil.* 244. *numer.* 16. & Menoch. *cons.* 433. *num.* 8. Florian. à S. Petro *cons.* 21. *num.* 7. *& num.* 11. † Ratio tamen est compensatio, & honor bene transacti matrimonii. *authen. prætera, numer.* 9. *& num.* 13. Castr. *num.* 5. Deci. *num.* 11. *tertio ex prædictis.* Corn. *nu.* 27. Pep. *num.* 86. *circa fi.* Rimin. *cons.* 114. *num.* 7. *lib.* 2. Soci. *d. cons.* 30. *num.* 8. *ver. non est mirum.* & Menoch. *d. cons.* 433. *num.* 9. † Tria requiruntur, vt detur *authen. prætera C. vnde vir & vxor.* Angel. Aretin. *cons.* 118. *in num.* 6. *& seq.* vbi quod copulative requiruntur; & vno defecto *Authen.* non habet locum. † Primo, quod matrimonium fuerit ne dote cõtractum; secundo, quod vir premoriens sit locuples; tertio, quod superstes laboret inopia, quibus concurrentibus quartam deberi, tenent Bald. ibi *in princ.* Castr. *num.* 1. Alexand. *num.* 1. Ias. *in princ.* Bart. *in authen. de exhiben. & introducen. rei. §. quamam, numer.* 4. *& in authen. vt liceat matri, & auia. §. quatuor legem.* Corn. *cons.* 249. *lib.* 1. Socin. *cons.* 30. *in princip. & cons.* 111. *numer.* 27. *& seq lib.* 4. plene Angel. Aret. *d. cons.* 118. *numer.* 5. *& sequentibus posito.* † Amplia, seu extende; quia quod dicitur de vxore in bonis mariti diuitis, idem est in marito, vt pariter succedat in bonis vxoris diuitis quoad quartam, & eodem modo, Alex. *cons.* 249. *Perspectis, in pr. lib.* 6. vbi dicit * communem, quando vel extant solum tres filii, vel minor numerus, vel quãdo extant ascendentes, vel transuersales succedentes. † Et quod idem sit in casu conuerso; quia si mulier haber magnam dotem, vel fuit diues, ea mortua superstite marito inope debet habere quartam. Gabriel. *consil.* 142. *nu.* 6. *li.* 1. licet ibi non ponat pro constanti. † Amplia, vt procedat, etiamsi filius familias accipiat vxorem indotatam; quia habet quartam partem eius, quod maritus hæreditauit; quia attenditur tempus mortis viri. Cuman. *cons.* 132. *Duo fratres*, vbi ponit plures cautelas ad tollẽdum, ne vxor succedat in hac quarta. † Declara tamen, quod dicitur vxorem indotatam succedere in quarta bonorum mariti, procedere, si inopia laborat, vt quia non habet aliunde, vnde se alat; quia si habet alitide, ita quod inopia nõ laboret, non habet hanc quartam. Cuman. *d. cons.* 132. *in princ. & per tot.* † Amplia; quia habet locum, etiamsi pater promiserit dotem condecentem tempore matrimonii, quando postea decoxit, & non est soluendo. Curt. Iun. *dict. auth. prætera. C. vnde vir & vxor. nu.* 10. *ver. vltima.* † Amplia, quia quarta, quæ debetur vxori indotatæ in bonis mariti, debetur ex pietate; ideo statutum Ianuæ inducens successionem, vt succedant proximiores, non tollit hanc successionem vxoris in quarta, nisi faciat expressam derogationẽ, quia quę inopiæ causa sunt facta, non tolluntur ex generali prouisione. Signorol. *cons.* 231. *Titius locuples per tot.* & quod debeatur miserationis causa, ne superstes nouissima viuat in inopia, est text. *in auth. prætera. C. vnde vir & vxor.* Florian. à S. Petro *cons.* 21. *numer.* 7. *& num.* 11. Vide, *Pietatis habet specialia, vt admittat multa prohibita. Concl.* 33. † Amplia, vt procedat, etiamsi mulier habeat, vnde ali possit officio iudicis, puta si habeat patrem, vel alios, qui tenentur alimentare officio iudicis; quod probatur; quia illa *auth. prætera* prouidet mulieri etiam stantibus filiis minori numero quatuor, qui tenentur alere matrem, & ita arguit Menoch. *dict. cons* 433. *col. pen. & fin.* Socin. *cons.* 121. *numer.* 30. *cum sequentibus.* † Et pro hac parte facit

facit Bartol. *in l. quod in vxorem, in fi. C. de neg. gest.* vbi, quod maritus teneatur alere vxorem indotatam, si non habet, à quo consequatur alimenta, sequitur Alexan. *in l. si dotem, §. sin autem in seuissimo. n. 7. ff. solut. matrim.* & idem Bart. *in l. cum vnus. §. alimentis. ff. de alimen. & cib. legat.* vbi, quod frater vxori tenetur ad alimenta, quãdo non sufficiunt fructus dotis. Socin. *consil.* 100. *n. 2. lib.* 3. † Contrarium quoad partem; quia si ab eo potest ali, non dicitur inopia laborare. Corn. *consil.* 132. *numer.* 2. Soc Iun. *consil.* 30. *num.* 4. *lib.* 4. Rimin. Sen. *consil.* 114. *num.* 16. *lib.* 1. Cephal. *consil.* 244. *num.* 20. *lib.* 2. vbi de * communi. Gabriel. *consil.* 142. *num.* 30. *lib.* 1. qui alios allegat, & admittit Menoch. *consil.* 433. *numer.* 10. *& sequentibus.* & * est communis * opinio Barthol. *in d. authen. præterea. C. vnde vir & vxor.* & ibi Dec. dicit * communem, Pepul. *d. auth. num.* 14. vbi etiam respondet ad contraria, quod Bartol. & alii loquantur in muliere indotata, quæ potest petere dotẽ, vel supplementum dotis. † Rationes plures adducuntur; quia si potest consequi alimenta ab inuito patre, vel fratre, non dicitur inopia laborare, vt per Cordub. *d. auth. præterea num.* 24. *idem* Cordub. *d. l. si quis à liberis, num.* 8. *& sequen. n.* 77. *ff. de agnos. liber.* & quia æstimum patris dicitur æstimum filii; vt per prædictos. Socin. *d. consil.* 30. *nu.* 6. *lib.* 4. & reputantur pater & filius eadem persona. † Declara, vt excepto patre licet mulier habeat fratres, qui in subsidium teneantur alimentare; debet tamen habere quartam; quia magis obligãtur hæredes mariti, quandiu est vidua, & quatenus vterque teneatur in subsidiũ, pinguior est prouisio *auth. præterea.* ideo attendi debet, ita Menoch. *dict. consil.* 433. *n.* 22. *& sequen.* & melius *num.* 15. *& sequen.* vbi dicit inaduertenter, & male tenuisse contrarium in fratre multos, quos ibi reprobat, & infra notantur. † Contrarium; quando habet fratrem diuitem, qui in subsidiũ tenetur alimentare, tenent Gabr. *consil.* 142. *num.* 30. qui licet alleget Alexand. Corn. & alios in exemplo patris, vel fratris; tamen loquuntur, quando habebat patrem. Roland. à Val. *consil.* 14. *num.* 53. *lib.* 3. Decian. *consil.* 70. *n.* 17. *lib.* 2. Ioseph. Ludoui. *Conc.* 35. *in* 2. *limit.* & quod non habeat locum, quando mulier habet patrẽ, vel fratres diuites, qui possunt alimentare. Raphael Cuman. *in l. in suis*, per illum text. *ff. de liber. & posthum.* Salycet. *dict. authen. præterea, quæst.* 7. Alexand. *num.* 11. Corn. *num.* 24. *& sequen.* Soci. *consil.* 30. *num.* 4. *lib.* 4. & de * communi videtur attestari Dec. * *dict. auth. num.* 20. *in fin.* quem refert communem * dicendo Anton. Cordub. *in d. l. si quis à liberis, in princ. num.* 77. *ff. de liber. agnosc.* Decian. *consil.* 111. *num.* 8. *& num.* 21. *lib.* 3. † Extende; quia clarum est, quod mulier licet habeat filios ex marito diuite intra numerum trium, succedit in quarta, si plures, in virili portione cum liberis, vt omnes in *dict. authen. præterea. C. vnde vir & vxor*, & tamẽ filii tenentur alere; ergo non sufficit, quod ex æquitate subsit persona, quæ tenetur alere, ita Gozad. ibi *numer.* 82. Menoch. *d. consil.* 433. *col. pen.* & est ratio; quia quando vterque tenetur in subsidium, puta hæres mariti, & frater, vel pater vxoris, est locus *authen.* quia plenius prouidet, vt dicit Menoch. vbi supra qui alios citat, nec contraria infra obstant; quia non excluditur mulier, etiam quod filii repudiarent hæreditatem patris, & haberẽt bona propria, quia non minus procedit dispositio *authen.* quæ alias cessaret, & non est verum. † Contrarium, quod hæc ratio non releuet, Corn. *dict. authen. præterea, n.* 26. *&* 27. quia possent esse tot filii, quot ratione numeri sint pauperes; secũdo, quia nõ potest argui à personis, quæ consequuntur eadem bona onerata; secus si aliunde haberent, vt etiam Socin. *consil.* 30. *numer.* 8. *lib.* 4. Ant. Cordub. *d. l. si quis à liberis, in princip. nu.* 79. *ff. de liber. agnoscen.* † Imo, quod neque obstet vxori, si habet patrem diuitem, vel fratres diuites, aut quoscunque alios obligatos ad alendum; quia cum teneantur pater, & frater saltem ex officio iudicis, & sic ex æquitate, non autem iure actionis. Bartol. *in l. solent. numer.* 6. *ff. de alim. & cibar. legat.* per *d. l. si quis à liberis, in prin.* vbi glos. *in ver. cognoscet. ff. de liber. agnoscend.* hæredes vero mariti teneantur iure actionis, vt dicit text. *d. authen. præterea*, vbi Castren. *in fin.* & Dec. *numer.* 20. *&* 21. non potest experiri mulier officio iudicis, quando habet actionem, quia officium est in subsidium, quando deficit actio, *l. quædam*, vbi Bartol. *numer.* 1. *ff. de eden.* Alexand. & alii *in l. in prouinciali. §.* 1. *ff. de nou. oper. nunciat.* & ita in indiuiduo affirmant Salycet. *in l. vnica*, *numer.* 33. *C. de rei vxor. act.* Soc. *dict. consil.* 30. *numer.* 8. *in princip. lib.* 4. Capic *decis.* 24. *numer.* 7. Alexand. *in l. diuortio in princip. numer.* 16. *ff. solut. matr.* vbi expresse dicunt, quod pater tenetur officio iudicis alere filiam inopẽ, sed non potest compelli, si hæredes mariti iure actionis tenentur. † Adiuuatur hæc opinio, quia cum competant plura remedia mulieri agendi contra hæredes viri ad quartam, & fratrem ad alendum, ipsa debet habere electionem. *l. quod in hæredes. §. eligere. ff. de tribut.* Bartol. *in l. cum Pomponius, num.* 30. *ff. de transactio.* nec dicitur subordinata quarta ad alimenta; quia potest excedere alimenta. † Contrarium; quia non procedit in subordinatis. Alexand. Iaf. & alii *in l. in prouinciali. §.* 1. *ff. de nou. oper. nunciat.* † Amplia; quia *authen. præterea. C. vnde vir & vxor.* quod mulieri pauperi sine dote debeatur quarta in bonis mariti, procedit, siue ab intestato, siue maritus testatus fuerit. Flor. de sancto Petro *cons.* 21. *numer.* 10. *& sequen. versicul. sed iis non obstantibus.* †Extende, vt procedat, siue maritus in testamento instituerit filios, siue extraneos. Florian. *d. cons.* 21. *n.* 12. *& seq.* † Extende, si nihil in testamento vxori indotatæ, vel pauperi legauerit, siue non; quia si nihil legauit, habebit integram portionem, si aliquid, habebit supplementum. Flori. *d. cons.* 21. *n.* 12. *& seq.* † Extende, etiamsi maritus ex testamento prohibuerit vxorem petere posse, quia eo ipso, quod duxit sine dote, præsumitur contractum inter eos, quod habeat hanc quartam. Flor. *dict. cons.* 21. *num.* 13. *& seq. iuncto n.* 17. vbi, quod iure Longobardorum compellitur relinquere hanc portionem, vbi dat exempla de statuto conferente lucrum partis dotis, & iocalium sponte donatorum. †Declara; quia attenditur qualitas dotis congruę considerata qualitate coniugũ tempore matrimonii, vt dicatur congrue dotata. Gabriel. *consil.* 142. *num.* 11. *& seq.* alias dicit, quod si contrarium diceremus, ex quo auctæ sunt dotes; & factæ excessiuæ, omnes præteritæ mulieres haberent quartã. sed oportet, quod concurrat inopia. † Contrarium videtur velle Menoch. *consil.* 433. *num.* 11. vbi reprobat Alciat. contrarium tenentem; quia licet attendatur tempus matrimonii respectu dotis cõgruæ; tamẽ attẽditur tempus mortis respectu egestatis mulieris, cui *puidet authen. præterea.* † Amplia; quia debet habere quartam; etiamsi maritus alimenta, vel aliud legatum vxori fecerit; quia quatenus ascendit ad quartam, debet esse contenta, quatenus non debet habere supplementum. Florian. *d. consil.* 21. *num.* 12. *& sequ.* † Extende, etiamsi vxor post mortem viri habuerit alimenta legata, vel legatum factum à viro; quia si habuit paruam dotem, non præsumitur quietasse, sed pro iure dotis; vel non nocet mulieri non certioratæ. Vide plene Florian. *d. consi.* 21. *num.* 32. *& seq. versicul. quantum ad secundum. vsque ad num.* 47. † Amplia; quia habet locum *authen. præterea. C. vnde vir & vxor.* etiamsi tempore contracti matrimonii dos erat condigna; sed postea tempore mortis viri non erat cõdigna. † Amplia, vt debeatur quarta in bonis mariti vxori etiam dotatæ, quando dos est parua, vt per Bald. Aretin. Alexand. Corn. Iaf. Ruin. Gozad. Curt. Iun. & alios *in authen. præterea. Cod. vnde vir & vxor.* vbi Dec. *numer.* 4. dicit * communem. Pep. ibi *num.* 10. de communi Angel. & Roman. *in l. diuortio, in princip. ff. solut. matrim.* Aretin. *Instit. de succeff. cognat. §. fin.* Matthesil. *in tract. de succeff. ab intest. in* 5. *artic. num.* 22. Roland. à Vall. *consi.* 14. *num.* 29. *cum sequentib. lib.* 3. vbi de * cõmuni, * *num.* 34 *& consil.* 15. *num.* 25. *eodem lib.* Celsus Vgo *consi.* 4. * *per tot.* Natta *consi.* 605. *lib.* 3. Decian. *consil.* 70. *numer.* 12. *libr.* 2. Menoch. *consi.* 433. *colum.* 1. *lib.* 5. vbi allegat plurimos, & dicit * communem M. tthesil. *in tractat. de succeff ab intest. art.* 4. *num* 22. Barbat. *consi.* 74. *lib.* 4. Alexand. *consil.* 91. *prope princ. lib.* 7. Corn. *consil.* 178. *lib.* 2. repetitum inter consil. Socin. *consi.* 168. *lib.* 1. Dec. *consil.* 573. *circa fin.* plene Floria. de S. Petro *consi.* 21. *num.* 20. *& seq.* vbi *num.* 24. dicit * communem; quia parum, & nihil æquiparantur. † Teneturtamen mulier in quartam partem bonorum cõputare dotem paruam, quam habet. Bald. Castr. & Dec. *d. authen. præterea, num.* 5. *ver. & ad prædicta notandum est. C. vnde vir & vxor*, & idem est in legato facto vxori, vel si aliunde haberet, quod non sufficeret; quia imputatur, vt infra in secunda extensione. † Extende, vt procedat, etiamsi dos fuerit congrua, si tempore mortis esset deperdita; vt per Gabriel. *consi.* 142. *num.* 13. allegat Curt. Iun. *in d. auth. præterea, num.* 10. *C. vnde vir & vxor.* † Extende; quia imo etiamsi mulier habeat magnam dotem, & laboraret inopia, debet habere quartam partem. Floria. de S. Petro *consil.* 21. *num.* 24. allegat gloss. *in l. licet, C. de iur. dot.* † Ratio est; quia parũ, & nihil æquiparantur. Bald. *in d. auth. præterea, in fin.* latius Iaf. *in l. sciendum, in prin. ff. qui satisd. cog.* & ne mulier inopia laborare cogatur, quæ ratio ita militat in parua, & non condecenti, sicut in nulla. Floria. *consil.* 21. *num.* 22. *& sequen.* vbi, de * communi. * † Extende, etiamsi maritus aliquid relinquat vxori indotatæ; quia suppletur vsque ad quartam, vt est text. *in authen. vt liceat matri, & auiæ. §. quoniam vero.* † Declara; quia an sit dos parua, ita vt mulier inopia laboret, vel non, statur arbitrio iudicis secundum * communem, vt per Bartol. Bald. Angel. Salycet. & alios *dict. auth. præterea. C. vnde vir & vxor.* vbi Deci. *num.* 15. *& seq.* vbi addit temperamentum, quod si reddit usillius dotis nõ sufficiant

ciant ad alimenta considerata qualitate viri, & vxoris, sit locus
40 *auth.* si vero sufficiunt, secus, & ita in dote 200. scutorum. † Et
quod sit arbitrarium iudici, quando vxor dicatur inopia labo-
rare ad effectum, vt succedat in quarta parte bonorum mariti
considerata qualitate mulieris. Cuma *cons.* 132. *in pr.* & vide præ-
41 cedenti *n.* 10. *ver. declara.* † Sed tamen communis est * opinio, q
* si non habet tantam dotem, quod fructus non sufficiant ad vi-
ctum, & vestitum congruum; tunc est locus prædictæ *auth. præ-*
terea. C. *vnde vir & vxor.* vt ibi Bald. in finalibus verbis, cuius dictũ
* communiter * teneri dicit ibi Deci *nu.* 5. Cranet. *cons.* 199. *nu.* 7.
Menoch. *d. cons.* 433. *num.* 3. Roland. à Val. *consil.* 14. *n.* 21. *lib.* 3. latiſ-
sime Decian. *cons.* 111. *num.* 16. *lib.* 3. vbi, quod sæpius ita fuit iudi-
42 catum. † Vide plenius de isto arbitrio iudicis in hac materia per
Florian. *cons.* 21. *numer.* 25. *& seq.* vbi, quod in hac materia attendi
debet, an dos sit sufficiens ad alimenta, considerata rusticitate,
vel nobilitate personæ, an sit habilis ad luci andum; vel non; &
consideratur etiam solitus tractatus mariti, vt si laute viuere so-
43 lebat; quia consuetudo est altera natura. † Et non consideratur
relictum à marito, etiam quod alimenta reliquerit; quia com-
pensatur in quarta debita, sed consideratur status mulieris, sine
44 relicto mariti. Floria. *d. cons.* 21. *num.* 29. *& seq.* † Extende; quia ha-
bet locum, etiamsi tempore contracti matrimonii dos fuisset
congrua, dummodo postea ex temporum varietate, & mutatio-
ne qualitatis personarum fiat incongrua. Bald. *authen. præterea. n.*
* 3. C. *vnde vir & vxor.* cuius opinio est vera, & * communis, quia
inspicitur tempus mortis viri, & ita Dec. *d. authen. num.* 23. *& cons.*
24. *Pro virili mea.* Corn. *cons.* 4. *Vltra punctum lib.* 4. vbi addit ratio-
nem, quod attenditur tempus mortis; quia hic agitur de succes-
sione. Soci. *cons.* 57. *In causa restitutionis, num.* 28. *& sequent. lib.* 4.
45 † Contrarium consuluit Socin. *cons.* 30. *col. penult. num.* 10. † Am-
46 plia; quia in hac quarta mulier indotata præfertur filiis cõmu-
47 nis matrimonii, & aliis. Florian. *d. cons.* 21. *nu.* 15. *& seq.* † Extende;
quia excludit multo magis ascendentes mariti, & extraneos.
48 Florian. *d. consil.* 21. *num.* 13. *& seq.* † Limita; quia quando vxor ha-
bet patrem diuitem & inopia non laborantem; non dicitur in-
opia laborare; ideo quarta non debetur. Cuman. *d. cons.* 132. *in*
princip. ver. vnde si pater, quia bona patris dicuntur filii largo mo-
do, & non dicitur pauper, qui habet patrem diuitem, & est ma-
* gis * communis opinio, vt per Cutt. Iun. *in authen. præterea, num.*
9. & ibi Pep. *numer.* 22. *in fin. & num.* 25. & Dec. *num.* 20. Cephal.
cons. 144. *num.* 20. Rimin. Sen. *cons.* 114. *num.* 14. vbi Rimin. Iun. in
* addit. dicit * communem. † Declara, dum modo non simus in
materia statuti, in quo verba proprie sint sumenda. Cuman.
49 *d. consil.* 132. *in princ. ver. vnde si pater.* † Extende idem, si habet fra-
50 trem diuitem patris hæredem; quia tenetur dotare. Bald. *in l. ali-*
menta. num. 3. C. *de neg. gest.* † Extende idem, si habet matrem di-
51 uitem, quæ tenetur in subsidium, *l. nec filium*, vbi Bald. *in fin.* C.
de patr. potest. Hieron. Gabriel. *consil.* 142. *num.* 30. *lib.* 1. Roland. à
52 Val. *cons.* 14. *num.* 13 *lib.* 3. † Limita; quia si maritus reliquat plu-
res filios vltra numerum trium, tunc mulier inops non habebit
quartam, sed virilem cum filiis. Cuman. *d. cons.* 132. *in pr.* Alexan.
* *cons.* 249. *in princip. & numer.* 4. *lib.* 6. vbi dicit * communem.
53 † Limita; quia non debetur ista quarta, si vxori maritus legauit;
quia legata, & fideicommissa computantur in ista quarta. Feder.
54 de Sen. *cons.* 3 *num* 3. *ver. præterea si nullo.* † Limita, quando potest
tam ex operibus, quam ex fructibus dotis se alere. Fabia. Pep. *in*
* *d. authen. præterea, num.* 85. qui dicit * communem, & ita consultũ
Senis per Soci. & Corn. & ita fuisse iudicatum. *C. vnde vir & vxor.*
idem tenet Socin. *consil.* 30. *numer.* 12. *& consil.* 121. *numer.* 45. *lib.* 4.
55 Gabr. *d. cons.* 142. *num.* 24. † Contrarium, quod licet possit ope-
rari, vt consequatur alimenta, non perdit beneficium succes sio-
nis. Barb. *d. cons.* 74. *lib.* 4. Rol. à Val. *cons.* 14. *n.* 39. *lib.* 3. Decia. *cons.*
70. *lib.* 2. Dec. *in d. auth. n.* 21. *ver.* 3. *etiam*, & maxime quando non
decet, q̃ nobilis operetur manibus. Bart. in *l.* 1. C. *de mendicant. va-*
56 *lid. lib.* 11. † Declara maxime, quando mulier est infirma; quia nõ
57 potest operari. Aymo *consil.* 194. *col.* 1. † Declara, quod dicitur,
mulierem non esse alendam, quando habet artem, ex qua po-
test lucrari, procedere, quando operari potest sine dedecore.
58 Surd. *de alim. tit.* 7. *q.* 6. *num.* 12. *cum seq.* † Item, quando viuente
viro erat ita solita lucrari, alias non Bartol. *in l. si quis.* §. *filium, nu.*
1. *ff. de liber. agnoscend.* ita Barbat. *cons.* 74. *lib.* 4. Roland. à Val. *consil.*
14. *num.* 45. *lib.* 3. Decian. *d. cons.* 70. *nu.* 17. *lib.* 2. Menoch. *cons.* 433.
59 *num.* 15. † Limita, quando vxor indotata succes sisset patri suo
saltem in legitima sibi debita; quia non dicetur inopia labora-
60 re. Cuma. *cons.* 132. *n.* 2. *v. si vero pater.* † Limita, nisi maritus, vel a-
lius dotaret vxorem indotatam; quia sufficit, quomodocunque
dotetur, etiamsi dotaretur ad effectum excludendi à succes sio-

ne quartæ in bonis mariti; quia posset ipsemet maritus consti-
ri habu sse tantam dotem ab ea, vel à foco ro, quo casu cessaret
successio in quarta. Cuman. *d. consil.* 132. *num.* 2. *ver.* posset *finaliter*
† Limita, si mulier nupta peteret dotari à patre; quia dotem non
habet; quia posset iudex ex officio compellere patrem, quan-
su non succederet. Cuman. *d. consil.* 132. *num.* 2. *ver. præterea videtur*
† Limita, nisi maritus dotasset in vita, vel in morte. Gabriel. *d.*
consil. 142. *num.* 29. vbi etiam, quod sufficit, si alimenta relinquat
vel vsum fructum. † Limita; quia si potest habere quartam à se-
mo viro; non habebit à secundo. Ceph. *cons.* 244. *nu.* 21. Socin.
121. *num.* 30. *& seq. lib.* 4. † Limita; quia quarta ista bonorum ma-
riti intelligitur de bonis liberis; secus si sunt bona fideicommi-
saria; quia imo põt pater grauare filium, vt restituat omnia bona
suis filiis, vel fratribus prohibendo Trebellianicam, & Falcidi-
& hoc, ne succedat vxori filii indotatæ; quia eo casu solum habe-
bit quartam legitimæ. Cuman. *consil.* 132. *circa fin. num.* 3. *ver. pone*
etiam. † Extende; quia bona emphyteutica non computantur
inter bona mariti; quia vxor debens consequi in quarta rem
propter inopiã, non succedit in istis bonis emphyteuticis. Cu-
ma. *d. consil.* 132. *in fi. v. ad secundum.* † Limitat Ang. Aret. *d. cons.* 118.
in casu prædicto, quando mulier habuit dotem in primonio.
monio in bonis; quia eadem dos censetur data secundo viro;
licet primus maritus bona alienauerit; tamen dominium reso-
litur ad mulierem, & sic non est sine dote, ibi *num.* 8. *& seq.* Item,
quando nupta est secũdo viro, seu tertio viro, quia tenetur ea
alere, & sic non laboraret inopia, Angel. Aret. *d. cons.* 118. *n.* 11. *ad*
cum seq. ver. insuper dico. † Idem, quando non constat, quod ma-
tus, à quo prætendit quartam, sit locuples, & sola fama mili-
ficit, Angel. Aretin. *d. cons.* 118. *numer.* 13. *& seq. ver. videamus*
† Actio competit personalis ex lege, & ideo non potest
tere contra singularem successorem etiam donatarium rei
donatio sit inofficiosa non datur querela, neque Fauiana,ne
Calusiana; quia non repetitur inter cautum. Corne. *cons.* 18.
tot. lib. 2. vbi, quod neque officium iudicis. † Et competit actio
condictione *d. auth. præterea C. vnde vir & vxor.* † Et idem si mulier
intentauit petitionem hæreditatis, hæres debet absolui, nisi ob-
seruatione iudicii, & mulier condemnari in expensis. Aug. Aret.
consil. 118. *In casu prædicto in princ. & in fin.* maxime *n.* 3. & 4. vbi di-
cit * communem.

Vxori quando teneatur maritus cauere de non offendendo. Concl. 402.

MARITVS † tenetur cauere per fideiussoriam cautionẽ vxo-
ri de non offendendo eam secundum Canones, nisi ibi
iusta causa timoris, quæ iusta causa committitur arbitrio iudicis
Bald. *consil.* 176. *Cecilia recesit, lib.* 1. *in princ.* & idem Bald. *cons.* 240.
Sicut sapientissime, lib. 3. vbi, quod iuratoria cautio non sufficit
† Restringe; quia sufficit quandoque iuratoria cautio, quæ
semper in reconciliatione tenetur maritus præstare. Bald. *cons.*
240. *lib.* 3. vbi tamen Bald. in illo casu tenet contrarium, vt non
sufficiat fideiussio propter crudelitatem expertam mariti. † Iu-
stæ autem causæ possunt esse, scuitia viri; item mala conuersatio
viri in verberando vxorem; item quod maritus esset zelotypus
& vane suspicaretur, & propterea etiam male tractaret vxorem
quæ omnia debet iudex inquirere, & ex iis animum suum in-
formare. Bald. *d. consil.* 176. *numer.* 2. *ver. iudex ergo lib.* 1. & *cons.* 240.
lib. 3. † Item, si timor esset causatus ex inimicitia grau, puta qua
vxor in corpus suum peccasset, tunc præsumitur dotare, & fal-
est timor; & idem si causa esset radicata secundum causam. Bald.
d. cons. 176. *n.* 3. *ver. sciendum est enim, li.* 1. † Item, si maritus fallo
cusasset vxorem de furto; quia non tenetur se committere vi
crudeli, Bal. *cons.* 240 *Sicut sapientissime, li.* 3. † Iustæ causæ possu
esse, si ex leuibus orræ sunt inimicitiæ, vel ex animi leuitate,
ex malis moribus vxoris, remotis tamen à complexu; tunc si
subesset causa fideiubendi Bald. *d. cons.* 146. *numer.* 3. *ver. sciendum*
est lib. 1. vbi, quod omnia arbitrio iudicis committuntur. † De-
clara; quia vbicunque allegat vxor causam legitimæ suspicionis
maritus tenetur cum fideiussore cauere, si modo vxor proba
causam legitimam; si vero causam non allegat, tunc sufficit cau
tio sine fideiussione, quæ semper præstatur, videlicet iuratoria
obligatio, ita plene Alex. *cons.* 78. *Viso, & diligenter, n.* 25. *& sequ*
quarto principaliter. lib. 5. vbi; quod ante verificationem causæ
legatæ maritus non tenetur cauere cum fideiussore; & non di-
citur in mora. † Declara tamen; quia siue causæ sint iustæ, si
ue non, tenetur cauere simplici cautione, non fideiussoria
quia in hoc non læditur; ex quo est in potestate sua. Bald. *d. cons.*
176. *in fin. ver. concludamus, lib.* 1. † Amplia; quia si vir pot sufficien-

&c.

& rei qualitas hoc exposcit, tenetur cauere cum fideiussore. Bal. 10 *d. consi. 176. nu. 2. ver. si autem lib. 1.* † Limita, quia graue est satisdare cum fideiussoribus; ideo si iudici hoc videatur, sufficit iuratoria cautio cum obligatione pœnali. Bald. *d. consi. 176. num. 2. ver. generaliter in materia, libr. 1.* Vide, *Cautio iuratoria quando admittenda.* 11 *Concl. 175.* † Limita, quando vir iuratet non posse dare fideiussorem; quia standum est iuratoriæ cautioni. Bald. *d. consi. 176. nu. 2.* 12 *ver. si autem rei qualitas, lib. 1.* † Limita, quando maritus esset homo discretus & emendatæ vitæ; quia sufficeret cautio iuratoria, prout iudicis arbitrio visum foret. Bald. *d. consi. 176. nu. 2. in fi ver.* 13 *item si vir. lib. 1.* † Declara tamen, quia vbi nimia sæuitia capitalis mariti probaretur, videlicet quod voluisset alias vxorẽ occidere, non tenetur reuerti etiam cum cautione; & saltem ista exceptio etiam semel probata impedit restitutionem. Card. Zabar. *consi. 9. Primo præsupponendo per tot.* Vide, *Cautio de non offendendo quando præstanda. Concl. 169.*

Vxor relicta domina, & massaria consequitur sola alimenta, si sunt instituti filii, & quando secus. Concl. 403.

1 VXOR † si est relicta domina, & massaria quoad præeminentiam domus, & administrationem bonorum mobilium, & fructuum, instituto filio hærede, cẽsetur habere præeminentiã, & debet consequi sola alimenta, prout vsufructuaria. Ang. *consi. 144. Reuocatur in dubium. in princ.* Anch. *consil 237. Quia in primo nu. 6. in fin. & nu. 7.* vbi, quod verbum, *dominam, & massariam*, secundum vulgarem Italorum importat præeminentiam, prout viuente marito; vnde est verbum designatiuum honoris & eminentiæ, non dominii. Cast. *consi. 71. Ad primum breuiter. in princ. lib. 2.* vbi, quod ista verba non important institutionem dato alio hærede, sed ex consuetudine adaptantur ad vsumfructum, & idem dicit *cons. 160. Considerandum. num. 3. vsque in fin. lib. 2.* quando extranei sunt hæredes, sed si filii, restringitur ad alimenta. Rom. *consi. 118. Quoad primum. in princ.* vbi, quod si est relicta domina & vsufructuaria hæreditatis, donec vitam vidualem seruauerit, in- * stitutis filiis habebit solum alimenta secundum * communem; quia verbum, *domina*, non dominium, sed præeminentiam denotat, & Roman. *consi. 153 Hæc domina Francisca.* vbi plenissima ap- * postil. *in ver. alimenta*, citat infinitos. & dicit * communem. † Et 2 quod vxor relicta domina, & massaria institutis filiis, intelligatur solum habere præeminentiam in domo, prout habebat viuente viro; quia appellatur domina & massaria, licet maritus solus habeat dominum; & ideo si cum illis verbis legat alimenta, non habet, nisi alimenta, & præeminentiam honoris. Bart. plene *consil. 9. Super eo quod. lib. 1.* vbi apostil. *in ver. dominam.* & *in ver. verborum.* dat plurimos concord. & plenius eodem modo exponit Abb. *consi. 4. In quæstione. num. 6. ver. & si quæratur. lib. 2.* de quo supra *Concluſ. 315. in fin. ver. verba.* & iterum Bart. *consi 56. Bart. fecit testamentum n. 3. ver. secundum dubium. lib. 1.* quia viri appellant vxores ex communi vsu dominas, & massarias; imo text. *in l. 2. ff. de ver. permut.* appellat vxores dominas. Bart. repetit *consi. 170. Petrus Matoli. & consi. 243. Fuit quidam de Assisio. in fin. lib. 1.* & iterum *consil. 92. Quidam Petrus. lib. 2.* Alexand. *consil. 74. In causa & lite. in fin. ver. circa secundum. lib. 7.* vb apostil. *in ver. verba.* citat eundem Alexan. 3 *consi. 56. lib. 3.* † Et quod vxor relicta domina, & vsufructuaria habeat sola alimenta, quando filii sunt instituti, idem Roman. *consi. 516. In casu propositæ. in princ.* vbi apostil. 1. citat prædicta consilia, & Alexan. *d. consi. 74. in fin lib. 7.* quod habet sola alimenta, & præe- 4 minentiam. † Declara; quia ista alimenta consequi debet vxor considerata quantitate patrimonii mariti, & qualitate personarum, seu personæ ipsius vxoris. Rom. *d. consi. 153. Hæc domina.* † Et 5 deductis alimẽtis pro se tenetur reliquos fructus dare hæredibus, filiis, & de illis reddere rationẽ, si illos percepit. Rom. *d. consi. 153.* 6 *prope fin.* † Et tenetur reddere rationem administrationis, etiamsi maritus eam liberauerit; quia talis liberatio non intelligitur, nisi quoad scrupulosam redditionem. Angel. *d. consi. 144. colum.* *2. ver. sed videndum est.* nisi grauasset hæredem ad hoc. Vide, *Tutoris, & curatoris liberatio facta à testatore non liberat quoad multa*, & 7 *quando secus. Concluſ. 457.* † Et quod tenetur facere inuentarium, & librum, alias est in dolo, & præsumitur subtraxisse bona, & arbitrariũ est iudici, an subiiciatur torturæ, & est infamis, & iuratur in litem contra eam. Rom. *d. consi. 118. num. 2. & seq. ver. quoad secundum.* vbi apostill. † Extende; quia etiam tenetur facere 8 inuentarium, & licet testator possit eam liberare; tamen si iudex videt suspectam, potest velle, quod faciat inuentarium. Angel. *consi. 144. circa fin.* Vide, *Inuentarium à quibus confici debeat, vel non. Concluſ. 347.* † Declara tamen; quia mortuis filiis, etiam 9 si pia causa esset substituta, tunc consequitur integrum vsumfructum, nec tenetur eo casu gubernare, neque reddere rationẽ; quia hoc esset damnosum, & filiis est obligata iure naturali. Castrens. *d. consi. 160. in fin. lib. 2.* Vide plenissime supra, *Vsufructus relictus vxori qualiter interpretandus. Concl. 315.* † Limita in matre re- 10 licta domina, massaria, & vsufructuaria; quia hæres erit in totum per illa verba, & alii hæredes dati, vel instituti post mortem matris erunt substituti. Signor. Homod. *consi. 66. Factum tale est. num. 5. ver. venio ad quartam.* vbi, quod consuetudo Bulgari in vxore non habet locum in matre. Alex. plene *cons. 50. In causa & lite. in princ. lib. 7.* vbi dicit, quod hæc opinio, quam tenuit Benedictus de Plumbino *in l. qui duos. §. 1. ff. de manumiss. testam.* non habet contradictionem retenta opinione, ꝙ matri debeat iure institutionis relinqui, vt ibi apostil. *in ver. institutionis.* dicit * commu- * nem esse opinionem, licet alios citet contrarium tenentes. Vi- 11 de, *Hæredis institutio quando, & ex quibus facta dici possit, vel non ex dubia dispositione. Concl. 82.* † Extende, vt idem sit, quando vxori matrius reliquit vsumfructum, & fecit eam dominam, & massariam, & post mortem vxoris instituit hæredem Titii, quia isto casu vxor dicitur hæres institua, & alius substitutus; quia alias corrueret dispositio; quia si ipsa non posset capere de manu hæredis, vt legataria; quia nullus hæres ea viuente, necessario verbum, *relinquo*, importat institutionem, vt saluetur dispositio. Alex. *d. consi. 50. in princ. lib. 7.* Vide, *Hæredis institutio quando, & ex quibus fieri possit sub conditione, vel ad tempus, & c. Concl. 84.* † Limita, quia 12 vxor vel mater relicta vsufructuaria, domina, & massaria nullo alio dato hærede vniuersali dicitur habere dominium, & hæres. Angel. *consi. 150. Dominus Floriani. n. 3. v. an autem si volunt, vsque in fin.* † Extende, vt idem sit multo magis, quando post obi- 13 tũ matris, vel vxoris dominæ, & vsufructuariæ essent per fideicommissum substituti aliqui. Ang. *d. consi. 150 in fin.* † Restringe, 14 quando testator legauit filiabus dotes, & legitimam vxorem fecit dominam omnium bonorum suorum, & in reliquis omnibus bonis suis hæredem vniuersalem fecit, & instituit fratrem; quia vxor habebit sola alimenta, non autem vsumfructum, vel proprietatem ex mente, licet verba aliter significare videantur. Signorol. *consi. 175. In quæst. præsentibus introducta per tot.* † Limita; 15 quia licet legatum factum vxori, quod sit domina, massaria, & vsufructuaria, restringatur ad alimenta, si extant filii communes; secus est, quando legatum sit de vsufructu, vide pro vtraq; Ias. *in l. cum ii. §. si in singulos. nu. 4. ff. de transact.* & plene Rom. *consi. 118. in princ.*

Vxor habens filios ex primo matrimonio non potest legare, vel dare secundo marito, nisi quantum capit filius, qui minus habet ex primo matrimonio, & quando secus. Concl. 404.

1 VXOR † habens filios ex primo matrimonio non potest relinquere secundo marito, nisi tantum, quantum relinquit vni ex filiis, cui minus relinquit; & ideo mulier habens masculum, & fœminam ex primo matrimonio, & tres filios ex secundo, si relinquat fœminæ centum, & in reliquis bonis instituat maritum pro meditate, & pro alia medietate filium masculum ex primo matrimonio, & alios ex secundo, non poterit maritus habere, nisi quantũ fœmina ex primo matrimonio, quæ minus habere debebat, *l. hac edictali. C. de secund. nupt.* Bald. *cons. 161. Quædam nobilis. lib. 1. & consil. 158. Quædam mulier. in fin. lib. 5. & consil. 22. Quædam domina Nicolina. in princ. lib. 5.* † Quo iure fuerit hoc in- 2 troductum, & qua ratione, & quare solis filiis ex primo matrimonio fiat applicatio eius, quod relinquitur vxori, vel marito, plene Bald. *cons. 401. Quia prædicta puncta. lib. 2.* vbi latissime. Rationem † adducit Roman. *consi. 219. Ex themate. nu. 6.* videlicet vt 3 arctaretur cupiditas, & inefficacia voluntas dandi, nedum sua, sed filiorum bona, qua cessante cessat lex, vbi apost. *in ver. secundum*, dat concord. † Amplia in tantum esse verum, vt quicquid 4 vxor reliquerit marito supra summam relictam vni ex filiis, applicetur filiis primi matrimonii, & nõ filiis secundi matrimonii. *d. l. hac edict. ali. C. de secun. nup.* Bal. *d. cons. 161. li. 1.* vbi est casus, & dicit hanc pœnam non esse sublatam de iure Canonico secundũ veram & baptizatam opinionem. Bal. *cons. 333. n. 3. ver. sed dubitatur, vsque in fin. libr. 3.* Angel. *consil. 85. Punctus talis est domina. num. 2. ver. desciendo nunc.* † Extende, vt id, quod dicitur de legato, vel in- 5 stitutione, habeat locum in dotatione; quia non potest dare in dotem secundo marito ad lucrum plus, quam relinquat vni ex filiis, cui minus reliquerit. Rom. *consi. 219. Ex themate. n. 6. v. quoad*

6 *secundum.* † Extende ampliationem, vt procedat, etiamsi vxor in
euentum, quod maritus non caperet id, quod reliquisset filiis
secundi matrimonii; quia in fraudem censetur factum legatum;
ideo filiis primi matrimonii solis applicatur. Bal. *d. cōs. 161. per tot.*
lib. 1. vbi est casus, concordat idem Bald. *cons. 333. Amplius sciendū*
7 *est. n. 2. ver. ex hoc sequitur. lib. 3. vsque in fin.* † Declara tamen; quia si
vxor, vel maritus relinquat plus vxori, vel marito, quam filiis ex
primo matrimonio, illud plus relinquatur hoc modo; quia filii
debent habere legitimam præcipuā, reliquum diuiditur æqua-
liter. Bald. *consi. 401. Quia prædicta punctā. nu. 3. ver. secundum dubium.*
* *lib. 2.* & hanc communem * opinionem dicit Crescent. *decis. 26.*
lib. 2. vbi, quod Rota Apostolica ita tenet. Cuman. *consil. 110. D.*
* *Ioanna. num. 3. ver. tamen hic occurrit.* vbi dicit hanc * communem,
& communiorem, licet dicat contrariam veriorem, & hanc par-
tem tenet idem Bald. *consil. 163. Secunda vxori. num. 2. vsque in fin.*
lib. 4. vbi dicit esse æquam, & quod æqualiter diuidunt in capita,
computata dote matris nepotis in legitimam, & hanc tenet
Signor. *cons. 177. in fin.* vbi late disputat pro vtraque, plene etiam
Floria. de S. Petro *q. 1. Mulier. n. 13.* quia vt inquit, nunquam vitri-
cus haberet minus legitima filiorum, quod est falsum. plene
Castr. *cons. 460. per tot. lib. 2.* Vide, quid sit, si exrant filii ex primo,
& secundo matrimonio, infra *conclus. 406. nu. 17. ver. quanta sit, &*
8 etiam *nu. 8. ver. tertij dicunt.* † Contrarium dicit Io. de Anan. quod
si pater vel mater relinquit quinq; filios primi matrimonii, & le-
gat decem vxori, vel marito, in reliquo instituit filios secundi
matrimonii, filius primi matrimonii habebit supplementum le-
gitimæ, & reuocabit medietatem eius, quod nouerca, vel vitri-
cus habuit supra legatum suum, ita Ioan. de Anan. *consil. 67. per*
9 *tot.* vbi Bologn. in apost. † Crauet. *consi. 193. nu. 12.* dicit, quod si
mater reliquit filio quinque iure institutionis; quia debet habe-
re à lege supplementum legitimæ, poterit pariter vitricus habe-
re tantundem, quanta est legitima filii; quia videtur filius habe-
re à testatore, quod habet ex supplemento legis, & allegat plu-
res, & *cons. 194. n. 5. in fin.* dicit idem, quod potest habere, quantū
habet filius computata legitima, & sic videtur cōtra declaratio-
10 nem. † Adde tamen, quod filii primi matrimonii viuente matre
tenentur illi restituere dotem, & si nupsit secundo viro, & ipsa
bona dotalia cessit secundo viro, ipse potest agere ad consequtionē ipsius dotis, nec tenetur cauere secundus maritus de con-
seruanda, & restituenda dote filiis primi matrimonii, quando
maritus possidet stabilia. Bald. *cons. 19. Factum tale est, maritus. lib. 3.*
qui loquitur etiam stante statuto Senarum, quod mulier tres
11 quartas teneatur conseruare filiis ab intestato. † Declarat tamē
se ipsum Bald. *d. consi. 11. in fin. lib. 3.* vt pactum factum per mulie-
rem secundo viro stipulanti pro filiis secundi matrimonii iuua-
ret filios secundi matrimonii, si est factū pro ipsis, vt filiis; secus
si vt filiis, & hæredibus; quia tunc tenentur communicare æqua-
12 liter cum filiis primi matrimonii. † Extende; quia etiamsi vltra
pactum de lucranda dote mulieris habentis filios ex primo ma-
trimonio cautio sit cum fideiussore, quod habere licebit totam
dotem, & quod releuabitur secundus maritus ab omni lite, ad-
huc filii primi matrimonii habebunt suam ratam, licet maritus
consequeretur à fideiussore ratam sibi diminutam, late Abb.
cons. 43. Videtur primo. per tot. libr. 1. & prius Abb. *consi. 19. eod. lib. 1.*
13 † Extende; quia imo valet stipulatio facta per maritum de lu-
cranda dote vxoris habentis filios ex primo matrimonio, quan-
do reuera pactum sit sine fraude, & ex necessitate, vt si mulier
esset vetula, deformis, & non ita de facili reperiret maritum.
Angel. *consi. 396. Doctor insignis. nu. 3. & nu. 5. ver. secundo fallit.* secus
* si dos esset sufficiens sine pacto, & ita dicit conciliari * opinio-
nes Baldi, & Franc. de Arerio, & aliorum, qui contrarium con-
☞ suluerunt inuicem. Vide, *Statutum circa dotis lucrum valet, & quan-*
14 *do habeat locum, vel non. Concl. 511.* † Extende; quia valet pactum,
quod maritus lucretur totam dotem, etiamsi dos sit aucta per
mulierem secundo marito, etiamsi augmentum esset de bonis
libere legatis à marito primo vxori, quando concurrit voluntas
mariti primi, qui legauit, etiamsi transeat ad secunda vota, seu
quando filii primi matrimonii consentiunt. Ang. *d. consi. 396. n. 4.*
vbi, quod regula est in contrarium, nisi concurrant prædicta.
15 † Amplia, quia si vxor relinquat filium vnicum ex primo matri-
monio, non potest plus relinquere marito, quam reliquerit fi-
lio ex primo; ideo inuicem debent dividere, nō obstante, quod
plus marito, quam filio reliquerit. Bald. *d. cons. 105. circa fin. lib. 2.*
vbi, quod filius debet habere præcipua omnia lucra matris ex
16 primo matrimonio. † Extende, vt quod dicitur de vxore, quod
non possit plus relinquere marito, quam vni ex filiis, cui minus
reliquit, procedat etiam in marito, vt plus vxori relinquere non
possit. Bald. *cons. 263. Secunda vxori. lib. 4.* vbi, quod æqualiter
diuisio inter vxorem, & filiam ex primo matrimonio, vel nepo-
tem ex primo matrimonio. † Extende; quia procedit *d. hac edi-*
ctali. etiamsi extraneus interueniat pro mediata persona, qua o-
mnis fraus tollitur. Bald. *consi. 22. Quadam domina in prin. lib. 5. Am-*
plia, † vt etiamsi extet statutum, quod maritus non extantibus
communibus filiis lucretur totam dotem sine præiudicio filio-
rum ex primo matrimonio; quia non habebit maritus, nisi quā-
tum vnus ex filiis primi matrimonii, ex quo huiusmodi statuto
reseruat ius competens filiis. Bald. *in cons. 273. Supposito statuto. li.*
2. † Extende in casu contrario; quia si statutum (prout Senen.
disponit, quod mulier non possit disponere de tribus quartis,
quas reseruare tenetur filiis, de quarta autem possit libere di-
ponere, & extat aliud statutum, quod maritus nihil lucretur, po-
terit lucrari ex pacto, dummodo non habeat plus, quam vnus
ex filiis, qui minus habet, ita Cast. *cons. 441 per tot. li. 1.* Rom. *cons.*
448. *per tot.* & Abb. *consi. 117. lib. 2.* vbi tollit contraria. † Extende, si
quia si extat statutum, quod maritus lucretur certam quantu-
tem dotis, tale statutum intelligi debet, ita quod si extent filii ex
primo matrimonio, maritus nō habeat, nisi quantum vxor po-
set relinquere de iure communi. Cuma. *d. consi. 110. in prin. ver. non*
tamen lucrabitur. & in ver. ad secundū. Cast. *cōs. 462. per tot. lib. 2. in-*
cip. *glos. in auth. & consi. 339. Ad primum. in fin. lib. 2.* † Et plus non o-
peratur statutum præbens lucrum marito, quam pactum; ideo
vtroq; casu nihil potest habere plus, quam habeat filius ex pri-
mo matrimonio, cui minus est relictum. Castr. *consi. 462. lib. 2. per*
tot. † Amplia, vt procedat, quod maritus nō potest habere plus
quam vnus ex filiis primi matrimonii, etiamsi esset stipulatio
datione dotis illius lucrum pro medietate, vel alia mainp-
tione; quia nihilominus non habebit vltra virilem. Bald. *in*
in princ. lib. 3. † Amplia, quia maritus & vxor simul acquirunt
licet acquirant actionem communem; tamen si maritus lu-
filios ex primo matrimonio, præsumitur, quod mulier secund
acquisierit ex pretio mariti. Bald. *consi. 223. Viso primo. in fa. no.*
super secundo. lib. 5. † Amplia, quia quod dicitur de filiis primi ma-
trimonii, habet locum etiam in nepotibus ex filiis, si filii non
extarent. Bald. *consil. 263. lib. 4.* † Amplia, vt procedant præsu-
cta nedum quoad bona stabilia, & mobilia, sed etiam quoad
fructus extantes, & non consumptos. Bald. *consi. 263. Secundo*
vxori. lib. 4. in fine. † Amplia; quia maritus non potest relinquere
vxori secundæ plus, quam filio, vel nepoti ex filio mortuo pri-
mi matrimonii sub quacunque cautela, ita quod etiamsi faciat
legatum filio cum clausula, *quod plus petere non possit*, & filius pe-
tat legatum, & faciat quietationem, non sibi præiudicat quoad
l. hac edictali. Cod. de secund. nupt. ita Bald. *consil. 161. Quidam Mæuc.*
lib. 5. quia cum non valeat illa prohibitio, & habeatur pro non
scripta, non censetur approbata. † Declara, nisi in specie filius,
vel nepos renunciaret beneficio prædictæ legis. Bald. *dict. consil.*
161. lib. 5. † Amplia; quia quicquid percipit vxor ex successione
filiorum ex primo matrimonio, illud debetur filiis superstitibus
ex eodem primo matrimonio. Bald. *consil. 105. Quidam domina*
Cecca. lib. 2. † Limita; quia dispositio *dict. leg. hac edictali.* habet
locum contra dispositionem hominis, sed non contra dispositi-
onem legis, vel statuti. Anchar. *consi. 380. Cum ex dispositione. nu.*
7. † Limita; quia bene potest mulier, vel maritus plus relinque-
re filiis secundi matrimonii, quam filiis ex primo matrimonio.
Bald. *cons. 401. num. 1. in fin. lib. 2.* & latius *in fin. num. 4. ver. in contra-*
rium. vbi, quod valet substitutio in eo plurifacta ad fauorem fi-
liorum secundi matrimonii; quia eis potest plus legare. † Dubi-
to de limitatione; quia si non potest per pactum, & inter vinos
plus dare filiis secundi matrimonii, vt per Baldum *consi. 161. in fi.*
libr. 1. & ita fuit iudicatum; ergo nec in vltima voluntate; quia
alias fieret fraus. † Declara; quia si mater sine fraude & sine con-
templatione secundi mariti plus legat filiis secundi matrimo-
nii, quam filiis primi, hoc potest, si est clarum; secus si con-
stat, quod contemplatione mariti; in dubio autem præsumitur
fraus, vel non ex verbis, ex mente, ex ordine; & ex cautelis. Bal.
consi. 333. Amplius sciendum. num. 2. ver. ego dico, lib. 3. Vide Concil.
sionem proxime sequentem. † Limita, quando pater mulie-
ris habentis filios ex primo matrimonio de suo proprio patris
dotaret filiam; quia potest apponere conditionem, quod si mo-
riatur filia sine filiis communibus ex secundo matrimonio, ma-
ritus lucretur totam dotem; quia valet pactum, & non haber
locum *l. hac edictali. Cod. de secund. nupt.* quæ loquitur in muliere fi
dorante de suo in præiudicium filiorum, & faciente pactum de
lucro dotis. Castill. *consil. 16. Supposito statuto. colum. 2. in fin. ver.*
caterum. cum sequent. † Limita, quia licet mulier non possit ma-
rito re-

rito relinquere plus, quam vni filio primi matrimonii, cui minus legauit vel reliquit; tamen bene potest dare corpora in dotem æstimata tali æstimatione, quæ faciat venditione, si abest fraus, quæ in dubio non præsumitur; & ideo in restitutione dotis venit pretium, non autem corpora æstimata. Bald. *consi.* 276. *Verba*
35 *statutorũ. in pr. lib.* 3. † Extende limitationem, vt procedat, etiamsi æstimatio esset facta viliori pretio; quia maritus potuit supplere veram æstimationem, & retinere sibi corpora data in æstimationem. Bald. *d. consi.* 276. *num.* 2. *in fin. ver. de iure ergo communi. lib.*
36 3. † Limita, quando mulier acquisiuit constante secundo matrimonio; quia ex quo præsumitur acquisiuisse de bonis mariti, tunc relinquendo marito potuit auferre à filiis primi matrimonii illud, quod acquisiuit præsumptiue de bonis secundi mariti. Angel. *consi.* 285. *num.* 2. *ver. descendo nunc. & num.* 3. vbi in fine, quod neque in possessorio, neque in petitorio obtinebunt contra maritum, nisi agerent in possessorio, tanquam hæredes ma-
37 tris. † Limita, quia si extaret statutum, quod maritus lucretur dimidiam dotis, etiamsi extent filii primi matrimonii, potest mulier se dotare sine fraude, & maritus habebit medietatem prædictam, non obstante, quod adsint filii ex primo matrimonio.
38 Bald. *d. consi.* 276. *num.* 3. *ver. item lucratur. lib.* 3. † Et dicitur cessare fraus, quando sine illo pacto mulier non nupsisset, vel quando maritus tanta dote cum pacto erat dignus, veluti quando mulier est vetula, vel deformis, vel ignobilis, & maritus est iuuenis, & dignus tanta, vel maiori dote cum pacto. Angel. *consi.* 396. *nu.*
39 3. *vsque in fin.* vbi distinguit plures casus. † Restringe limitationem, quando statutum prohiberet mulierem posse dare in dotem vltra quartam bonorum stantibus filiis ex primo matrimonio; quia non valebit datio vltra summam ad effectum fructuum; quia non habent filii aliquod ius viuente matre. Bald. *d. consi.* 276. *nu.* 3. *ver. sed de iure municipali. vsque in fin. libr.* 3. vbi, quod durante matrimonio valebit datio, ad hoc, vt maritus fructus consumptos lucretur, sed eo solo non valebit quoad lucrum
40 mariti, & idem Bald. *consi.* 19. *Factum tale est. lib.* 3. vbi, quod non tenetur maritus secundus cauere filiis primi matrimonii, si possident stabilia. † Declara; quia si minor dos non esset conueniés ipsi mulieri, tunc posset se dotare in maiori summa, & maritus lucrabitur vltra statutum cessante fraude; quia si minor dos nõ est conueniens, statutum non habet locum. Petr. de Anchar. *consil.* 105. *In themate præmisso, per tot.* qui tamen loquitur in statuto prohibente alienare, sed in specie non prohibet in dotem dare, prout Bald. præsupponit, quod est duplicatum *consi.* 381. & est Franc. de Rampo. & idem plenius tenet idem Petr. Anchar. *cons.* 380.
41 *Cum ex dispositione.* vbi loquitur in statuto Senarum. † Successio autem matris, vel patris inter filios ex primo, & secundo matrimonio fit per capita, & non per stirpes; ideo si extat vnus filius ex primo matrimonio, & sex ex secundo, filius ex primo habebit solum septimam partem. Bald. *consi.* 11. *Casus talis est in prin. lib.*
42 3. † Limita, quia non habet locum prohibitio, quando mulier, vel maritus dat ex causa necessaria plus secundæ vxori, vel secũdo marito, quam vni ex filiis primi matrimonii. Roma. *consi.* 219. *Ex themate, num.* 6. *& seq. ver. quoad secundum.* vbi, quod dicitur causa necessaria, si primus maritus legat pro dote; quia nubendo ex
43 causa necessaria dar dotem, alias non haberet legatum, vbi apostil. plena *in ver. necessarium.* & *in ver. fieri.* † Limita; quia si filii consenserunt, quod mater transeat ad secunda vota, sibi præiudicant, & non est locus *l. hac edictali. C. de secund. nup.* Ita Io. de Amic. *cons.* 3. *nu.* 23 & est de mente Menoch. *cons.* 155. *n.* 20. *& seq.* vbi alios
44 allegat. † Contrarium Io. de Garo *in rubr. C. de secund. nupt. in* 2.
45 *part. nu.* 9 Gabr. *tit. de secund. nupt. Concl.* 4. *num.* 48. *ampl.* 25. † Limita quoad fructus consumptos per maritum in communes vsus; quia in hoc potest mater filiis præiudicare; secus si fructus extant, vel si in beneficium solius mariti in mercibus, & aliis sunt consumpti. Bald. *d. consi.* 276. *n.* 3. *ver. sed iure municipali, vsque in fin. lib.* 3. *& consi.* 333. *in fin. lib.* 3. vbi, quod seruatur idem, quod seruaretur in aliis dominis, ex quo titulus habetur pro non titulo, & idem de fructibus consumptis ad fauorem mariti; secus de extantibus; quia nõ plus marito, quam vni filio primi matrimonii
46 potest legare. Bald. *consi.* 263. *in fin. libr.* 4. Vide, *Maritus an lucretur fructus bonorum vxoris, & quos, &c. Conclus.* 97. † Limita; quia non habet locum in extraneo, qui potest secundo marito pro mulie-
47 re dare, quicquid sibi placet. Rom. *d. consi.* 219. *n.* 10. *ver. tertio idem.* † Limita; quia mulier potest relinquere plus marito, quam vni filio primi matrimonii, quando relictum marito non remanet marito, vt si deputat eum exequutorem ad distribuendum pauperibus; quia cessat fraus, ex quo sibi non retinet. Bald. *consi.* 333.
48 *n.* 2. *ver. aut substitutio prædicta. lib.* 3. † Extende, vt idem sit, quando maritus interponitur, vt procurator non retenturus pro se, sed pro filiis etiam secundi matrimonii. Bald. *consi.* 22. *nu.* 2. *lib.* 5. † Li- 49
mita, quãdo extaret statutum, prout est Astensis ciuitatis, quod filii primi in matrimonii in nullo succedat matri transeũti ad secunda vota, nec mater possit succedere filiis, nisi quatenus sibi ex testamento legarent. Bald. *cons.* 216. *Casus talis est. lib.* 3. † Limi- 50
ta; quia licet non possit mulier legare, vel donare plus marito, quam vni ex filiis ex primo matrimonio; si tamen donauit, non tenetur ad fructus, nisi a die litis contestatæ, nisi quoad portionem legitimæ; quia extra legitimam maritus lucratur fructus. Bald. *consi.* 22. *nu.* 3. *ver. modo ponamus. lib.* 5. vbi in fin. quod maxime ratione pecuniæ nulli fructus debentur. † Limita; quia bene 51
possunt fratres mulieris habentis filios ex primo matrimonio illi angere dotem de suo cum pacto, quod sit filiorum secundi matrimonii, vel mariti secundi; quia cessante fraude quilibet potest rei suæ legem, quam velit, imponere. Bald. *consi.* 317. *Adeuidentiam est præmittendum, lib.* 5. *num.* 4. *ver. quarto præmittendum est.* Vide plenius per Anton. Gabriel. *lib.* 3. *tit. de secund. nupt. Concl.* 4. *Nouerca, vel vitricus.*

Vxor habens filios ex primo & secundo matrimonio si legat marito plus, quam possit, illud plus applicatur filiis primi matrimonii, & quando secus. Conclus. 405.

VXOR, † quæ non potest legare secundo marito plus, quam 1
legauerit vni ex filiis primi matrimonii, cui minus reliquit, si plus reliquerit, illud plus applicatur totum filiis primi matrimonii, non autem filiis secundi matrimonii, ex text. *in l. hac edictali. C. de secund. nupt.* Bald. *consi.* 401. *Quia prædicta puncta. in princip. & per tot. lib.* 4. vbi ponit omnia iura, & qualiter hoc procedit, & *consi.* 161. *num.* 2. *lib.* 1. Angel. *consi.* 285. *Punctus talis est, Domina.* Florian. de S. Petro *in* 1. *quæst.* 1. *ver. aduertendum tamen. numer.* 13. Vide Conclusionem proxime sequentem per totam, maxime
numer. 18. *ver. & procedit.* & Conclusionem proxime præcedentem, *num.* 4. *& sequen.* maxime *num.* 7. † Ratio est; quia alias se- 2
queretur absurdum, quod illud, quod auferetur à secundo marito propter fraudem legis, si applicaretur filiis secundi matrimonii, marito reuerteretur commoditas vsus fructus, quod est contra legem; ideo applicatio fit solis filiis primi matrimonii, qui soli offensi sunt per transitum ad secunda vota. Bald. *d. consi.* 401. *num.* 1. *per tot. lib.* 2. † Declara tamen; quia filii primi matri- 3
monii non possunt agere possessorio contra maritum secundum, cui plus fuit relictum, nisi ipsi filii essent hæredes vniuersales; quia alias possessorio non possunt agere. Angel. *consi.* 285. *circa fin.* † Sed tamen possunt agere reuocatoria, licet non sint, vel 4
esse non velint hæredes; quia ista est pœna quæ debetur filiis, vt filiis, non vt hæredibus, plene Floria. de S. Petro *q.* 1. *num.* 12. *ver. circa secundum.* † Amplia in tantum esse verum, quod applica- 5
tio fit solis filiis primi matrimonii, vt ipsi nihil debeant communicare filiis primi matrimonii de eo, quod aufertur à secundo marito, & hanc dicit esse veritatem Bald. *consil.* 161. *Quidam nobilis, n.* 2. *ver. secunda ratio est. lib.* 1. † Extende in tantum, vt neque 6
portio ista, quæ applicatur filiis primi matrimonii, sit eis imputanda in legitimam; quia ipsi habent beneficio legis. Bald. *consil.* 401. *nu.* 2. *vtr. sed occurrunt. lib.* 2. † Imo neq; computatur in succes- 7
sione filiorum, vt teneantur legatariis, sed tanquam æs alienum deducitur, quicquid applicatur filiis ex priuatione parentum propter transitum ad secunda vota. Roman. *consi.* 390. *in fi.* Vide, *Nuptiarum secundarum pœna habent locum in viro sicut in muliere. Conclus.* 163. † Amplia; quia licet filius debeat computare in legiti- 8
mam quicquid habuit de bonis patris, vel matris; tamen non computat id, quod lucratur, seu recuperat ex beneficio *l. hac edictali. C. de secund. nupt.* Bald. *consi.* 22. *Quadam domina. in fi. lib.* 5. † Am- 9
plia, vt procedat, etiamsi esset relictũ filiis secundi matrimonii illud plus, quod maritus non potest capere; quia aufertur ab eis, sicut à priuigno, quando constat, quod contẽplatione priuigni est legatum. Bald. *d. consi.* 161. *lib* 1. *per tot.* vbi, quod applicatur solis
filiis secundi matrimonii † Contrarium videtur tenere ipsemet 10
Bal. *consi.* 333. *num.* 3. *ver. sed dubitatur. lib* 3. vbi, quod illud quod per fraudem legatur plus filiis secundi, quam primi matrimonii, æqualiter diuidatur, non autem auferatur ab eis, vt solis filiis primi matrimonii fiat applicatio, licet nõ bene figat opinionẽ, quia vtraq; parte, & videtur distinguere, quod aut fraus est aperta, quod contemplatione mariti, & fiat applicatio; aut non, & æqualiter diuidant, & sic fuit obtentum, vt ipse Bald. asserit *dict. consi.* 161. *in fin. lib.* 1. iunctis iis, quæ Bald. consuluit *consilio* 11. *lib.* 3.

† Limita,

11 †Limita, quando extaret statutum (prout Tortonæ) quod decedente muliere vir lucretur dotem saluo iure communium liberorum ipsius matrimonii in ipsa dote, & ad ipsam dotem aliquo iure ciuili, vel Canonico non obstante, quia si extant solũ filii ex primo matrimonio, ipsi habebunt legitimam, & maritus residuum propter statutum derogatorium; secus si extarent filii ex secundo matrimonio. Bald. *consil.* 273. *Super dicto puncto. lib.* 5. Vide Anton. Gabr. *lib.* 3. *tit. de secund. nupt. Conclus.* 4. *Nouerca, vel vitricus.*

Vxor si reliquit marito plus, quã filiis primi matrimonii, qualiter fiat reductio ad æqualitatem. Concl. 406.

1 QVALITER † fiat reductio ad æqualitatem eius, quod plus est relictum marito secundo, an videlicet totum applicetur filiis primi matrimonii, an vero diuidatur, vt tantum habeat maritus, quantum filii primi matrimonii; distingue plures casus.

2 †Primus casus est, quando extant soli filii primi matrimonii, & priuignus. & mulier legauit centum marito, & quinquaginta filiis, an filii habebunt tota 50. quæ sunt legata marito supra legatum filiis factum; an verò illud plus diuidatur? & aliqui dicunt, quod fiet conuersio; quia priuignus habebit portionem minorem relictam filio primi matrimonii, & filii habebunt

3 portionem priuigni.† Alii dicunt, quod fiet diuisio, vt tantum habeat æqualiter; quia illud plus reducitur ad æqualitatem deducto ære alieno, & legatis ad pias causas, & portione obuenta ex lucro primi matrimonii; quia istud est præcipuum filius primi matrimonii, reliquum diuiditur per capita inter priuignum & filios primi matrimonii. Bald. *consil.* 105. *Quædam Domini Ceccha. lib.* 2. & ita tenet Ioan. de Anan. *consil.* 67. vbi Bologn. *in fin.* &

* hanc *communem dicit Castr. *consil.* 339. *Ad primum. numer.* 2. *ver.*

4 *ad tertium lib.* 2. † Extende in tantum veram, vt si statutum disponat, quod maritus lucretur dotem vxoris præmortuæ, si habeat quatuor filios ex primo matrimonio, non possit lucrari, nisi quintam partem, vt tantum habeat, quantum vnus ex filiis, ita Bolog. *in addit. ad consil* 10. *de Anan.* 67. *in fin.* vbi allegat Salycet. Bal. & alios *in l. hac edictali. C. de secund. nupt.* Castren. *in authen. præterea.*

5 *C. vnde vir & vxor.* Castr. *consil.* 339. *Ad primum. in fin lib.* 2. †Declarat Castr. *consil.* 462. *lib.* 2. *per tot.* vt tenentes extensionem intelligen-

6 di sint deducta prius legitima per filios. † Tertii dicunt, quod ante omnia deducitur legitima filiorum primi matrimonii, & in eo, quod plus est relictum priuigno, fit adæquatio; quia filii habebunt legitimam præcipuam, & de residuo fiet æqualitas. Bald. *consil.* 401. *n.* 3. *ver. secundum dubium, lib.* 2. & hanc opinionem magis *communem dicit Cuman. licet ipse teneat contra-

* rium *consil.* 110. *Dominia Ioann. num.* 3. *ver. tamen hic occurrit.* & hanc sequitur Rot. vt per Crescent. *decis.* 26. *lib.* 2. & ista opinio fuit

* *communis apud antiquos, vsque ad tempora Iacob. de Rauenna, & est originalis opinio gl. *in authen. de nupt. § optime.* vbi, quod concurrunt beneficium Leonis, & debitum naturale, & vnum non tollitur per aliud; & est ratio, quia debet habere filius legitimam, & vltra hoc reuocatoriam eius, quod plus reliquit priuigno, quod si computaretur in legitimam, non esset vltra hoc, sed esset confusio, & hanc tenent Bald. & Rayner. *in l. hac edictali. C. de secund. nupt.* & hanc partem tuetur Castr. *consil.* 462. *per tot. lib.* 2. vbi tollit contraria, vide supra *Concl.* 404. *num.* 7. *v. declara tamen.*

7 Contrariam † opinionem tenent Iacob. de Rauenna, Petrus, & moderni; quia non possunt concurrere legitima, & æquatio proueniẽs ex *d. l. hac edictali.* quia regula est, quod imputatur in legitimam quicquid filius consequitur à patre, vt refert Castr. *d. consil.*

8 462. *lib.* 2. Extende † prædictam conclusionem, quod vltra legitimam filius habeat æqualitatem cum priuigno, etiam si priuignus ex pacto, vel statuto luciari deberet medietatem, vel aliam portionem dotis; quia non habet locum, si extant filii ex primo matrimonio, & ita peccat stante statuto, sicut ex pacto; quia à voluntate sua procedit vtroque casu. Castr. *d. consil.* 462. *per tot. lib.*

9 2. vbi in fin. dicit verissimam esse. † Secundus casus est, quando extant filii primi, & secundi matrimonii, & priuigno plus est relictum, & etiam isto casu deducitur legitima omnium filiorum tam primi, quam secundi, quam debet habere præcipuam, & ex residuo fit diuisio æqualis in capita inter filios primi matrimonii; & priuignum. Bald. *consil.* 401. *numer.* 3. *ver. secundum dubium. lib.* 2. †Contrarium, quod non deducatur legitima, sed communicanda sint omnia, & fiat repartitio æqualis, tenet Angel.

10 *consil.* 285. *numer.* 2. *ver. fiat applicatio.* † Tertius casus est, quando relinquit plus filiis secundi matrimonii, quam filius primi contemplatione patris priuigni, & hoc constat aperte, vt quando legauit priuigno, & si non caperet, legauit filius ex secundo matrimonio; quia pariter fit applicatio filiis primi eo modo, quo fieret, si soli priuigno esset legatum. Bald. *consil.* 161. *lib.* 2. *pone* † Contrarium tamen videtur tenere Bald. *cons.* 333. *lib.* 2. *num.* 3. *sed dubitatur.* vbi videtur distinguere, quod imo æqualiter succedant. † Restringe, vt non procedat, quando non constat quod contemplatione patris priuigni esset plus relictum, sed bene interuentu, & mediante priuigno esset facta stipulatio

liis nascituris ex secundo matrimonio; quia hoc casu, quamparet fraus, pactum nõ valet, sed perinde, ac si factum non esset omnes æqualiter succedunt, ita dicit Bal. fuisse obtentum *d. consil.* 161. *in fin.* licet ipse contrarium teneat, quod imo valeret pactum *consil.* 11. *lib.* 3. Et quod relictum secundo marito, vel secundæ uxori plus, quam sit permissum, reuocetur per filios primi matrimonii æqualiter inter eos diuidendum, nulla habita ratione an æqualiter sint instituti, vel ne; quia sufficit, quod sint filii, etiam si non hæredes. Florian. de S. Petro *in q.* 1. *mulier nihil. n.* 10. *circa secundum.* allegat *authent. de nupt. § optime. & l. hac edictali. § veroplus. quam. C. de secund. nupt.* † Et quomodo fiat computatio ista? dicas, quod primo deducitur legitima pro filiis, existentibus fit computatio. vide supra *Conclus.* 404. *nu.* 7. *ver. declara.* † Tamen pus mortis parentis? Dicitur, non vtique; quia in vita potest non permittere, quod secundus maritus omnia possideat bona uxoris, & fructus in suos vsus conuertat, *Auth. de nupt. §. quia autem.* & ibi glos. hoc determinat. Cyn. & alii *in d. l. hac edictali.* Florian *d. q.* 1. *numer.* 12. *ver. secundo præmitto.* vbi plus dicit, quod filier propter adulterium priuetur dote, quæ marito applicetur eam, donec viuat, vxor retinebit. † Et propterea mulier potest dare in dotem secundo marito omnia bona sua, dummodo non faciat pactum de lucro; quia dum viuit, libere potest permutare quod secundus maritus habeat, *l. filiabertis. C. de donat. ante* & ita illum text. declarat Florian. *d. q.* 1. *numer.* 12. *in fi. ver. nota.* † Quanta sit portio, quæ auferatur à secundo viro, vel secundæ vxore, est varie dispositum; nam *d. l. hac edictali. C. de secund. nupt.* ponit, quod maritus, vel vxor solum habeat tantum, quantum vnus ex filiis primi matrimonii, qui minus habuit, item *in l. veroplus. quam in fi. gl.* dicit, quod ex primo matrimonio tot filii concurrant æqualiter cum marito, vel vxore; item *in l. optime.* dicit, quod filii reuocant, quod plus est datum marito secundo, vel vxori, & appellatione pluris venit totum. *Item totum ff. de verb. signif.* & sic videtur, quod maritus nihil consequi possit. Florian. de S. Petro *in d. q.* 1. *numer.* 12. *ver. tertio præmitto.* sic distinguit; primo, quando filii, & maritus sunt æqualiter instituti, reuocant, quod habet æqualem portionem; quando vero filius minus est relictum, sed marito secundo, vel vxori, filii reuocant omnia, vt sint æquales cum marito, seu vxore; quando verò fuit relictum aliquid filiis & plus marito; tunc auocãt à marito, ita vt non habeat, nisi quanta sit portio eius, cui minus reliquit, & licet vnus filius, qui minus habuit, per augumentum eorum, quæ auferuntur à marito secundo, vel ab vxore, habeat plus, nihil refert, quia in pœnam procedit; & dicit, quod ita fuit iudicatum. Bononiæ de consiliis Francisci Tigrini, & Riccardi Salyceti. † Et procedit prædicta auocatio à secundo marito, vel à secunda vxore facienda per filios primi matrimonii, etiam si extent filii ex secundo matrimonio; quia primo loco deducitur legitima omnium filiorum tam ex primo, quam ex secundo matrimonio, & cuilibet assignatur; residuum vero, quod auocatur, est filiorum primi matrimonii, non autem filiorum secundi matrimonii, qui ipsi à patre non auocant, neq; de eo, quod auocatur, participant. Floria. de S. Petro *d. q.* 1. *numer.* 13. *ver. aduertendum tamen.* vbi quod ratio est; quia parens conuolans ad secunda vota non facit aliquam iniuriam filiis secundi matrimonii, sed filiis primi matrimonii. Vide Conclus. prox. præced. in princ. † Si tamen maritus vel maritus habens filios tam ex primo, quam ex secundo matrimonio, conuolaret ad tertium; tunc tam filii ex primo, quam ex secundo auocarent, & participarent de bonis auocatis, non tamen filii ex tertio matrimonio, & sic de inceps. Florian. *d. q.* 1. *numer.* 13. *ver. sed si ad tertias.* Portio † mariti, quæ debet esse solum, quanta sit minima portio alicuius ex filiis primi matrimonii, debet intelligi non computata legitima filii; nam si mater legat filio centum, & marito centum, licet filius debeat habere legitimam, quæ est tertia; non tamen maritus habebit, quantum est legitima, puta decem tantum. Florian. *d. q.* 1. *numer.* 15. *ver. ex prædictis.* Roman. *ad* 44. *col. penul. num.* 4. *in fin. ver. & hoc.* † Et procedit, etiam de statutum, quod maritus succedat in dote in vitrem; quia statutum dotem non procederet, quin sit locus iuri communi in extraneis

talibus

talibus, licet quoad dotem sit seruandum statutum. Flori. *d.q.1.n.* 22 *21.ver.nec obstat.* † Contrarium tenet Alex. *cons.*158. *Circa primum.n.* 8. *ver.contrarium.lib.*5. vbi vult, quod filii primi matrimonii tenentur computare in legitimam quicquid auocant à marito, vel vxore lucrantibus, vel quibus plus fuit relictum, & sic non habent præcipuam legitimam, sed fiunt omnino æquales, vt maritus non habeat, nisi quantum vnus filius, qui minus habuit, vbi apostill. *in ver. contrarium.* dicit esse verum, licet adducat contraria, & 23 pro vtraque. † Declarat eadem apostil. vt si æquales sunt, procedat contrarium; sed si mater reliquit vni filio minus, quam aliis; tunc maritus, qui plus habuit, restituit illud plus omnibus, & habebit tantum, quantum ille, cui minus fuit relictum, non habendo considerationem ad illud, in quo augetur portio eius, qui minus habuit ex portione ablata à vitrico, ita apostill. ad Alexand. 24 *dict. consil.*158. *num.*8 *ver. contrarium. lib.*5. † Vide tamen eundem Alexand. *consil.*158. *n.*9. *& seq. ver. ex hoc infertur. lib.*5. vbi videtur velle, quod filii ex secundo matrimonio debent ex portione patris deducere legitimam in bonis matris; quia pater secundus maritus licet teneatur reseruare filiis, quod habuit à matre filiorũ post mortem suam; tamen legitimum restituit omnino filiis non ex 25 peclata morte patris. † Limita; quia non potest conqueri filius ex primo matrimonio, cui mater reliquit iure institutionis omnem portionem sibi de iure debitam, & insuper legauit eidem libras 25. pro benedictione, licet instituerit secundum maritum hæredem vniuersalem; quia adhuc perinde est, ac si æqualiter instituisset deducta prius legitima; nam filius deduceret legitimam sibi debitam, & insuper libras 25. & residuum diuidet cum vitrico, vide Florian. qui disputat, an maritus debeat habere solum libras 25 & reliqua omnia restituere, & dicit, quod hęc est benignior opinio; quia constat de mente matris, quod non voluit filium 26 fraudare, *in d.qu.1. mulier. num.13. ver. ex prædictis infertur.* † Extende; quia licet filius in legitima teneatur computare, quicquid habet à parentib. titulo lucratiuo; non tamen imputat id, quod habet in pœnam vti filius, prout est *ex d. l. hac edictali. C. de secund. nupt.* igitur habebit præcipuam legitimam, & residui æqualem portionem, plene Florian. de S. Petro *d.q.1. num.13. in fi. cum seq. ver. sic premissis.* Vide, *Legitima computat quicquid petens eam habuit à patre, vel a-* 27 *uo, & quando secus. Concl.* 205. † Limita, quia non est locus *d. l. hac edictali.* quando extaret statutum contrarium. Anch *cons.*380. *Cum ex dispositione. numer.*7. Bald. *consil.*276. *Verba statutorum. numer.*6. 28 *ver. item lucratur. lib.*3. † Extende; quia imo valet statutum, quod filii primi matrimonii in nullo succedant, prout in ciuitate Astensi. Bald. *cons.*216. *Casus talis est. lib.*3. & idem in ciuitate Florentiæ consuluit Rom. *consil.*219. *Ex themate, circa fin. ver. vltimo præsens* 29 *quæstio.* † Contrarium, quod non valeat statutum contrarium minuens portionem debitam filiis primi matrimonii; quia inferior legem superioris non potest tollere; & quia est inductum ad obuiandas fraudes, & adest prohibitio, quod non possit fieri contraria machinatio. Floria. de S. Petro *d.q.1. n.22. & seq. vsque in fi.* vbi pro vtraq; multa allegat, & hanc dicit veriorem.

Vxor habẽs filios ex primo matrimonio potest plus legare filiis secundi matrimonii, & quando secus. Concl. 407.

1 MVLIER † habens filios ex primo, & secundo matrimoniõ prohibetur legare plus filiis secundi matrimonii, quam filiis primi etiam viuente marito, dummodo hoc fiat sine fraude, & absq; contemplatione mariti secundi, quia *l. hac edictali. C. de secund. nupt.* non habet locum inter filios. Bald. *cons.*401. *Quia prædicta puncta. in fi. lib.*2. allegat tex. *in auth. de nupt. §. & quoniam.* & idem Bal. *cons.*158. *Quædam mulier. lib.*5. *in fi.* vbi, quod sufficit, quod non fraudentur in legitima filii primi matrimonii, & idem repetit plenius *consil.*22. *Quædam domina, per tot. lib.*5. & hanc partem tenent And. de Ciaffis de Pisis, & Cyn. quorum est *cons. Rom.*447. *In quæstione.* vbi, quod *l. hac edictali.* habet locum in lucris respectu mariti, & ibi vide concord. in apostill. Vide, *Filii ex primo matrimonio qualiter succedant patri; vel matri transeunti ad secunda vota. Concluſ.* 372. Vide, *Statutum circa successionem filiorum secundi, vt excludant fi-* 2 *lios primi matrimonii, &c. Concluſ.*673. † Contrarium consuluerunt Franc. Albergot. inter consil. Castrens. *consil.*261. Ioan. de Lignano *cons.*263. & Riccard. Salycet. *consil.*265. *lib.*1. *consiliorum Castren.* & pleniusidem tenet Florian. de S. Petro *qu.*1 *mulier. num.*17. *ver. iuxta istud restat, vsque n.*22. vbi pro vtraque, & ita declarat pro ista; quia quod datur filio, videtur datum etiam patri, & idem tenet Castrens. *consil.*149. *per totum. lib.*2. vbi videtur loqui, quando aderat fraus; quia legauit marito vsumfructum, & bona alienauit committendo fraudem filiis primi matrimonii. † Declara; quia 3 si pater relinquat plus filiis secundi matrimonii, quam filiis primi, valet. Alexand. *consil.*19. *Circa primum. num.* 5. *vers. tertio confirmatur. lib.*6. allegat Bartol. plene examinantem *in l. fin ff. ad Tertullia.* † Imo plus dicit Alexand. *dict. consil.*19. *num.*5. *lib.* 6. quod si pa- 4 ter habet filium, & filiam ex primo matrimonio, & alium filium ex secundo matrimonio, stante statuto, quod fœminæ non succedant stantibus masculis, valet testamentum patris, in quo instituit pater filium ex primo marrimonio in decem, & filium ex secundo vniuersaliter, & filiam fœminam præterit. † Amplia, vt procedat tàm in institutione, quam in substitutione; quia potest fieri 5 substitutio in maiori quantitate ad fauorem filiorum secundi matrimonii, quam primi. Bald. *consil.* 401. *Quia prædicta puncta. nu.* 1. *in fin.* & latius *num.*4. *in fin. ver. in contrarium, lib.*2. † Amplia in ca- 6 su contrario; quia mater, vel pater indistincte potest legare plus filiis primi matrimonii, quam filiis secundi, dummodo non fraudentur in legitima; quia non tenetur pater seruare æqualitatem, & hoc, siue faciat in fraudem, siue non. Bald. plene *consil.*208. *Punctus, pater diligens. libr.*5. vbi, quod valet prælegatum factum filio primi matrimonii, & onus iniunctum filio secundi matrimonii, vt ipse teneatur ad omnia debita, quæ testator habet cum secunda vxore. † Amplia, seu declara, vt per Angel. *consil.*396. *num.* 7 3. *vsque in fin.* quod mulier potest dare in dotem marito, & stipulari lucrum filiis secundi matrimonii interueniente etiam marito; imo potest maritum conuenire de lucro, quando extat statutum; item quando filii primi matrimonii consentiunt; item & tertio si mulier aliter honeste non posset nubere secundum suam conditionem, vt quia senex, non pulchra, non fœcunda, & maritus sit iuuenis, diues, vel nobilis, & ista operantur, vt cesset fraus, & ibi Angel. recenset contentionem inter Bald. Albergotti, & Cursinum viros magni recordii, & ita conciliat, vide eum. † Limita, quando contemplatione secundi mariti, mater, 8 vel pater contemplatione vxoris secundæ plus relinqueret filiis secundi matrimonii, quam primi, veluti si institueret maritus secundam vxorem, vel vxor secundum maritum, & substitueret filios ex eo in eo, quod capere non posset. Baldus *consilio* 333. *Amplius sciendum, circa princip. ver. sed hic posset dubitari. lib.*3. & latius *consil.*161. *Quædam nobilis. lib.*1. † Limita, quando extaret statutum, 9 quod filios primarum, & secundarum nuptiarum æqualiter teneatur tractare; quia tale statutum habet locum etiam in tertiis, & sequentibus nuptiis; quia quoad præcedentes omnes dicuntur secundæ secundum * communem, & oritur condictio ex * statuto, vt plene Alex. *consi. 6. Attentis, per totum. libr.*7. vbi, quod ratio huius statuti potest esse multiplex; ideo ex ea non est arguendum. † Limita in iis, quæ mulier habet ex legato, vel do- 10 nato à primo viro; quia tenetur illud conseruare filiis primi mariti, & nihil potest legare filiis secundi matrimonii. Angel. *consil.*285. *Punctus talis est, domina. numer.*2. *versicul. descendo nunc.* † Ex- 11 tende in tantum, quod filii primi matrimonii debent succedere æqualiter in ipso lucro à primo marito habito, ita quod si mater plus vni ex primo matrimonio, quam alteri filio legaret, non valeret. *Authent. lucrum. Cod. de secund. nupt.* Deci. *consilio* 235. *Non paruæ. in fine.* † Quando præsumendum sit, quod contemplatione secundæ vxoris, vel secundi mariti plus legetur filiis secundi matrimonii, quam primi, distingue tres casus; quia aut sumus in claris; quod contemplatione; aut in claris, quod non contemplatione; aut in dubio. Baldus *consilio* 333. *numer.*2. *versicul.* 12 *ego dico; vsque in finem. libr.*3. † Primus casus, quod præsumatur 13 contemplatione secundæ vxoris pater plus relinquere filiis secundi matrimonii, quam filiis primi matrimonii, est, quando expresse constat de intentione; quia institutio est in personam secundi viri, & si non potest capere; tunc vocat filios secundi matrimonii; ideo filii secundario, & sic patris contemplatione haberent. Bald. *dict. consilio* 333 *numer.*11. *ver. sed hic posset. lib.*3. quia hic apparet de fraude contra legem, & plenius *consilio* 161. *versic.* 14 *in contrarium. lib.*1. vbi, quod ista est veritas Castrens. *consil.*150. *Viso casu. columna fin. lib.*2. † Declara, vt non procedat, quando pater secundus vir illud plus relictum ab vxore, quod capere non potest, & in quo filii secundi matrimonii sunt substituti, absolute repudiaret; quia non dicitur relictum, quod est repudiatum, & cessat *l. hac edictali. Cod. de secund. nupt.* ita Baldus *consilio* 15 401. *Quia prædicta puncta in fine, versicul. certe alia dubia lib.*2. † Secundus casus est, quando cessat fraus; quia mere contemplatione filiorum, quod probatur, veluti si pater secundus marius stipuletur dotem vxoris habentis filios ex primo matrimonio acquiri filiis secundi matrimonii nascituris; quia licet ministerium secundi mariti hic interuenerit; tamen non est fraus pro

filiis stipulari, qui non prohibentur; & quia istud est aduentitiũ ex pacto donatum, quod non quæritur vllo modo patri prohibito. Bald *cons.* 11. *Casus talis est, quadam. nu.* 2. *ver. secundo quæritur, lib.* 3. *vsque in fi.* vbi reprobat tenentes contrarium, & dicit, quod filii primi matrimonii habebunt legitimam, filii vero secũdi habebunt residuum, & idem Bald. *cons.* 22. *lib.* 5. maxime *nu.* 2. vbi, quod non attendirur persona patris, vel aui, quando vt minister interueniunt, & simile consil. Baldi *inter cons. Castr.* 262. *Visis punctis.* & rursus *cons.* 264. *Ego Baldus lib.* 1. vbi reprobat cons. contraria Francisci de Albergottis, & Io. de Lignano, & hanc partẽ tuetur Deci. *cons.* 246. *Requisitus.* vbi allegat Bald. *in d. l. hac edictali. C. de secund. nupt.* & in consiliis idem Deci. *in auth. præterea. C. vnde vir & vxor. n.* 7. *ver. alia est cautela.* Afflict. *in c. mulier habens. n.* 7. *ver. quarto facit. tit. si de feud. fuerit controuer. inter domin. & agnat.* & hanc * partem veriorem dicit Boer. *decis.* 200. *n.* 5. vbi dicit * commu-
16 nem, & allegat pro vtraq; parte. † Contrarium, quod istud pactum, licet non sit fraudulentum; tamen nihil operetur, quin filii primi, & secundi matrimonii succedant in vi. iles; qui interposita persona priuigni non possit nocere filiis primi, dicit Bald. *d. cons.* 11. *Quod consuluerunt quidam. lib.* 3. & *cons. i.* 161. *in fi lib.* 1. dicit, quod ipsi contrarii obtinuerunt, vbi nominat consulentes, videlicet Ricard. Salyc. & Franciscum Albergot. & Bar. licet idem Bald *d. cons.* 22. *lib.* 5. dicat, quod male sentiebant, & cons. Albergot. est inter *cons. Castr.* 261. *Mihi videtur.* & Io. de Lignano *consil.* 263. *Vnum est supponendum. lib.* 1. & sententia per modum consilii lata per Riccard. Salyc. est *cons.* 265. *Præclarissimi patres. lib.* 1. & Bertrand. & alii, quos citat Boer. *decis.* 200. *n.* 4. † Declara, vt procedat
17 secundus casus, quando instituit filios secundi matrimonii, vel mortuo patre; quia cessat contempl tio, vel si viuit illum priuando vsufructu, & omni succe sione; quia tunc bene clarus
18 est casus. Castren. *cons.* 150. *col. fin. ver. aut constat. lib.* 2. † Declara secundo; quia si mater plus legat, vel ex contractu confert filiis ex secundo matrimonio, quam filiis ex primo matrimonio, valet, quando primis legauit legitimam, & secundis contulit immediate non interposita persona patris ad acquirendum, alias secus, si mediante patre; quia videtur contemplatione patris, ita Crauet. *d. cons.* 40. *in fin.* & ita procedit contrarium, vbi allegat Deci. *cons.* 356. & ita declarat etiam Boer. *decis.* 200. *nu.* 5. *& seq.* vbi, quod cessante præsumpta fraude patris, qui interueneratin
19 casu Baldi, illius opinio est vera. † Declara etiam; quia magis de facili admittitur, quod pater leget vel conferat filiis ex primo matrimonio; quia nihil acquiritur matri, quæ non habet in potestate; secus è contra si mater conferat; quia acquiritur patri saltem vsusfructus; ideo inducitur contemplatio magis de facili.
20 Crauet. *d. cons.* 40. *n.* 11. † Declara; quia imo secundus casus procedit in tantum, quod filii nascituri, quib. ex pacto est ius quæsitum, excepta legitima debita filiis primi matrimonii, non tenebuntur aliquid aliud communicare filiis primi matrimonii, etiamsi mater feci sset testamẽtum, & æqualiter iustituisset; quia nati ex secundo matrimonio habent ex donatione inter viuos, alii ex alio titulo testamenti, *l. cum pater.* §. *quindecim. ff. de leg.* 3. Alex. *in l. Marcellus.* §. *quidam, in fin. ff. ad Trebell.* Crau. late *cons.* 24.
21 *Nobilis Quilotus. nu.* 12. † Extende, quia non valet reuocatio talis pacti, vel donationis factæ per matrem filiis nascituris ex secundo matrimonio, reseruata legitima filiis ex primo matrimonio; quia cum sit quæsitum filiis nascituris, sine eorum consensu nõ potest ab eis auferri. Alex. & Ias. *in l. qui Roma* §. *Flauius. ff. de verbor.*
22 *obligat.* Deci. *cons.* 58. † Imo, etiamsi filii ex secundo matrimonio fuissent hæredes matris, quæ instituisset omnes filios tam ex primo, quã ex secundo matrimonio hęredes æqualiter, non prę iudicaret filiis secundi matrimonii; quia potest hæres in iis, quæ sunt contra ius disposita per testatorem, venire contra factũ de-
23 functi. Crauet. *consi.* 200. † Contrarium tenet Paris. *consi.* 16. *Circa præsentem. n* 38. *cum seq. & nu.* 45. *lib.* 2. quia hæres non potest contrauenire facto defuncti. Vide, *Hæres non potest venire contra factum defuncti, & quando secus. Concl.* 53. † Tertius casus est in dubio, tunc si quidem adsunt coniecturæ ex verbis, ex ordine, extentione, ex cautelis pro fraude, præsumitur fraus; si vero sunt coniecturæ pro non fraude, non præsumitur. Bald. *cons.* 333. *n.* 2. *ver. aut dubitatur. lib.* 3. † Et quod coniecturæ faudis & non fraudis sint attendendæ, & releuent, Crauett. *consi.* 44. *per tot.* vbi materia confessionis, quando sit fraudulenta, vel non. † Fraus præsumitur, & coniecturæ fraudis sunt, vbicunq; marito legatur, & in eo pluri, quod non potest capere, filii secundi matrimonii instituuntur, vel substituuntur. Bald. *consi.* 161. *Quædam nobilis. per tot. lib.* 1. maxime *nu.* 1. *ver. in contrarium. & consi.* 311. *n.* 2. *ver. & ex hoc sequitur. lib.* 3. † Contrarium tenere videtur Bald. *d. cons.* 333. *n.* 3. *v. sed dubitatur. lib.* 3. vbi, quod omnes æqualiter succedent, & non fiet applicatio filiis primi matrimonii, licet per fraudem sint instituti in defectum priuigni, & sic non regat fraudem, sed applicationem hoc casu. † Declara, quia fraus est, si sat, si maritus repudiaret legatum; quia filii non contemplantur incapacitatis patris reciperent. Bald. *consi.* 401. *in fi. lib.* 2. † Extende, quando mater relinquit filiis secundi matrimonii plus quam filiis primi sub cõmemoratione patris, & patriæ potestis; quia videtur affectione maritali legasse. Bald. *dict. consi.* 161. *circa med. ver. item cum fiat mentio. lib.* 1. † Extende, quando mater tuit filios secundi matrimonii nascituros, in quos affectio non cadit; quia præsumitur contemplatione mariti; & idem, si tos instituit, & eis substituit patrem in vsufructu; quia quod totum censetur contemplatione patris. Castren. *d. consi.* 161. *ver. aut dubitatur. lib.* 2. † Restringe, quia si priuignus instituit non pro se, sed pro filiis nascituris ex secundo matrimonio arguit fraudem; quia est pro persona licita. Bald. *cons.* 11. *nu. secundo quæritur. lib.* 3. licet contrarium fuerit obtentum, vbi *d. consi.* 161. *in fin. lib.* 1. quod licet pactum non faciat id plus picari; tamen non nocet, quin omnes succedant. † Restringe, quando filios iam natos in plus instituit, & est coniectura, quod patri nihil acquiratur. Castr. *d. cons.* 150. *colum. fin. ver. aut dubitatur. lib.* 2. † Restringe, quia quando fit legatum filiis secundi matrimonii cum adiectione, quod sunt filii in potestate patris, cui acquiritur, est in fraudem; si vero modo, quod patri potestas non fit in consideratione, vt forte; quia non acquiratur patri aliquid, licet non dicat, tunc valeret. Florian. de S. Petro *q. nu.* 22. *ver. posset tamen.* † Restringe; quia si mulier habet filiam ex primo matrimonio, cui legat 600. iure institutionis, marito secundo legat 1600. & instituit sorores mariti secundi, filia habebit præcipuam legitimam, in reliquo æquabitur mario, & institutos hæredum sororum mariti tenet in dubio, sic videtur velle Signorol. *consi.* 177. *per tot.*

X.

Xanthonensis Ecclesiæ statuta, consuetudines, & priuilegia. Concl. I.

XANTHONENSIS † Ecclesia de consuetudine habet duo Auditoria, vnum pro causis ciuilibus, quod appellatur Auditorium Xanthonense, cuius emolumenta communicantur Decano, & Capitulo; aliud pro causis criminalibus, & appellatur Auditorium Episcopi Xanthonensis, cuius emolumenta sunt solius Episcopi. Oldrad. *consi.* 318. *per tot.*

Vide, *Consuetudo diuersarum Ecclesiarum & locorum circa diuersa. Conclus.* 829. *num.* 16. *tom.* 2.

AD LAVDEM ET GLORIAM DEI, GLORIOSISSIMæque Virginis Mariæ, ac B. Ioannis Apostoli & Euangelistæ patroni, totiusque curiæ cœlestis.

Finis totius Operis, ac Octaui, & postremi Tomi.